This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`





Bt. from Prior Park, Bath.

14020 f. 34



600101750K

Rem non judices ex gustu, sed ex fide.

S. CYRILL. HIEROSOL.

Firmiter tene clavum Fidei,
Ut te graves hujus seculi
Turbare non possint procellæ.

S. AMBROS.

LIBER

SACERDOTALIS

SEU

SCUTUM FIDEI

D USUS QUOTIDIANOS SACERDOTUM,

OPERA ET STUDIO

Rev. P. Conradi Oeppert,

MONACHI CONGREGATIONIS BENEDICTINÆ, PRIMO
AD S. BLASIUM IN SILVA NIGRA,
DEIN AD S. PAULUM IN VALLE LAVANTINA.

—

PARS PRIMA,

A Dominica I Adventus usque ad Dom. V post Epiphaniam.

—

EDITIO BELGICA.

—

BRUXELLIS

E TYPOGRAPHIA Hcl GOEMAERE
Via dictâ rue de la Montagne.

—

1855

BODLEIAN
25 MAY 1965
LIBRARY

APPROBATIO

ARCHIEPISCOPATUS MECHLINIENSIS :

Imprimatur.

Mechliniæ, 7 febr. 1855.

J.-B. VAN HEMEL, VIC.-GÉN.

APPROBATIO.

—

Nos Hermannus de Vicari Dei miseratione, et sacræ sedis gratia, Archiepiscopus Friburgensis et provinciæ Senanæ superioris Metropolita, Sanctissimi Patris Præsulis domesticus, solio pontificio assistens et Comes romanus, etc.,

Venerabili Clero Archidiœcesis Friburgensis, omnibusque præsentes lecturis, salutem in Domino.

Oblatus est Nobis liber, juxta numerum mensium anni, duodecim tomulis constans, cui titulus : « SCUTUM FIDEI *ad usus quotidianos Sacerdotum.* Opera et studio R. P. Conradi Boppert, Monachi congregationis Benedictinæ, primo ad S. Blasium in silva nigra, dein ad S. Paulum in valle Lavantina. Friburgi Brisgoviæ, sumptibus Herder, 1853-1854, ut eumdem approbaremus. »

Absit, ut librum prænominatum approbemus tantum ; eumdem potius quam maxime commendamus. Auctor quippe illius *perpetuam ecclesiæ catholicæ de sacrificio et sacramento Eucharistiæ fidem* ex omnium fere ætatum ac provinciarum ecclesiasticarum monumentis — liturgiis, conciliis, patribus — luce meridiana clarius demonstrat, atque pro singulis anni diebus per meditationes, testium catenam, precesque ante et post Missam, ob oculos ponit. Vix, ac ne vix quidem, *temperare Nobis* possumus, quin

hunc librum — qui et eruditioni et pietati æque inservit — non Clero tantum Archidiœcesis nostræ, sed simul Clero totius ecclesiæ nostræ catholicæ commendemus; optantes in Domino, ut diurna nocturnaque uniuscujusque versetur in manu, spiritusque in eodem spirans cœlestes divitias officii divini cunctis aperiat, in iisque omnimodæ virtutis accendat fomites. Sane, quicunque hoc pro præparatione ad Missæ sacrificium celebrandum sincera mente utetur opusculo, et fidei firmandæ et devotionis alendæ suavissimum profundissimumque habebit adjumentum, quo anima excitabitur et nutrietur, ut in Deum unice intenta ad aram agni immaculati accedat, sacratissimoque ecclesiæ officio cum metu, tremore, spe, solatio, gaudioque in cœlestibus perfungatur.

Quæ dum agitis, Consacerdotes charissimi! manusque vestras ac corda in cœlum elevatis, et mei recordamini Deumque pro me orate.

FRIBURGI BRISGOVIÆ, *in festo annuntiationis beatissimæ Virginis Mariæ, die* 25 *martii, anno salutis* 1854.

† HERMANNUS,

Archiepiscopus et Metropolita.

—

PRÆFATIO.

bus sacerdotibus præsens hoc *Scutum fidei*
mus ; comparavimus illud ingenti cum la-
x omnibus omnium antiquorum Patrum,
ɔt ferme sunt, libris, liturgiis, et synodo-
llectionibus, quas omnes summa cum at-
ɔ perlustravimus. Obstupuimus ad tantam
testimoniorum quæ collegeramus ; quum-
eremus eam sufficere, ut plura cuivis diei
um annum, et quidem semper alia atque
signari possent, librum hunc satis vastum
nfecimus.
tioni sacerdotum servire cupientes, præmi-
quavis die brevem *Meditationem* veritati pro-
adaptatam ac Patrum testimoniis ea die
ntibus congruentem ; subjunximus eadem
alias atque alias *preces* ante et post Missam.
avimus hac dispositione tædia pelli, ac-
nimos, debitamque erga SS. Altaris Myste-
everentiam conciliari, ea potissimum de
quod luce clarius hinc adpareat *Transsub-*

stantiationis dogma vere *catholicum*, utpote quod *semper*, quod *ubique*, quod ab *omnibus* sit creditum et traditum.

Præterea animarum Curatores deficit frequenter hora quam meditationi piæ et lectioni sacræ impendant; quiete tamen capta pro *quotidiano præsentis Scuti usu* non tam facile saltem de mane quadrans deerit. Usus *Scuti* facilis et suavis, quum et meditationem, et lectionem sacram, et præparationem ad Missam in compendio exhibeat, fidem testimoniorum auctoritate nutriat, animi devotionem precum varietate accendat atque delectet. Taceo quod Sacerdoti pro sacris quoque sermonibus formandis, et plebe tum publice tum privatim instruenda doctrinas opportunas atque admonitiones saluberrimas suppeditet.

Agite igitur Sacerdotes! *sumentes Scutum fidei* (Ephes. VI) tela Nequissimi ignea retundite, tela negligentiæ, teporis ac tædii, quæ imbris adinstar ab inimicis evibrantur. Consolamini Ecclesiæ luctum, seductoribus armaturam Dei opponentes. Gustate singulis diebus *Verba vitæ, ut possitis in omnibus stare perfecti*, atque a periculo fidei perdendæ immunes, quæ, nisi in dies alatur, sensim marcescit.

Denique obsecramus vos, ut, quoties suavissimo amantissimi Domini et Servatoris Jesu Christi commercio fruimini, nostri quoque memores esse dignemini.

DOMINICA I ADVENTUS.

Jesus in adventu secundo terribilis.

MEDITATIO.

1. Hodierna Dominica, qua primum Christi adventum grata recolere memoria inchoamus, secundum ejus adventum Ecclesia nobis ob oculos ponit in Evangelio, ut secundi expectatio adventus *per timorem* nos compeseat a malo, primi autem fides *per caritatem* nos confirmet in bono. Dominus qui venit in forma servi redimere nos, iterum veniet judicare nos. « Primus ergo adventus ejus occultus, secundus manifestus. Primus adventus cum humilitate et mansuetudine, secundus cum terrore et majestate. De primo per Prophetam dicitur Ecclesiæ. : *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* De terrore secundi dicitur in Psalmo : *Ignis in conspectu ejus exardescet.* Primo adventu venit impios justificare, secundo venturus est impios condemnare : primo venit aversos revocare, secundo conversos glorificare. Primo adventu Christus pro impiis indebitæ morti traditus est, secundo impios debitæ morti traditurus est. » (*B. Ivo.*)

2. Qui suo nos lætificavit adventu primo, ingratos nos terret secundo. « Ipsi tunc Angeli

turbabuntur, terrebunturque in terribilibus imm tationibus Universi. » (Theophylact.) Angeli potestates trement adventum Judicis. « Ipsæ v tutes cœlorum movebuntur, et quidem merit nam etsi nullius sceleris sibi consciæ sunt, neq judicium subituræ, tamen universum homin genus conspicientes, atque infinitas nationes c sam dicentes, non sine metu illic adstabunt; t tus videlicet tunc terror erit. » (S. Chrysost.) « secundo Christi adventu Psalmista dicit : *D manifeste veniet, Deus noster, et non silebit.* (Psal. XLI Silet modo per patientiam, cum peccamus; tu autem non silebit, quando reprobis dicturus eri Ite maledicti in ignem æternum. » (Cassiodor.)

3. En Sacerdos! Judex ille terribilis hodie ven in manus tuas, erit in corde tuo. Credis hoc? u que credis. Summo itaque studio præpara c tuum ad digne suscipiendum Dominum. *Domi enim judex noster, Dominus legifer noster, Domi rex noster* (Isai. XXXIII.)

4. Quem sub panis specie velatum ad aram su pliciter adorabis, aliquando tremebundus videl *venientem in nube cum potestate magna et majesta* judicaturum innumeras hominum milliones. Jud iste terribilis multos quidem Angelos habet adsistentes Altari suo : illic autem universos sec Angelos habebit comites, ac ferendæ ministr sententiæ qua condemnabit impios ad suppli nullis unquam seculis finienda.

5. Quapropter, ita conversare, Sacerdos, ut gnus habearis *fugere ista omnia, quæ futura sunt, stare ante Filium hominis.* (Luc. XXI.) *Omnes enim s bimus ante tribunal Christi.* (Rom. XIV.) Stabis hod ante aram Domini, Judicis terrifici, qui certo ce

tius adest in tremendo Altaris mysterio, prout e sequentibus patet testimoniis :

Seculo I. S. DIONYSIUS Areopag., lib. *de Eccles. hierarch.*, c. 3, exponens ritum consecrandi sacram Synaxin, ait : « Populo divina tantum symbola, *externa signa*, contuente, ipse, *Hierarcha*, semper Spiritu divino per beatas ac spiritales contemplationes, hierarchice ad sacrosancta mysteriorum primordia in divini status puritate ducitur. » Locum istum Georgius Pachimeras, Dionysii interpres, *in sua* paraphrasi, ita explicat : « Cum plerique divina tantum symbola contueantur, eoquod sublimius quid considerare nequeant, ipse tamen Sacerdos ad ipsa prototypa, ad sacrum videlicet Corpus et Sanguinem Domini erigitur, credens ea, quæ proposita sunt, in illa esse transmutata virtute sancti et omnium opificis Spiritus. » — Proinde quidem credidit, *Proposita*, i. e. panem et vinum, *in sacrum Corpus et Sanguinem Domini transmutari.*

Sec. circ. II. CONSTITUTIONES APOSTOLICÆ, lib. VIII, c. 14. hæc habent : « Diaconus, postquam finem fecerit, qui psallit, dicat : Qui pretiosum Corpus et pretiosum Sanguinem Christi participavimus, agamus gratias, quia dignatus est nos Communione sanctorum suorum mysteriorum ; et obsecramus ut non fiat nobis in judicium, sed in salutem animæ et corporis. Num a Christi figura vel imagine timendum, *ut non fiat nobis in judicium ?* »

Sec. III. S. HIPPOLYTUS, l. *de consummatione mundi*, c. 41, ait : « Tum dicet *Judex divinus* his qui erunt a dextris ejus : Venite, benedicti Patris mei, etc. Venite, Patriarchæ, qui ante adventum meum obtemperastis mihi, regnumque meum desiderastis. Venite, Apostoli, mearum afflictionum participes propter Evangelium. Venite, Martyres, qui confessi me coram tyrannis, tormenta multa

ad aram tuam accedere monet. Magna igitur
matus fiducia, obsecro te, clementissime Jes
projicias me a facie tua, neque repellas a n
tua. Præpara tibi dignum in corde meo habi
lum, et munda me ab omni peccati labe, ne in
manducando Corpus *Judicis* adeo terribilis, judi
mihi manducem. — *Perceptio Corporis tui, D
Jesu Christe, quod ego indignus sumere præsum
mihi proveniat in judicium et condemnationem, se
tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis et
ris, et ad medelam percipiendam.* (Can. Miss.)

AD PATREM.

Omnipotens æterne Deus, misericordissim
ter, qui Unigenitum tuum misisti in hunc mu
ut vivamus per eum, eumdem hodie offe
adorandæ Majestati tuæ in contestationem n
subjectionis in supremum tuum dominium, in
tiarum actionem pro universis beneficiis
maxime pro summa benignitate tua qua dil
Filium tuum ad homines peccatores misist
eorum animas redimeret et ad tuam refor
imaginem. Immaculatam tibi hodie Victimam
rimus in satisfactionem pro peccatis nostris.
Pater optime, levamus oculos et animos no
in tot tribulationibus, et plena fiducia confug
ad Te, una voce clamantes: *Miserere nostri, D
miserere nostri.* Noli despicere preces nostr
cum extenderimus ad te manus nostras, ne
tas oculos tuos a nobis, sed clementer exaudi
Tribue, quæsumus, ut, dum inchoamus hodi
mum Christi tui adventum grato animo rec
simul etiam incipiamus emendare mores no
ne in secundo illius adventu terribili cum i
damnemur. Nunc tempus acceptabile, nunc

salutis. *Hora est jam nos de somno surgere.* (Rom. XIII.) Sat diu dormitavimus jacentes in tepore. Excita, sancte Pater! excita dormitantes in tenebris et umbra mortis. Illustra mentes nostras cœlesti lumine tuo, ut abjectis tenebrarum operibus, induamur arma lucis, et sicut in die honeste ambulemus. Fac, Omnipotens, ut his diebus sacris augeamus virtutis studium, quo securius secundum Christi adventum exspectare valeamus. Memento, NN.

PRECES POST MISSAM.

JESU, benignissime Redemptor, DEUS, *Judex* juste, fortis et patiens, in corde meo revera præsens! infinitas tibi grates debeo pro innumeris beneficiis tuis, quibus me Sacerdotem tuum hactenus cumulasti. Amori tuo satis non erat in hunc mundum de cœlo venisse ut ad novam me vitam regenerares; voluisti et hodie in manus meas et in cor meum venire, ut tua me Carne pasceres, Sanguine tuo potares, viresque languentis animæ meæ instaurares.

En igitur, amantissime JESU! pedibus tuis advolutus, debitas ago gratias infinitæ bonitati tuæ quæ jacentem me erigit, esurientem nutrit, sitientem potat, lugentem solatur, et trepidantem ob judicia tua misericorditer animat. Credo, Domine, quod, sicut primo adventu ut *Rex mansuetus* venisti impios justificare, ita secundo ut *Judex terribilis* venturus sis impios condemnare. Væ tunc! — *Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate!* (Isai. I.) Quapropter tremefactus exclamo supplex : Miserere mei, Domine, dum tempus est miserendi. In secundo adventu tuo, in die illa decretoria, miserendi *tempus non erit amplius.* (Apoc. X.) Domine JESU!

terribilis Arbiter æternitatis meæ! ecce *iniquitatem meam ego cognosco*, acerbissimum improbitatis meæ conspectum vix sustinens. A judiciis tuis timeo, *et peccatum meum contra me est semper*, discrucians me undique.

« Cum enim a te in filium adoptatus fuissem, ac servorum conditionem ipse me demisi; et utinam servus gnavus et utilis fuissem! Ne me, precor Domine clementissime, in servorum inutilium redigas ordinem. Averte hoc malum, neque permittas ut os meum quod te in præsenti laudat *et toties te manducat*, in futuro seculo, pænarum acerbitate furens, rabidos contra te tollat clamores. Abundantia bonitatis tuæ quæ te e sinu Patris ac contubernium hominum inclinavit, meam perore causam in illo die magno in quo peremptoria de me feretur sententia, mihique sic faveat, ut horrendam impiorum condemnationem effugiam, et pro concessa mihi delictorum venia, tuas sine fine laudes celebrare merear. » (S. Ephræm).

Interim, etiam atque etiam a te, Domine, rogo ut mihi meisque omnibus, pro quibus orare teneor, gratiæ tuæ auxilium tribuas, quo adjutus sacris hisce diebus Adventus, aliorum temporum negligentias diluamus, et in salutari spiritus compunctione, bonis continuo incumbamus operibus. Concute igitur animos nostros timore judiciorum tuorum, et fac ut extremi judicii dies, dies illa terribilis, semper versetur ante oculos nostros et tuba illa vere terrifica nostris in auribus sonet cujus trementes vocem, ac dignos pœnitentia fructus facientes, eo sanctius ad secundum tuum præparemur adventum, « ut, sicut tuus, Domine primus adventus fuit ad reformationem animarum nostrarum, sic secundus ad reformationem corporum nostrorum celebretur. » Amen. (Theophan.)

FERIA II.

Jesus in adventu suo primo humani generis Medicus.

MEDITATIO.

1. « Cuidam patrifamilias unicus erat servus, sed contumax et nequam servus. Is in languorem decidit; *Medicum* quæsivit, non invenit. In parentibus servi erat causa quæ invaletudinem tanquam hereditatem filio reliquerat. Invaletudo coæva servo, nata cum servo, crescebat cum servo. Unde et curari tanto difficilior fuit, quanto ei propinquior origine, diuturnior tempore, numerosior qualitate. Abierunt dies et dies, anni et anni; nec erat qui curam ejus ageret. *Medicus* nullus qui ei profuturus adsideret. Sed, o mirandam circa servum Domini caritatem! Dominus, recordatus misericordiæ suæ, venit, et intravit domum ejus. Sed in tota domo nullus angulus expers fætoris inventus est; servus putrescebat in sordibus. Verum nec sic eum Dominus aspernatus est; ut enim cum servo suo familiarius loqueretur, lectum ipsum ingredi non abhorruit. Dehinc amplexatus est servum lenius; agnosci se postulavit. Sed, pro dolor! non agnovit servus Dominum, cum propius accederet; nec intellexit, cum in eodem lecto jacentem videret. Cum diceret ille : Tuus sum Dominus, in faciem ejus inspuit servus. Cum adderet Dominus : Novi medicinam, irrisit ille. Cum ei præscriberet diætam salutarem, avertit aures et denegavit obsequium. Denique nullas egit gratias cum promitteret Dominus se facturum de infirmo sanum, de extraneo heredem, de servo liberum. Dominus tamen nec injuriis fatigatus, nec aversantem aversatus est.

Lectus quidem Domino molestus fuit, sed lecti molestiam sine molestia toleravit. Tam dura tamen fuerunt lecti incommoda, ut eorum difficultate oppressus Dominus, spiritum suum tandem exhalaret. Et ultimus hic exspirantis Domini anhelitus servo ægro salutem vitamque restituit. O infirmitatis, o medicinæ genus mirabile! Dominus caritate moritur, et servus morientis anhelitu sanatur. Accessit ad cumulum beneficii, quod morte Domini non solum libertatem obtinuerit servus, sed etiam hereditatem. » (Hildebert, serm. c.)

2. Necdum satis. Quo facilius sanitatem recuperatam servus retineret, Dominus ipse, priusquam lecti molestia oppressus exspiraret, de proprio Corpore et Sanguine suo præparavit servo medicamentum saluberrimum, cœleste antidotum et pharmacum immortalitatis. — Quis jam hominum poterit tantæ caritatis magnitudinem mente capere, verbis exponere, aut suis compensare operibus? « O clementissimum *Medicum* qui de proprio Corpore et Sanguine fecit medicinam, ne infirmi perirent, quos sanare venerat. » (S. Bruno.)

3. Haud ignoras, Sacerdos, quanta sit animæ tuæ infirmitas et quantum indigeas auxilio Christi. « Nemo sic natus est, ut illo *Medico* non egeat. » (S. Aug.) Vade igitur hodie velut ægrotus ad divinum *Medicum* qui proprium Corpus et Sanguinem suum pro medicina quotidiana tibi offert in cibum et potum. *Fili! in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora Dominum, et ipse curabit te; impingua Oblationem, et da locum Medico.* (Eccli. XXXVIII). Dominus Jesus, humani generis *Medicus*, de vero Corpore et de vero Sanguine suo pretiosum confecit medi-

camentum, in ara sumendum pro salute animæ tuæ. Miraris Domini clementiam; at fidem tuam firmabunt pauca hæc Patrum documenta :

Sec. V. S. AUGUSTIN. serm LXXXVII, *de verbis evang.*, *n.* 13, ait : « Si quisquam corpore ægrotaret in civitate et esset ibi peritissimus Medicus, amicis ægroti potentibus inimicus, qui dicerent amico suo : Noli eum adhibere, nihil novit,... nonne ille pro salute sua removeret amicorum potentium fabulas, et, ut paucis diebus plus viveret, pellendo sui corporis morbo, Medicum illum, quem peritissimum fama commendaverat, adhiberet? Ægrotat humanum genus, non morbis corporis, sed peccatis. Jacet toto orbe terrarum, ab oriente usque in occidentem, grandis ægrotus. Ad sanandum hunc grandem ægrotum, descendit omnipotens Medicus. Humiliavit se usque ad mortalem carnem, tanquam usque ad lectum ægrotantis...? Contra istum Medicum alii sævire in eum volunt.... Curat et tales; multi, ex eis conversi, ex inimicis facti sunt amici, ex persecutoribus facti sunt prædicatores. Tales etiam ipsos Judæos in seipsum, cum hic esset, sævientes, tanquam phreneticos sanavit. Multi eorum, sedato furore, tanquam phrenesi oppressa, cognoverunt Christum.... Conversi sunt ad eum quem crucifixerunt; et (*NB.*) in Sacramento, credentes, Sanguinem ejus (non figuram aut typum) biberunt, quem sæviendo fuderunt. »

Sec. XII. S. ANSELM. Cantuar. *Meditat.* IV. circa finem, ait : « Non satis fuit Creatori nostro nos creare et creatos gubernare,... sed ipse per semetipsum, assumpta natura nostra, habens pietatem erga creaturam suam, ad nos descendit, vulnera nostra inspexit, inspiciens palpavit. Pietate motus super miseriam quam nos habere vidit, condolendo ingemuit. Et post hæc de ipsa Carne sua, quam pro nobis assumpserat, quasi emplastrum faciens, nostris-

que vulneribus apponens, totam ex integro infirmitatem nostram sanavit. Et ut in hoc ostenderet quantum nos diligeret, ipsam Carnem, quam pro nobis susceperat, nobis ad manducandum dedit, et adhuc in Sacrificio altaris ministrare non desinit. »

Sec. XIII. Lucas, Ep. Tudens. l. II, adversus Albigens., c. 14, ait : « Humiliavit se cœlestis Medicus ut in se assumeret ægrum.... Hunc Medicum, ad nos misericorditer venientem, præsentat Sacerdos, cum in Missa conversus ad populum dicit : Dominus vobiscum.... Corpus Domini sub panis et vini specie fideliter adoremus. — *Quia* Christus, adorandus iste Medicus, tam profunde se humiliavit, contemnitur a Socinianis. « Viluit superbis Deus, quia Verbum Caro factum est : ut parum sit miseris, quod ægrotant, nisi se in ipsa etiam ægritudine extollant, et de medicina, qua sanari poterant, erubescant. » (S. Aug.)

Sec. XIV. Gerard. Zutfan. Belga. l. I, c. 27, *de præparat. ad sumptionem Corporis Ch.*, ait : « Hoc sacramentum... ægrotis est medicina ; debiles confortat, valentes delectat, languores sanat, sanitatemque servat. Fit homo mansuetior ad correptionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, sagacior ad cautelam, ad obediendum promptior, ad gratiarum actionem devotior. Si igitur post sumptionem hujus Sacramenti, non tam sæpe, non tam acerbos motus sentis iracundiæ, invidiæ et ceterorum hujusmodi, gratias age Corpori et Sanguini Domini, quia virtus Sacramenti operatur in te, et gaude quod pessimum ulcus accedit ad sanitatem. »

PRECES ANTE MISSAM.

Medice adorande! Jesu Christe! qui misericordia motus super magnam generis humani miseriam, in hunc mundum venisti sanare perversas hominum voluntates, hodiedum clamas : *Venite ad me omnes.* En! ego peccator omnium miserrimus, variis laborans infirmitatibus, venio ad te, quia copiosa apud te salus et redemptio. Ad te, ad aram tuam adrepo miserabilis ego homuncio, plurimis sauciatus plagis, quotidie ingemiscens voluntati meæ semper in malum pronæ. Quo confugiam, nisi ad te, qui, si volueris, potes me unico sanare verbo? Quo miserior ægrotus, eo meliori eget *Medico* : ecquis miserior me? quis melior te? Tu es ille Samaritanus misericors qui curam gessit diligentem de homine graviter sauciato et in via semivivo relicto. Jacebat toto orbe terrarum ægrotans humanum genus. Ad sanandum hunc grandem ægrotum, de cœlo descendisti, grandis *Medice!* Verbum omnipotens! — Humiliasti teipsum usque ad mortalem Carnem, velut ad molestissimum lectum ægrotantis servuli. Prævidebas equidem injurias ab ingratis hominibus pro mercede ferendas. At tuam nihil morari poterat caritatem. Infirmitates nostras in te sponte suscepisti, et languores nostros ipse portasti. Quin imo pretiosi Corporis et Sanguinis tui Sacramentum instituisti pro quotidiano ac saluberrimo animarum medicamine. Actum esset de salute generis humani, nisi talibus ei remediis bonitas tua subvenisset.

« Magne *Medice!* qui Adami posteros curatum in terras venisti, remedia ferens a tua benefica et liberali bonitate excogitata. » (S. Ephræm.) Miserere meî, et sana animam meam graviter ægrotantem. Sanasti quondam ægros innumeros solo

quandoque tuarum attactu vestium. Pe
igitur animæ sanitatem spero, si jam non
menta tua tetigero, sed teipsum totum in ho
ficio fide ac fiducia plenus sumpsero, totun
manducavero. Vel ex sola *Medici* præsentia n
æger consolationem capit, ejus alloquio rec
et falsa subinde longioris vitæ promissione
tatur mirifice. Tu autem, Jesu suavissim
vitam mortalem sed æternam promittis man
tibus te, neque discedis a promissis.

Festino igitur ad te, divine *Medice!* a
salutis opem quæro et exspecto, infirmus e
vus tuus, qui nec resistere malo nec in
bono possum propriis viribus. Ad te levavi
meos, qui es unica spes et salus mea. Sine t
jacerem ac contabescerem in sordibus. Cle
itaque nunc admitte me ad Altare tuum, o c
Medice! nullus enim dubito, quin sacrosanc
poris et Sanguinis tui mysterium saluberr
animarum medicina. Fac etiam, Domine J
debita reverentia et devotione præcelsu
Sacramentum percipiam, quo citius exoptato
medicamenti effectus in anima mea sentiam.

AD PATREM.

Pater noster, qui es in cœlis! misericorc
Deus! qui unigenitum Filium tuum misisti
servos tuos ægrotantes, ut quos a primo l
contraximus morbos lethales ille persan
nobis, offerimus tibi sanctissimum hoc
Sacrificium, in cultum latriæ tibi soli I
Creatori nostro debitum, in contestation
premi tui dominii ac imperii in omnes cre
nec non in gratiarum actionem pro univer
neficiis et donis tuis, tam liberaliter nob

cessis, speciatim vero pro illa caritate tua ineffabili qua dilectum Filium tuum, tanquam *Medicum* omnipotentem, voluisti et jussisti de cœlo in terram descendere, in carne mortali visitare ægros, conversari cum hominibus, et denique violentam subire mortem pro servis tuis, ut eis redderet amissam libertatem, sanitatem, vitam, et hereditatem incorruptibilem. Ejusdem Unigeniti tui Humanitatem, quam ultro pro nobis assumpsit; ejus passionem ac mortem, quam pro nobis subire dignatus est; omnia ipsius merita offerimus tibi, sancte Pater, in satisfactionem culparum nostrarum, quibus divinam majestatem tuam in dies offendimus, pro impetrando simul auxilio gratiæ tuæ, ut recuperatam animarum nostrarum valetudinem nunquam effrenate destruamus, sed potius remediis salutaribus, a nostro cœlesti *Medico* præscriptis, accuratius utamur, et quidquid ad salutem nostram conducere agnoverimus, posthac diligentius adhibeamus. Tandem obsecramus te, benignissime Pater! ut miserearis tot infidelium phreneticorum qui et *Medicum* et medicinam cœlestem aspernantur. Tolle velamen ab oculis eorum, ut et mortiferam ægritudinem suam et divini medicamenti necessitatem agnoscant, atque nobiscum ad clementem animarum Medicum, ad Unigenitum tuum fideliter confugiant. Memento NN.

PRECES POST MISSAM.

Quanta est tua in me caritas, Domine Jesu, qui denuo mihi sacrum Corpus et Sanguinem tuum tanquam medicamentum saluberrimum, dedisti in cibum et potum! O vere mirandam beneficentiam! — Revera bonus es Dominus; revera

misericors *Medicus*. Quotidie personaliter visitas me languentem servum tuum. Singulis diebus dulcem æque ac salutarem mihi præbes medicinam. Ubinam talis inter homines dominus? ubinam talis *Medicus?* — Profecto, nunquam sat dignis laudibus efferre possum infinitam bonitatem tuam, qua mihi quotidie Pharmacum immortalitatis, panem vitæ et poculum salutis concedere dignaris.

« Largitor cunctorum bonorum! Fons sanitatum! Thesaure miserationum! quia in meipso assidue immensa remedia tua, quæ singulis mihi diebus impertiris, experior; propterea confidenter Te Deum meum clementissimum obsecro, ut gratia tua super me jugiter veniat et occulta rursus vulnera mea sanet. Deus longanimis, sana ut misericors *Medicus* frequentes infirmitates meas. Ego quidem dignas curationibus tuis mercedes reddere prorsus nequeo, tua enim medicamenta omnem æstimationem excedunt pretii. Non cœlum, non terra pro merito tuarum curationum dignum quidpiam tibi retribuere possunt. Remedia atque medicamenta tua nobis, Salvator, pro lacrymis, pro fletu largiris. Quis igitur non obstupescat? Quis tantam bonitatis tuæ clementiam non deprædicet, o *Medice* animarum, qui pro curationum tuarum præmio etiam nostras suscipere dignaris lacrymas! Laudo te Dominum, bonitate Optimum, magnitudine Maximum, qui nostra sanaturus vulnera, descendisti de cœlis et factus es quasi unus ex nobis. Protende mihi dexteram tuam, quæ obliget vulnera mea et ulceribus medeatur. » (S. Ephræm.)

Domine Jesu! *Medice* omnipotens! ecce quem amas, infirmatur; quem amas, nova quotidie plagarum incommoda vexant. Fiducialiter a te opem

efflagito, nam firmiter credo te in hunc mundum ideo venisse ut miseros homines, tam funestis concupiscentiæ et ignorantiæ vulneribus sauciatos, sanares, tuæque gratiæ dono ad priorem innocentiæ statum reduceres. Credo, Fili Dei! ideo te fuisse incarnatum ut servis tuis graviter vulneratis salutem restitueres, infirmisque nobis hominibus de ipso Corpore et Sanguine tuo salutiferam parares medicinam. O felicem me! hoc momento Cruor tuus sanctissimus fluit in venis meis. Nunquid sperem integram animæ sanitatem, dum adeo pretiosa quotidie et tam efficacia recipio medicamina? —

Aut quomodo intumescam superbia, qui ipsius *Medici* humillimi Carnem multoties comedo? An iracundia rursum effervescere potero, qui jam toties Medici patientissimi Sanguinem hausi? Cur nondum amore divino totus exardesco, qui tam frequenter manibus teneo Corpus Verbi quod amore mei Caro factum est? — O Jesu! *Medice* amabilissime! semper deinceps amabo te, diu noctuque cogitabo te, et nihil desiderabo unquam præter te. Et quia amo te, accuratius in posterum observabo, quæcumque me jusseris facere. Ad nutum tuum, Domine, abstinebo, et sustinebo. En! amore tui libenter accipio de manu tua medicinas utut amaras. Minime recuso molestias et incommoda vitæ præsentis. « Amarum Passionis poculum tu prior bibisti *medicus*, ne bibere timeret ægrotus. »(S. Aug.)

Quod si videas, o *Medice* omniscie, sic expedire saluti animæ meæ, ut vel ægro sim corpore, vel famæ jacturam patiar, vel internis torquear angustiis et desolationibus, neutiquam repugno. Divinæ providentiæ tuæ vias humiliter adoro, paratus ad omnia dura et aspera. Hic ure, hic seca, *Medice* benevole! dummodo mihi parcas in altera vita.

Dolores corporis mei corruptibilis haud timeo nec aversor; immortalis potius animæ meæ salus est quam tibi nunc submississime commendo, Jesu misericors! Nec opus est ut tibi multis exponan miserandum animæ meæ statum, qui utique tib magis notus est quam mihimet ipsi. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum. — « Tu solus potes infirmos sanare, sanatos conservare, lapsos erigere, et erectos stabilire. » (S. Aug.)

Si vis, omnipotens *Medice!* potes me mundare potes me sanare. Tantum dic verbo, et sanabitur anima mea. — O Verbum incarnatum! an unicum a te verbulum non sperem? Tantum dic verbo, e sanabitur arrogantia mea; sanabitur avaritia mea sanabitur impatientia mea, sanabitur periculosus animæ meæ tepor; tantum dic verbo, et sanabor ex integro. Fixum mihi est illas deinceps evitare occasiones unde mihi nova possent infligi vulnera. Imprimis autem propono sancte et pie transigere hos dies salutis, qui anniversariam Nativitatis tuæ memoriam præcurrunt. Ad exequenda hæc bona proposita mea, necessariam a te gratiam et benedictionem suppliciter exoro, Domine Jesu Christe! qui vivis.

FERIA III.

Jesus in mundum a Deo missus veritatis Magister.

MEDITATIO.

1. Primi hominis peccatum in omnes posteros propagavit ignorantiam mentisque cæcitatem. Usque ad Domini adventum miserrima ubique Veri ignoratio grassabatur. Judæi pariter ac Gentiles

in magna Religionis inscitia versabantur. Philosophi quidem ante Christi adventum, veritatem indefesso exquirebant studio, sed invenire haud poterant. Ipsi adeo Hebræi (paucos si excipias) vanis plerumque ceremoniis et superstitionibus intenti, tam procul a veritate deviarunt, ut ipsum, etiam veritatis *Magistrum* a Prophetis prænuntiatum, nec agnoverint nec receperint. Gentes universæ, crassis tunc ignorantiæ tenebris involutæ, DEUM aut non cognoverunt, aut *non sicut Deum glorificaverunt.* (Rom. I.)

2. Misertus vero nostri, Pater de cœlis in terras misit Unigenitum suum, qui ceu *Magister* optimus instrueret inscios, illuminaret cæcos, monita salutis daret, præcepta pietatis traderet, viamque veritatis ac vitæ monstraret. Eia ergo, *filii Sion! exultate et lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis Doctorem justitiæ.* (Joel. II.) Miserrima prorsus hodiedum esset conditio nostra, nisi Magistrum e cœlo missum habuissemus, qui nos viam Dei in veritate docuit.

3. *Si quis aliter docet, et non acquiescit sanis sermonibus D. N. J. C et ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ, superbus est, nihil sciens.* (I. Tim. VI.) « Hæreticos ac incredulos, propter ipsorum opera tenebrarum, mente excæcatos esse, dolet Ecclesia catholica. Lux orta est justo, cæcitas injusto. Reformatores cæci, cum ipsi nihil videant, omnes alios in tenebris sedere existimant. Ideoque veritatis lucem illi accendere aggrediuntur, et novam se mundo lucem allaturos promittunt. Fallax promissio! inutilis labor! Miseri isti voluntarie delinquentes, iniquitatum involvuntur tenebris, et efficiuntur filii noctis; neque enim potest lucis divinæ particeps esse qui opera diligit tenebrarum. »

(S. Laur. Justin.) Loquente igitur Præceptore divino, taceat impius apostata. Quando *Magister* omnipotens et verax loquitur, sileat novator infirmus et mendax. Dum æterna Veritas aperit os, obmutescat philosophus heri natus. *Omnis qui recedit, et non permanet in doctrina Christi, Deum non habet; qui permanet in doctrina, hic et Patrem et Filium habet.* (II. Joan. 9.)

4. Quænam vero præter alia docuit divinus veritatis *Magister* Christus Jesus? *Nisi manducaveritis Carnem Filii hominis, et biberitis ejus Sanguinem, non habebitis vitam in vobis : Caro mea vere est cibus, et Sanguis meus vere est potus : Qui manducat me, et ipse vivet propter me.* (Joan. VI.) In ultima cœna dixit Apostolis : *Accipite et manducate; hoc est Corpus meum, etc.* Verba hæc in sensu literali et obvio accipienda esse, docet ac semper docuit Ecclesia romana catholica :

Sec. III. S. Cyprian. Serm. *de Cœna Dom.*, ait : « Nova est hujus Sacramenti doctrina, et scholæ evangelicæ hoc primum magisterium protulerunt, et Doctore Christo primum hæc mundo innotuit disciplina, ut biberent Sanguinem Christiani, cujus esum legis antiquæ autoritas districtissime interdicit : Lex quippe esum sanguinis prohibet : Evangelium præcipit, ut bibatur. « — Nisi hic proprie de vero Sanguine loquatur Cyprianus, nihil omnino dicit : neque enim lex vetus prohibebat sanguinem figurate sumptum : imo juxta *Apostolum* (I. Cor. X.), Hebræi in potu aquæ de petra scaturientis, Sanguinem Christi bibebant figurate, prout Sacramentarii se facere dicunt in sua eucharistia.

Sec. IV. S. Cyrill. Ep. Hierosol., *in sua Catechesi* IV. *mystagog.*, n. 6, ait : « Ne tanquam nudis et communibus

ulla unam dubitationem cernus esse, et Corporis
uinis Christi dono dignatum fuisse. » — Quid cla-
i potest? Sane vel solum hoc testimonium sufficere
ad refutandas Sectariorum opiniones; est enim
s sancti simul et antiquissimi; est ex opere ejus in-
o; est ex catechesi mystagogica, in qua solent omnia
et simpliciter explicari.

V. Salvianus, Ep. Massiliens. l. ii, ad Eccles.
c. sub nomine Timothei, ait : « Judæi habebant
m umbram rerum, nos veritatem. Judæis servus
er missus est, nobis Filius. Judæi manna mandu-
it, nos Christum; Judæi carnes avium, nos Corpus
; Judæi pruinam cœli, nos Deum cœli. » — Nun-
Christus ipse, Magister divinus (Joan. vi.) ingens
t discrimen inter illud Judæorum manna et Panem
verum?

XII. Franco Abb. Affligeniens. lib. x, *de gratia*
m demonstrasset omnipotenti Domino nec impos-
sse, nec difficile, substantiam panis et vini conver-

christiana sobrietas magis vult audita pie credere, qu impia in Deum, verbis ejus non credendo, existere.

Sec. XIII. S. Cœlestinus V, Papa, opusc. viii. *de* : *cramentis,* part. 4, *de Eucharistia,* c. 3, ait : « Duplici sumitur Sacramentum Corporis Christi, sacramentalite spiritualiter. Spiritualiter sumit qui credit verum C pus Christi esse in Altari, et qui ad illud digne acc sacramentaliter sumit sub forma panis et vini. »

PRECES ANTE MISSAM.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater quærei qui adorent te in spiritu et veritate ! indignus e Sacerdos tuus, prostratus coram divina et immei majestate tua, supplicibus verbis adoro et gl fico te, simulque a cunctis mecum hominibus reverenter adorari et glorificari desidero. H mane accedo ad Altare tuum, oblaturus tibi sa tissimum Missæ Sacrificium, in cultum latriæ T soli Deo debitum, in testimonium divinæ Excell tiæ tuæ, in contestationem supremi tui in r dominii, nec non in signum demississimæ nos subjectionis et dependentiæ a te. Accedo, munif Pater, ut per Sacrificium hoc eucharisticum de tas tibi grates referam pro summa benignitate t qua plurima hucusque dona et bona in nos indig contulisti, et nova quotidie adhuc conferre gnaris.

« Pro omnibus hisce beneficiis tuis, ego vilis mus terræ vermiculus et peccator miserrim supplici mente totoque cordis affectu tibi grat ago, Pater cœlestis, qui per Unigenitum tuu cum periissemus, misericorditer requisivisti n Gratias tibi ago, Deus meus, pro incompreh sibili tua erga nos dilectione, qua eumdem U

genitum tuum in hanc vallem miseriæ nostræ descendere voluisti, ut peccatores salvos faceret. Misisti eum ad nos, ceu *Magistrum et Doctorem justitiæ* optatissimum, Ducem benignissimum, Auxiliatorem fortissimum, qui devicto principe tenebrarum, nos ad agnitionem tui nominis, ad veræ virtutis perfectionem, et ad æternæ felicitatis gloriam revocaret. O Pater dulcissime! ego servorum tuorum indignissimus, ex totis animæ meæ medullis, gratias tibi ago pro admirando Incarnationis ejus mysterio, pro universis ejusdem *Magistri* documentis et operibus. O Pater misericordiarum! ex profundissima humilitatis meæ abysso, infinitas tibi gratias ago pro omnibus miserationibus inexhaustæ bonitatis tuæ, quibus dignatus es nobis indignis subvenire per ipsum unigenitum Filium tuum, benignissimum Redemptorem nostrum, quem dedisti nobis ex infinita tua erga nos dilectione, ut per illum æternæ gloriæ cohæredes efficeremur. » (Ludov. Blosius.)

In gratiarum actionem offero tibi, clementissime Pater, eumdem Filium tuum Jesum Christum, quem ad nos et propter nos peccatores in hunc mundum misisti in satisfactionem quoque et expiationem culparum nostrarum, quibus ingrati nos homines summam bonitatem tuam in dies offendimus, nec non in commemorationem illarum gravium ærumnarum, quas incarnatus Filius tuus amore nostri novem mensibus pertulit in utero Virginis, et exinde usque ad ignominiosam mortem crucis.

Offero tibi, Pater æterne, hoc Sacrificium ad impetrandum gratiæ tuæ auxilium, mihi et proximis meis necessarium, *ut quæ* Unigenitus tuus, *præstantissimus veritatis Magister*, nos docuit, *corde firmiter credamus*, ore profiteamur intre-

pide, ac opere constanter exequamur. Deniq tibi supplico pro conversione hæreticorum, i fidelium, Judæorum, ac impiorum christianoru qui *tenebris obscuratum habentes intellectum* (Eph IV), divini doctrinam *Magistri* hactenus accipere servare noluerunt. Memento Fidelium VIV. N. defunct. N.

PRECES POST MISSAM.

Adoro te, o Verbum caro factum! amantissi JESU, realiter nunc præsens in corde meo! Tuorum ego discipulorum minimus ac indignis mus, laudo et glorifico te, *Magister* optime! intimis præcordiis meis amo te : et utinam s gulis momentis magis ac magis te diligere posse In auxilium meum respice, bone JESU! Nisi adjuves me, pro merito te diligere nequeo mi ego homo. Accende vehementius in corde m flammam tuæ dilectionis beatissimæ. — O *Magis* amabilissime! fac me penitius agnoscere qu infinite me ames et quam sis infinite amabil Quando, ah! quando amabo te, Domine, tanto c tatis æstu quanto a me diligi promereris? Q amore tui possum agere, Præceptor mi suavissi quid aliud, nisi diligenter voci tuæ auscultare celeriter obedire? Sincero corde cupio plac Tibi tam in hac peregrinatione mortalium, qu in illa regione vivorum.

Domine JESU! illustra faciem tuam super s vum tuum, super Sacerdotem et discipulum tuu Illumina oculos mentis meæ ad contemplandi te, Verbum incarnatum, plenum gratiæ et veritat *Sonet vox tua in auribus meis;* vox enim tua dulc dulcissima est. Loquere mihi, *Magister*, adoranc qui jam pridem in hunc mundum, et toties j

venisti in cor meum. O quam miser essem et infelix, si omnino taceres mihi! Sunt certa temporis momenta, quibus et negotia et consilia mihi hærent. Tunc loquere, Domine, quia audit servus tuus. Dum inops consilii sum, suggere mihi quid agendum. Faciles tibi semper aures præbebo, monitis tuis obtemperabo, et attenta mente percipiam verba tua, *Magister* magne! nam *verba vitæ æternæ habes*, et sermo tuus veritas est. An paucula denegabis verba discipulo et Sacerdoti tuo, cui sacrosanctum Corpus et Sanguinem tuum minime denegasti? —

Gustavi jam denuo quoniam bonus et suavis es Dominus. Bonitatem fecisti cum servo tuo, Domine, secundum verbum tuum. *Bonitatem*, et *disciplinam*, et *scientiam* doce me; his enim summopere indigeo tuus ego Sacerdos. Bonus es tu; et in bonitate tua doce me justificationes tuas : dirige me in veritate tua, et doce me, *Magister* omnium perfectissime, *potens in opere et sermone* (Luc. XXIV, 19). Vias tuas, Domine, demonstra mihi, et semitas tuas edoce me. Beatus homo quem tu erudieris, Domine, et de lege tua docueris eum.

Jesu, Magister a Deo misse! suppliciter a te peto purissimam illuminationem intellectus mei ad tria præ aliis cognoscenda : primo ad cognoscendum perfecte divinum beneplacitum tuum et ad faciendam sanctissimam voluntatem tuam; deinde ad cognoscendam miseriam, infirmitatem et ingratitudinem meam; — denique peto lumen tuum ad agnoscendas Vocationis meæ obligationes atque virtutes morales quibus ornari atque splendescere oportet Sacerdotem tuum.

Rogo insuper a te auxilium gratiæ tuæ, ut, quæ sunt muneris mei, diligenter ac integerrime perficiam : *Rabbi, qui a Deo venisti* Magister (Joann.

III, 2)! fac me demissum, morigerum atque constantem discipulum tuum. Confirma me in verbis tuis, ne unquam doctrinis variis et peregrinis abducar a te *Magistro* meo amicissimo. — O Verbum incomprehensibile! Verbum Caro factum! obsecro te per angustias illas atque molestias quas ante nativitatem tuam tolerasti in gremio Matris tuæ dignare me magis magisque stabilire in fide et doctrina tua. Mane semper in corde meo, benignissime Jesu, qui amore mei per novem menses in Virginis utero inclusus permansisti.

Magister e cœlo misse! rogo et obtestor te per ineffabilem illam caritatem qua in hunc mundum venisti, et factus Homo homines ad veram vitam sanctimoniam informasti, ut inanes philosophorum fabulas extirpare, periculosas Novatorum nænias annihilare, et incredulos ad unicam veritatis scholam, ad Ecclesiam romano catholicam, vi gratiæ tuæ perducere digneris. Largire, quæso, cæcis Gentilibus Fidei lumen, ut abjicientes opera tenebrarum, ignorantiam suam agnoscant, errores suos ejurent, suamque aversentur improbitatem.

Conforta denique, *Magister* omnipotens, universos nos Christianos Catholicos, ne pertinacium argutiis fallamur, nec irreligiosorum cavillationibus frangamur, neque perniciosis infidelium erroribus involvamur, sed ut stabiles semper ac fortes in fide persistamus, cœlesti doctrinæ tuæ constanter adhæreamus, tandemque ad unum omnes congregemur in regno cœlorum. Amen.

FERIA IV.

Jesus æterna Patris Sapientia.

MEDITATIO.

« Cum omnibus modis medeatur animis Deus, modo beneficentius consuluit generi humano, cum ipsa *Sapientia Dei*, id est, unicus Filius, substantialis Patri et coæternus, totum Homisuscipere dignatus est et Verbum Caro facest. » (S. Aug.) Christus, *æterna Patris Sapienvenit* in hunc mundum refellere cæcorum nenta philosophorum, qui evanuerunt in coonibus suis. Vere sapientes ii solum dicunt sunt, qui æternæ et incarnatæ Sapientiæ firadhærent. *Vani autem sunt omnes homines ibus non subest scientia Dei.* (Sap. XIII.)

Venient in novissimis diebus in deceptione res, juxta proprias concupiscentias ambulantes. et. III.) Hanc Apostoli prædictionem ex parte idemus impletam, dum Mundus novis scatet is et ethnicis, qui *dicentes se esse sapientes, facti sunt.* (Rom. I.) Illusores isti de modica ntiæ suæ guttula, quam ex immenso divinæ ntiæ pelago gratis acceperunt, immodice glorr, et de præcipuis religionis nostræ mystede increatæ *Sapientiæ* consiliis ac operibus, enter argutantur. Quid enim sunt diversiseorum systemata, nisi ridenda febricitantium ia? S. Theophilus, Ep. Alexandrinus, ait : nes philosophi, inanis gloriæ cupidi, nec Veipsi viderunt, nec alios ad veritatem excita- ex suis enim ipsorum dictis arguuntur, quia ntia locuti sunt, ita ut eorum gloria in niniam et stultitiam evaserit. »

3. Ejusmodi philosophum, religionis Christianæ mysteria exsibilantem, illa feriunt verba, quibus S. Cyrillus Alexand. *in homilia Ephesi dicta*, Nestorium depositum compellavit : « Qui ineffabili modo ex Deo Patre generatus est, secundum carnem ex muliere nasci sustinuit. Factus est tibi similis propter te, et mansit propter seipsum hoc ipsum quod erat. Agnosce itaque Unigenitum factum in carne : fatere Deum esse illum, qui propter nos Homo factus est. Sed me pudet, inquis, DEUM confiteri eum qui ex muliere natus est. Tu ergo, dic mihi, divina consilia reprehendis? tu dispensationem rejicis? tu Domini voluntatem arguis? Ad hunc ille modum Orbem salvum facere voluit. Tunc *Sapientia* ipsa es sapientior? O rem incredibilem! lucerna cum Sole contendit! — Universorum Dominus operum suorum rationem novit. Amplectere itaque dispensationem ; honora mysterium in fide. Ne curiose perscruteris quæ mentem nostram excedunt : ne nimis anxie indages quæ ratione comprehendi non possunt. »

4. Incarnata *Patris Sapientia*, Christus JESUS, instituens novæ Legis Sacrificium, Apostolis dixit : *Accipite, et comedite; Hoc est Corpus meum*. Verba hæc in sensu proprio intelligenda esse, constat ex eo quod Christus his verbis Testamentum suum novum condebat. Testamentum autem propriis et perspicuis verbis condi solet. Testamentum vetus, novi umbra, disertis verbis datum est antiquis patribus. Quis jam credat Dominum figuratis et obscuris locutionibus novum, quod condebat, Testamentum implicare voluisse? Quis sibi persuadeat Christum in primario evangelicæ Legis Sacramento instituendo, obscure tantum et tropice fuisse locutum? « An forte, qui Verbum et Veritas

ɜuo potuit universa creare ex nihilo, valet
suum absque sui detrimento præbere in
» (S. Laur. Justinian.) — In eamdem rem
plura sunt antiquorum Patrum testimonia :

II. S. Hippolytus, Ep. et M., *in illud Proverb.* ix,
ia ædificavit, etc., ait : « Christus, Dei Patris Sa-
ædificavit sibi domum, Carnem ex Virgine. . . .
rit mensam suam, . . . venerandum sanctumque
pus ac Sanguinem, quæ in arcana et divina mensa
: perficiuntur et sacrificantur. »

IV. Julius Maternus Firmicus, l. *de erroribus*
religion., c. 19, ait : « Sapientia voce magna pro-
Venite, et manducate de meis Panibus. . . . Ut au-
nifestius diceretur quinam ille esset Panis per
aiseræ mortis vincuntur exitia, ipse Dominus
c venerando ore signavit, ne per diversos tracta-
; hominum pravis interpretationibus falleretur ;
m in evangelio Joannis : Ego sum Panis vitæ. Et
Nisi ederitis Carnem Filii hominis, etc.

habet vitam æternam, et ego resuscitabo eum in novissimo die. »

Sec. VI. S. ANASTASIUS Sinatia, *ad quæstionem* XLII, *Quid est, Sapientia ædificavit sibi domum?* ita respondet : « Venite, comedite Panem meum, et bibite Vinum, quod miscui vobis. Divinam suam Carnem, sanctum Sanguinem suum dedit nobis comedendum et bibendum. »

Sec. VII. S. ISIDORUS, Ep. Hispal., lib. II, *contra Judæos*, c. 27, ait : « Dei Sapientia, Christus . . . præparavit mensam, hoc est, Altare Domini, . . . dicens : Venite, comedite Panem meum, et bibite Vinum, quod miscui vobis : id est, sancti Corporis escam sumite, et poculum Sanguinis sacri percipite. »

Sec. VIII. S. BEDA, lib. I, *expositionem in Prov.*, c. 9, ait : « Sapientia . . . miscuit vinum, et proposuit mensam suam. . . . Venite, comedite Panem meum, et bibite Vinum, quod miscui vobis. . . . Certe in Pane, Corporis ipsius, et in mixto Vino, Sanguinis sacrosanctum mysterium, de quibus in Altari, mensa videlicet ejus, satiamur, ostenditur. »

Sec. IX. THEODULF., Ep. Aurel., l. *de ord. bapt.*, ait : « Sapientia et in Virginis utero sibi Corpus, et in mundo Ecclesiam ædificavit. . . . Sapientia et ante secula a Patre ineffabiliter genita est, et in fine seculorum Carnem nostræ salutis causa dignata est accipere ; quam Carnem Fidelibus suis edendam tribuit, cum dixit : Nisi manducaveritis Carnem Filii hominis, etc. »

Sec. X. RATHERIUS, Ep. Veron., epist. VI, ad Patricium, *de Corpore et Sanguine Dom.*, ait : « Manente colore atque sapore, eadem Sapientia operante, veram Carnem et Sanguinem, quod percipis, esse crede. » — *Jam diu proin ante exortam Berengarii hæresim Ecclesia Catholica cre-*

'S. Altaris Sacramento verum Christi Corpus et m percipi. »

. B. SAMONA, Ep. Gazæ, *in disceptatione cum 'araceno super veritate Corp. et Sang. Ch.*, ait : *na Patris Sapientia* ex nihilo mundum fecit, et ıo verus est, vivus, efficax atque omnipotens, t panem in suum ipsius Corpus transmutare, et uæ commixtum in proprium Sanguinem ? »

I. ECBERT., Presb. Bunn. Serm. XI, contra Catha- *orp. et Sang. Dom.*, ait : « Tu vero, o Cathare, n irrides quasi stultitiam magnam. Infelix ! quo- es stultitiæ deputare quod facit Sapientia Dei ? sibile est ? an non licet Christo, qui est Dei Vir- Sapientia, de Corpore suo facere quod vult ? An ıs nequam est, quia ipse bonus est ? Vere bonus lectorum suorum causa, multa fecit, et adhuc ei ab inimicis suis, videlicet a Judæis et Paga- ilibus tui, reputantur ad stultitiam. »

PRECES ANTE MISSAM.

ıtissimo Creator hujus Universi ! DEUS Pater omnipotens ! qui Filium tuum uni- , coæternam *Sapientiam*, de cœlo a regali- ibus in terram misisti, ut ipse sapientes culi confunderet atque infatuatum genus m ad saniorem mentem reduceret; en ! nos christiani, maxime nos Sacerdotes romano- , suppliciter adoramus Te, unanimiter mus Te, et Hostiam laudis, Sacrificium Tibi hodie offerimus, in gratiarum actio-) incomprehensa illa caritate ac benevo- ıa dilectus Filius tuus, æterna *Sapientia* cœlo ad insipientes nos peccatores descen- em ex Virgine adsumpsit, et quasi domum

sibi ædificavit, ut sic cum hominibus in
conversaretur visibiliter.

Benignissime Pater, qui *omnia in Sapient*
cisti, misericorditer ignosce nobis, quod tan
movemur, tam parum afficimur admirandis
bus atque præceptis incarnatæ *Sapientiæ* tu
quia multoties insipienter agimus, ac in mult
fendimus omnes, præsertim arrogando nobis
rerum scientias, pro desipiente hac animorum
tione et pro omnibus aliis delictis nostris,
nobis Propitiationem per hoc Sacrificium cl
ter impende, simulque necessariam nobis gr
tuam concede, ut in hac vita mortali nonnis
sapiamus, quæ ad æternam animarum nost
salutem proficiant.

Confidenter jam propero ad fontem Sapi
ad Altare tuum, amantissime Pater! nam a
tua *Sapientia proposuit mensam suam, et insi*
bus locuta est: Venite, comedite Panem meum,
bite Vinum, quod miscui vobis (Prov. IX). O mag
ineffabilis bonitas! ipsa cœlestis *Sapientia*
animæ meæ cibus esse et habitare in cord
tam squalido et tenebroso. *Deus, tu scis insipi*
meam, et delicta mea a te non sunt abs
(Psalm. 68). Dolens veniam deprecor, bone I
indulge pœnitenti; et cor meum, abstersis
rum sordibus, exorna decenti virtutum dec
digna fiat habitatio et sedes *Sapientiæ æter*
O felix hora qua Thesaurum hunc inæstima
possidebo! tenebo eum, nec dimittam, do
mihi de superabundantia ejus modicum quid
niat, quo melius tractare valeam gravissim
neris mei negotia.

« Deus patrum meorum, et Domine misc
diæ, qui fecisti omnia Verbo tuo, et *Sapient*
constituisti hominem! da mihi sedium tuar

cem *Sapientiam*, quoniam servus tuus sum homo infirmus, et minor ad intellectum judi-legum. Nam et si quis erit consummatus in-ios hominum, si ab illo abfuerit *Sapientia tua*, ilum computabitur » (Sap. IX). Elegisti me, ıe Deus, ut essem Sacerdos tuus. Ideo quam ıe indigeo divinæ Sapientiæ subsidio, quo si :m, laboribus meis nihil proficerem. « Te-*apientia tua*, quæ novit opera tua, quæ et ad-nc, cum Orbem terrarum faceres. Mitte illam : magnitudinis tuæ, ut mecum sit, et mecum t, ut sciam quid acceptum sit apud te. Sen-uum quis sciet, nisi tu dederis *Sapientiam? apientiam* sanati sunt quicunque placuerunt omine, a principio. (Ibid.) Avide jam ac si-· accedo Mensam divinam, ut ibi *Sapientiam* o Calice hauriam. Per merita hujus Sacrifi-ɔfende Ecclesiam tuam ab incursionibus So-rum, qui dicentes se esse sapientes, stulti ınt Fidemque nostram oppugnare non desi-Memento, etc.

PRECES POST MISSAM.

ego hebes et rudis, quid jam loquar tecum, *na Patris Sapientia?* — Homo ego sine sensu, ·oce, quibus et verbis alloquar, ignoro. — r tamen; libenter enim suffers insipientes, ; simplices, ac humiles corde, nec gravaris homines indictos ac rudes pro quorum sa-; cœlis venire dignatus es. — En igitur, o *tia* infinita! suppliciter adoro Te; laudo, be-· et glorifico te, o Verbum Caro factum, ha-in medio cordis mei! — Gratias tibi ago ıas pro summa bonitate tua, qua me servum ndignum ad dulcissimam Mensam tuam ad-

misisti, ibique te Panem vivum mihi manducandum, et Calicem *Sapientiæ* bibendum dedisti.

Credo in te, increata *Sapientia!* credo omnia quæ per Ecclesiam tuam nobis credenda proponis: firmiter credo in Altaris Sacramento vere ac realiter te esse præsentem, apertis enim id verbis asseruisti, quibus plus tribuo quam ingenio meo, plus quam sensibus meis, plus quam omnibus omnium Sophistarum argutiis. Paratum etiam me per gratiam tuam esse profiteor, pro hac fide mea crudelissimum mortis supplicium subire.

Spero in te, o divina *Sapientia*, ô Bonitas infinita! — Plures equidem culpas contraxi, et malum coram te feci: attamen per inexhaustam misericordiam tuam, per merita Incarnationis, vitæ ac mortis tuæ, spero veniam insipientiæ meæ; spero gratiæ tuæ augmentum et præmium vitiæ æternæ. In hac spe, in hac fiducia mea et vivere et mori volo.

Diligo te, o amabilis *Sapientia*! Jesu suavissime! Gaudeo de immensa perfectione ac beatitudine tua, nec non de omni laude et gloria tibi ab Angelis et electis tuis unquam reddita et in æternum reddenda. Te *Sapientiam æternam, omni* amore possibili dignissimam, vere præsentem in corde meo, summa reverentia ac caritate complector. Tibi me offero totum; et quidquid deinceps a me vel de me fiet, cedat ad majorem nominis tui gloriam.

Assiste mihi, precor, o *Sapientia incarnata*! in omni negotio atque periculo. Succurre mihi in quibuscunque necessitatibus et dubitationibus meis. Clementer me guberna in prosperis et adversis, ne his dejiciar, nec illis extollar. Ut omnia sapienter et recte faciam, necessaria mihi est gratia tua dirigens, protegens, prævenienc et subsequens, et hanc demississimis jam precibus a te

efflagito. Propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam. JESU sapientissime! dissipa consilia impiorum, et fac ut decidant a cogitationibus suis, quicunque vel ore vel calamo doctrinam tuam impugnant et Ecclesiæ tuæ fulcra quassare moliuntur.

O *æterna Patris Sapientia!* quam mirabiliter ex nihilo creasti cœlum et terram! *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.* (Psalm. 19). Fac me meosque omnes *non plus sapere quam oportet sapere* (Rom. XII), sed cum devotione ac humilitate admirari stupenda manuum tuarum opera. Da nobis Fidelibus tuis, ut contemplando magna, quæ ad nutum tuum in firmamento cœli volvuntur lumina, excitemur ad amandum et glorificandum te, Lumen indeficiens! ut denique mereamur magna, quæ diligentibus te præparasti, bona consequi, et quam in loco peregrinationis nostræ miramur, sapientissimam Omnipotentiam aliquando contemplari in superna patria. Amen.

FERIA V.

JESUS venit in hunc mundum, peccatores salvos facere.

MEDITATIO.

1. « Si aliquis potens homo cum magno comitatu hominum pergens, forte juxta viam, per quam transiret, aliquem pauperem cœno immersum videret, qui se per seipsum nullo modo extrahere posset de illo cœno; si miseratione motus eumdem pauperem de illo cœno extraheret, nulli dubium, quin hujusmodi magna misericordia ab omnibus prædicaretur, magnisque laudibus extolleretur.

Quid ergo? quid æstimari debet de magna Domini nostri Jesu Christi bonitate, de ineffabili ejus misericordia et caritate, qui, cum æternus sit, mortalitatem adsumpsit pro paupere et ultra modum inope, ut illum extraheret de sordidissimo peccati cœno, cui seipsum immerserat miser et infelix? — Præterea miser homo infeliciter in ipsa voragine æternæ perditionis jacebat, magnisque doloribus famis et sitis erat oppressus. Ex una igitur parte intolerabilem patiens fœtorem cœni, in quo jacebat immersus; ex altera parte neminem, qui ejus miseriæ compateretur, inveniens, tam ex fœtente cœno, in quo jacebat, quam ex desperatione consolationis, quam a nemine sperabat, intolerabili dolore afficiebatur. Venit ergo misericors Dominus ad hunc peccatorem, in luto peccati jacentem. Venit veluti mundissimus Sol per ipsos fœtores, nullam tamen fœtoris contaminationem patiens, usque ad ipsum miserum peccatorem, eumque ab ipsis fœtoribus extergens, extraxit in planum: extractum vero de lacu miseriæ et de luto fæcis, cibavit pane doctrinæ salutaris. Et post hæc, ipsa sua Carne, quam pro ejus redemptione susceperat, et suo Sanguine, qui pro remissione peccatorum fusus est, cibavit et potavit, et sic refocillatum ab ipsis doloribus, quibus ille tam graviter vexabatur, mitigavit. Hæc autem Caro, quam ei ad manducandum dedit, de natura ejusdem limi fuit, unde primum hominem plasmavit, quem ad imaginem et similitudinem quam primus homo per suam culpam deformavit, per Carnis suæ comestionem rectamque fidem, ad integrum reformavit. » (S. Anselm. Caut.)

℟. 2. « *Confiteamur* itaque, quod Magister gentium *Paulus gloriosa* voce confessus est (1. Tim. 1, 15),

Fidelis sermo, et omni acceptione dignus, *istus Jesus venit in hunc mundum, peccatores* *ere.* Hinc enim mirabilior est erga nos *dia Dei, quod non pro justis, neque pro* *ed pro iniquis et impiis Christus est mor-* *um mortis aculeum recipere non posset* *eitatis, suscepit tamen nascendo ex nobis* *set offerre pro nobis.* » (S. Leo, P.)

idem sacratissimam Carnem, quam Chri- *irgine suscepit, et in cruce pro nobis* *edit nobis ad offerendum et manducandum* Incarnationis æque ac Eucharistiæ mys- *livinæ in nos benignitatis prodigium est* *nvestigabile. Totum quod in eo est, vere* est, sanctum est, divinum est. Certe, ausus fuisset miser homo, in fœtenti *m cœno jacens, talia petere aut sperare,* *cogitare quidem. Immensam hanc Dei* *peccatores misericordiam venerantur* *adorant justi, invident dæmones, stupet* *et universa miratur natura.* — Cave, Sa- *imium dejiciaris recordatione iniquitatum* *ntiquarum; sed omni fiducia vade ad per-* inscrutabile altaris mysterium, in quo *i, qui tollit peccata mundi, vere ac integre* *tur, secundum manifesta sanctorum Pa-* *umenta :*

. S. Ephræm Syrus, *serm. adversus scrutato-* Fides Dei est, quæ in nobis operatur et futura ; fidesque semper appellatur, et non curiosi- *s, carissime, unigenito Filio Christo Jesu, quod* *er terram in carne sit natus. Quid ergo scrutaris?* *a curiose rimaris, non* jam Fidelis nuncupabe- *iosus. Esto itaque* fidelis atque innocens. Par-

ticipa immaculatum Corpus et Sanguinem Domini tui fide plenissima, certus, quod Agnum ipsum integre comedas. — Cum igitur sacra Eucharistia mysterium sit inscrutabile, prout docet S. Ephræm, *fide plenissima* credas quod *Agnum ipsum*, non meram ejus figuram, *integre comedas*.

Sec. V. S. Isidorus Pelusiota, lib. I, epist. CCXIX, ait: « Igne assas agni carnes edebant Hebræi, magnum divinæ Incarnationis mysterium per hujusmodi esum typice adumbrantes, ac Dei Agnum prædiscentes, qui divinæ Essentiæ ignem, modo omni sermone præstantiore, cum ea Carne connectit, quæ nunc a nobis editur, vitiorumque remissionem affert. » — Vere proin Agnus Dei *nunc a nobis editur*, quem *typice* comedebant Hebræi.

Sec. VI. In Liturgia Græcorum, quæ S. Joan. Chrysostomi nomen a tot seculis præfert (Murator. *de reb. liturg*, t. I, p. 161), Sacerdos, *ad fractionem Hostiæ*, dicit : « Frangitur et dividitur Agnus Dei, Filius Patris; qui frangitur, at non comminuitur; qui semper comeditur, at non consumitur; sed eos, qui sunt participes, sanctificat. »

Sec. VII. S. Gregorius Magn., lib. IV, *Dialog.*, c. 58, ait : « Hæc singulariter victima ab æterno interitu animam salvit; quæ illam nobis mortem Unigeniti per mysterium reparat, qui, licet jam non moritur, . . . tamen in semetipso immortaliter vivens, pro nobis iterum in hoc mysterio sacræ Oblationis immolatur. Ejus quippe ibi Corpus sumitur, ejus Caro in populi salutem partitur; ejus Sanguis non jam in manus infidelium, sed in ora Fidelium funditur. »

Sec. XII. Anselm., Ep. Havelbergens, l. III, *Dialog.*, c. 17, ait : « Dominus noster Jesus Christus, qui venit

in hunc mundum peccatores salvos facere, dixit sacramentum distribuendo : *Accipite : Hoc est Corpus meum... Hoc facite, etc.* Istud *Hoc* dixit propter eorum quorumdam qui in sacrificio altaris non putant idem Corpus consecrari quod ipse in cœna paschali consecravit et discipulis tradidit ; sed huic verbo, quod sequitur, *in meam commemorationem,* stulte nimis inhærentes putantes, eum hoc tantum instituisse quod in commemorationem tantum et non in veritatem ejusdem sui Corporis, sacramenta altaris celebranda essent. *Hoc,* inquit, *est Corpus meum ; Hoc facite : Hoc,* id est, idipsum Corpus : non tantum in commemorationem, sed in ipsam Corporis meram veritatem, *facite,* id est, consecrate. Quod autem dixit, *In meam commemorationem,* hoc voluit intelligi, quod sacramentum veri Corporis . . . in memoriam Passionis ejus, et satietem animarum debeat a Fidelibus celebrari. »

« Lætare ergo, *Sacerdos,* et gratias age Deo pro tam nobili munere et solatio singulari, in hac lacrymarum valle tibi relicto. Nam quoties hoc mysterium recolis, et Christi Corpus accipis, toties præ redemptionis opus agis, et particeps omnium meritorum Christi efficeris. Caritas etenim Christi nunquam minuitur, et magnitudo propitiationis ejus nunquam exhauritur. Ideo nova semper mens renovatione ad hoc disponere te debes, et magnum salutis mysterium attenta consideratione pensare. Ita magnum, novum et jucundum tibi videri debet, cum celebras, ac si eodem die Christus primum in uterum Virginis descendens, Homo factus esset, aut in cruce pendens pro salute hominum pateretur et moreretur. » (*De Imitat.,* l. IV, c. 2.)

PRECES ANTE MISSAM.

Ad pedes divinæ majestatis tuæ prostratus, o clementissime Jesu, adoro et glorifico te, obstupescens ineffabilem misericordiam tuam, qua in hunc mundum venisti, *peccatores salvos facere*, quorum in numerum et me devenisse fateor et deploro. Attonitus demiror illam vere magnam dilectionis tuæ vim, quæ de cœlo te fecit descendere in hanc lacrymarum vallem, ut nos miseros homines e sordidissimo peccati volutabro extraheres, extractosque de lacu miseriæ et de luto fæcis, ad mensam tuam reficeres proprio tuo Corpore et Sanguine.

Gloria tibi, Domine Jesu! gloria tibi, Agnus Dei, qui tollis peccata mundi; qui miseros nos peccatores pascere dignaris eadem tua Carne sacratissima quam pro nobis assumpsisti. « Gloria æterno Patri tuo, qui te misit in terras, humani generis Salvatorem, tua quippe gratia securitas nostræ consultum est. Adventum tuum laudamus optime Domine! qui peccatoribus impertis misericordiam. » (S. Ephræm Syrus.)

Propter æternam salutem nostram, o Fili Dei Hominem induisti; tandemque post multiplices ærumnas, post innumeros labores, vitam in cruce posuisti. Nos malefactores eramus, æternis digni suppliciis; tu autem, Agnus innocens, Agnus sine macula, crudele subiisti mortis supplicium, ut nos *peccatores salvos faceres*. Insuper in amoris tui pignus inscrutabile altaris mysterium instituisti, ut novo prorsus et admirabili modo semper nobiscum maneres in terris, unicus afflictorum consolator, quotidianus Sacerdotum cibus.

Quis non amet te, Domine Jesu, te, qui nostri amore tanta fecisti ac etiamnum facis? — Dilig

te benignissimum Redemptorem meum. En, sincero amore et desiderio accensus, ibo nunc ad altare tuum, ut illic offeram ac comedam Teipsum, Agnum mitissimum; Agnum, cujus Carnes deliciæ in ore Fidelium; Agnum, cujus deliciæ sunt esse cum filiis hominum. Vehementer cupio suscipere te in sacra Eucharistia, quo intimius tecum uniar dulci caritatis vinculo. Præpara tibi, Domine Jesu, congruam in corde meo habitationem, ne indigne te ibi recipiam, etc.

AD PATREM.

Pater immensæ majestatis! Dominator Domine exercituum! corde contrito profiteor coram te et Angelis tuis me omnium esse indignissimum Ecclesiæ tuæ ministrum. Peccavi sæpius, peccavi multum, et malum coram te feci. Justis adnumerari haud mereor. Locus tantum, nec ultimus, inter peccatores mihi debetur. Spem tamen salutis non abjicio; scio enim, firmiterque credo, Jesum Christum Filium tuum venisse in hunc mundum, *peccatores salvos facere*. Fiducialiter itaque me sisto tibi, misericordissime Pater! eumdemque tibi dilectum offero Unigenitum tuum, ad honorem et gloriam sanctissimi nominis tui, — in gratiarum actionem pro stupendo Incarnationis illius beneficio, et pro ceteris omnibus donis ac bonis a te acceptis; — in commemorationem gravium molestiarum quas Unigenitus tuus in mundo nascens et moriens pro nobis peccatoribus sustinuit; — in satisfactionem omnium delictorum nostrorum; — pro impetranda quoque gratia tua, mihi meisque omnibus necessaria; — in unione denique illius intentionis, qua Verbum tuum incarnatum, semetipsum Tibi pro peccatoribus obtulit in ara crucis.

Memento, Pater, Ecclesiæ tuæ, quam possedisti

ab initio; memento Præsulum atque Pastorum orthodoxorum, ut greges sibi commissos in vi salutis bene regant juxta beneplacitum tuum *Nobis quoque peccatoribus*, famulis tuis, de multitu dine miserationum tuarum sperantibus, ut clemen ter indulgeas, suppliciter deprecamur. Dimitt nobis debita nostra *propter eum qui dilexit nos e tradidit semetipsum pro nobis*. Parce populo tuo pe merita Verbi tui incarnati. Memento NN.

PRECES POST MISSAM.

Fide ac fiducia stabili, miser ego peccator ador te Agnum Dei, te Jesum suavissimum, nunc ver commorantem in corde meo. Supplex veneror ad mirabilem misericordiam tuam, qua venisti i hunc mundum *peccatores salvos facere*. Ut et me vi lissimum peccatorem salvares, non recusasti pec catoris habitu vestiri, multa pati, laboribus fatigari in cruce mori. Tu Sacerdos innocens induisti ha bitum peccatoris, et me peccatorem decorasti ha bitu Sacerdotis. Nec contentus admirando istho caritatis prodigio, teipsum mihi jam denuo dedist in cibum et potum. Te Agnum mansuetum habe in medio cordis mei; te totum possideo et amplec tor ulnis animæ meæ. — O mi Jesu! attonitu hæreo, eoque minus capio meipsum, quo diutius quo attentius, tuam in me beneficentiam ac cari tatem considero. —

Et quid ego facio pro te? aut hactenus egi?.. Multum mali, parum boni, et vel hoc parum bene Factus ego a te, creatus ad te, non manebam apu te, sed longius recedebam a te. Aberrantem a t nil nisi miseria, nil nisi pœna æterna manebat me O infelicem me! non erat inter mortales qui redi meret me; non erat qui cognosceret me; no

ui requireret animam meam. Tu autem,
e Jesu! non valens in ira tua justissima con-
misericordias tuas, noluisti me sempiternis
ere pœnis; sed manens, quod eras, Filius
ctus es, quod non eras, Filius hominis, ut
um hominum, me primorum prævaricantium
um culpa æterni victimam incendii, acer-
æ Passionis ac mortis tuæ meritis redime-
in libertatem filiorum Dei restitueres.
am te semper amassem, benignissime Re-
or! utinam legem tuam nunquam violassem!
quantus trepido, si præteritos vitæ meæ an-
ecogito. Ah, miserere mei, bone Jésu! qui
ulas peccata hominum propter pœnitentiam.
iscere miserationum tuarum, Domine! et
cordiarum tuarum, quæ a seculo sunt. Ab
us iniquitatibus meis ut eruas me, obtestor
multiplices molestias quas novem mensibus
o Virginis pertulisti pro me. Delicta juven-
ieæ et ignorantias meas ne memineris.
uitates meæ quidem multiplicatæ sunt super
s capitis mei, ita ut nulla dignus sim venia.
am tamen desperabo, Domine! sed quam in
ocavi, spem usque ad supremum vitæ hali-
etinebo. Scio enim tuam in tuos caritatem
am minui et multitudinem miserationum
i nunquam exhauriri. Caro tua sacratissima,
ex Maria Virgine susceptam, mihi hodie
candam dedisti, et Sanguis tuus vivus, in
meo circumfluens, promissiones quoque ac
tiones tuæ multæ, ad fiduciam me pecca-
animant, et ad reciprocam me rapiunt
em.
ir non tenerrime diligam te, Bonum sum-
et infinito amore dignissimum? Ab œterno
me, Fili Dei! et amore mei temetipsum

Christo regnabis. Ecce! quanta glori
sit timentibus eum. Postea vero impior
exitium cogita, quando ad tremendum i
tur tribunal. Quanta eos, cum ad sinist
separabuntur, desperatio corripiet? (
eos tenebræ irruent, quando in ira su
ad eos, dicens : *Discedite a me maledict*
æternum. » (S. Ephræm.)

3. Quis extremam illam divini JUDIC
tiam considerans, non expavescat? quis
net saluti suæ prospicere? « Quid en
terribilius cogitari quam *Discedite?* et
lectabilius exprimi quam *Venite?* Duæ s
quarum nihil horribilius una, nihilque
altera poterit audiri. » (S. Bonavent.)
autem illa et hora nemo scit (Matth. xxv
veniat. *Dies Domini, sicut fur in nocte,*
(I. Thess. v.) Derepente ac præter homin
nem ingruet dies illa formidabilis. *E*
ante januam adsistit. (Jac. v.) — Breves
porum istorum periodi, si comparentur
bus æternitatis. Nemo proin novissim
diem longius abesse opinetur. *Adhuc e*
cum aliquantulum, qui venturus est, ven
tardabit (Hebr. x.)

En, Sacerdos! *adhuc modicum aliqua*
stabis ad altare coram magno Rege ill
turus est judicare vivos et mortuos. *A*
cum aliquantulum, et in manibus tuis e
ille JUDEX, cujus in manus incidere l
est. — Dominus JESUS, Deus supremæ
in primo adventu suo vivis est contem
ultimo adventu videbitur omnino formi
adventu autem intermedio (in augustis
licet altaris Sacramento) videtur adm

amabilis. Magna igitur religione atque reve-
a Rem sacram in ecclesia perage. — Ne autem
ali Christi in eucharistia præsentia tibi forte
atio quædam subrepat, confirma fidem tuam
m testimoniis hic subnexis.

. *VII.* S. ELIGIUS, Ep. Noviomens., homil. VIII, *in die*
Dom., ait : « Versetur illi (*Pœnitenti*) ante oculos
futuri judicii, ut, cum alii accedunt ad altare Dei,
se non accedit, cogitet, quam sit contremiscenda
ena, dum percipientibus aliis vitam æternam, alii
pitabuntur in mortem æternam; a qua his sacro-
s mysteriis intervenientibus eruamur, concorporati
Redemptori, . . . digne accipientes Corpus et San-
m ipsius in remissionem peccatorum. »

. *VIII.* S. JOAN. DAMASCEN. Serm. *in Sabbatum*,
Si toto animi studio perstiterimus, dicet etiam no-
ominus : Venite, benedicti Patris mei, etc. . . .
quidem Dei Carnem ex tritico, Deique ex vino San-
m, vere per invocationem arcana transmutatis ra-
(mendacii enim expers est, qui id nobis promisit)
conscientia edentes atque bibentes : quorum opera,
auri, peccatorum sordibus abstersis mundati, im-
litatis hereditatem postea sumus adepturi, . . . cum
nuerit tuba Domini, ac mortui resurgent ad judi-
in die qua statuit Dominus judicari Orbem in
ia. »

. *IX.* ALCUINUS sive Flaccus Albinus, *in Confes-*
fidei, part. 4, *de Corp. et Sang. Dom.*, ait : « Christus
bus et potus Ecclesiæ. Caro cibus, Sanguis potus :
? Christi. Audi ipsum dicentem : Hoc est Corpus
; et, Ego sum Panis vitæ; Hoc facite in meam com-
rationem. Hoc ergo agendum, hoc frequentandum
endavit Ecclesiæ, quousque veniat in fine seculi. »

Sec. V. S. Odo Cluniac. lib. I, *Collat.*, n. 21, ait : « Sicut vox Dei in primordio mundi semel jussit ut terra per singulos annos fructum afferat, et illa semper habet effectum ad generationem; sic et eadem vox Christi Jesu semel quidem in cœna dixit : Hoc est Corpus meum; et, Hoc facite in meam commemorationem : sed donec ipse veniat ad judicandum, efficientiam ipsius rei vox ista per omnem Ecclesiam adimplet. »

Sec. XI. Samona, Ep. Gazæ, *in sua disceptatione cum Achmet, super veritate Corp. et Sang. Chr.*, ait : « Dixit Deus : Hoc est Corpus meum; et, Hic est Sanguis meus; et, Hoc facite in meam commemorationem. Et ita fit ex omnipotente ejus jussione, et superventu Spiritus Sancti, usque ad secundum ipsius adventum. »

Sec. XII. Godefridus Vindocin., Cardinal. Serm. V, *de resurrectione Dom.*, ait : « Justi ponendi sunt in dextris in die judicii; quoniam et in Christo intellexerunt divinam majestatem, et ejus cum dilectione crediderunt Incarnationem. Et si aliqui ex ipsis nondum credentes, Christum in carne occiderunt; postea comederunt Carnem Christi credentes, et ejus, quem effuderunt, Sanguinem biberunt. Injusti autem in sinistris erunt, quia nec gustaverunt divinæ majestatis dulcedinem, quæ in Christo est, nec ejus venerati sunt Incarnationem. »

Sec. XIII. Alexander Ep. Coventrens., (Labbe. *Concil.*, t. XI, p. 516) *in constitut. de Sacram.*, ait : « Nihil est sanctius quam sacramentum altaris, in tantum, quod nisi Dominus nobis reliquisset, quasi Sodoma fuissemus, id est muti non possemus respondere quærentibus : Ubi est Deus vester? Nunc autem possumus dicere, quod hic est Deus noster. Hic in terris quotidie videtur, dum per manum Sacerdotis quotidie elevatur.... Unde præcipimus, quod in Elevatione Eucharistiæ sonet campanella,

[ue sit quasi modica tuba denuntiantis adventum Judicis, mo Salvatoris, secreto ad nos venientis. »

PRECES ANTE MISSAM.

« Gratias agimus infinitæ misericordiæ tuæ, 'ater æterne, Domine Deus noster, pro omnibus iiserationibus tuis, quibus mirabiliter nobis peritis subvenire dignatus es per eumdem Filium uum Salvatorem nostrum, qui incarnatus et morrus est propter peccata nostra; qui nunc sedet d dexteram tuam, et simul tecum miseretur, qui eus est ex te, Pater! coæternus et consubstanalis tibi per omnia : unde potest in perpetuum os salvare. Sed secundum id quod Homo est, x qua parte minor te est, data est ei omnis poestas in cœlo et in terra, ut sic in nomine Jesu mne genu flectatur cœlestium, terrestrium et inernorum. Ipse quidem constitutus est a te Judex *ivorum et mortuorum* : tu vero non judicas quemquam, sed omne judicium tuum dedisti Filio tuo, n cujus pectore reconditi sunt omnes thesauri apientiæ et scientiæ. Ipse autem testis et Judex st, quem nulla peccatrix conscientia effugere oterit; omnia enim nuda et aperta sunt oculis jus. Ipse judicabit orbem terræ in æquitate, et opulos in justitia. Benedico ergo nomen sanctum uum in æternum et glorifico te ex toto corde meo, mnipotens et misericors Deus, pro illa inenarrabili et mirabili conjunctione Divinitatis et Humanitatis in unitate Personæ, ut unus idemque sit Deus t Homo. » (S. Aug.)

Eumdem Deum-Hominem super altare tibi offeriuus, misericordissime Pater, in satisfactionem mnium culparum, quibus infirmi nos ac ingrati lii hominum in dies tuam offendimus Majestatem, t divini Judicis vindictam in nos provocamus.

Miserere nostri, Pater optime! per merita hujus Sacrificii quod tibi hodie offerimus in commemorationem Incarnationis ac mortis dilecti Filii tui, nec non in earum memoriam molestiarum quas idem Unigenitus tuus a primo Conceptionis suæ momento ad extremum usque vitæ halitum pro nobis sustinuit. Fac nos ita recolere primum Christi Adventum, quem antiqua exspectavit ecclesia, ut securi ac læti videamus secundum, quem nova reexspectat Ecclesia. « Preces populi tui, quæsumus, Domine, clementer exaudi; ut qui de adventu Unigeniti tui secundum Carnem lætantur, in secundo, cum venerit in majestate sua, præmium æternæ vitæ percipiant. » (Sacram. Gelas.) Memento, Pater æterne, Fidel. viv. N. ac Defunct. N.

AD CHRISTUM.

Domine Jesu, Fili Dei, Judex *vivorum et mortuorum!* quanta tunc erit trepidatio hominum, quando *in igne venies reddere in indignatione furorem tuum, et increpationem tuam in flamma ignis* (Isai. LXVI). In illo die, vel potius *in illa nocte* (sunt verba tua, Domine!) *erunt duo in agro; unus assumetur, et alter relinquetur* (Luc. XVII). Num ego inter bonos Sacerdotes assumi, vel inter malos relinqui meruerim, loquuntur gemitus mei, produnt lacrymæ meæ. — Hêu! quale supplicium, derelinqui a te summo Bono! In æternum separari a te, quanta pœna! — Justorum ac reproborum segregatio illa vere terrifica, quia sempiterna. Totus in metu sum et trepidatione, recogitans omnes annos meos et delicta juventutis meæ. Quî præsumam adrepere ad aram, ad mensam divini Judicis mei, quem multoties offendi graviter? Tantis implicatus culpis et angoribus, quo me vertam? Quo confugiam miser?

AD B. V. MARIAM.

Ad te levavi oculos meos, Mater dulcissima, o Maria! ecce, premit me miserum cordis dommensus de peccatis meis, Angit me, cruciat timor de futuro judicio : et ideo sub tuum ıidium confugio. Tu es Mediatrix nostra apud ım tuum JESUM. Quo pluribus me peccatis irren sentio, tanto amplius confido, quod mihi ad te at accessus; et quanto sceleratior sum, tanto ɔri jure ad te propero. Tu enim, post dilectum ım tuum, unicum es refugium peccatorum, ıum solatium reorum. Te humescentes oculi recipiunt; ad te cor meum desolatum sust. Eja, mater Maria! tuos pariter misericordiæ los ad me converte, quos certe a nullo unquam ıitente avertisti, qui te humiliter invocavit. O ties jam tremendi JUDICIS severam justitiam aut gasti, aut omnino avertisti! quoties jam apud ım tuum mihi gratiam reconciliationis impeti! Vere diceris et es *Mater misericordiæ*. Eja ɔ, Regina clementissima! intercede pro me apud ım tuum, ut ipse cuncta peccata mea deleat, ıue sibi gratum efficiat. (Ludov. Blosi.) Impetra i Sacerdoti omnium indignissimo hanc gratiam, onfidenter accedam ad tremendum altaris mysım, ut debito illud pietatis affectu conficiam, ɔque suscipiam corde Amen.

PRECES POST MISSAM.

ısu Christe, Homo-DEUS, supreme ac æquise JUDEX omnium hominum! quomodo voluisti potuisti subintrare cor meum adeo parvulum, ɔ sordidum, adeo frigidum atque deforme? — edictus sit tuus iste *adventus*, o bone JESU? —

Benedicta liberalitas et munificentia tua, dulcissime Salvator! — Millies benedictus amor tuus, qui usque eo inclinavit te, ut iterum venires ad me miserum ac pœnitentem peccatorem. Profundissima, qua par est, animi demissione atque reverentia, sacros pedes tuos exosculans, adoro Te Dominum Deum meum, *Judicem vivorum et mortuorum*. Laudo te, glorifico te, enixe rogans ut clementer indulgeas mihi, quod tali negligentia mentisque evagatione Altari tuo assistere, teque tam irreverenter ibi tractare præsumpserim.

Intimo cor meum horrore concutitur, o Judex tremendæ majestatis! quoties diem illum terribilem mecum expendo, quo Fideles ab infidelibus, oves ab hædis, justos ab impiis, Sacerdotes bonos a malis, electos a reprobis pro tota separabis æternitate. Ibi sententia irrevocabili ad pœnam æternam, ad supplicia perpetua condemnabis impios et in ignem dejicies eos. — Quid tum fiet de me, o Judex omniscie? Num a dextris tuis, vel a sinistris ero in die illa tremenda? — Ob innumeras equidem quas admisi culpas, haud aliud promeritus sum, nisi projici a te, nisi separari a te, nisi derelinqui a te sine ulla reconciliationis spe. — Sed obsecro te, clementissime Redemptor, ne projicias me a facie tua, nec damnes me servum tuum, quem toties sacro Corpore et Sanguine tuo reficere dignatus es. Largire mihi potius gratiæ auxilium, ut extremum illud judicium, scenam illam terribilissimam, semper habeam præ oculis, eoque solicitius ab omni peccato declinem. Confige *timore* tuo carnes meas, et *amore* tui vulnera cor meum, ut his velut duobus ambulans pedibus, indefesse pergam mandatorum tuorum viam.

« In die illa terribili, quando omnes homines

m suis operibus debitam audituri circum-
tum quæso, Domine, qui constitutus es
vorum ac mortuorum, tum ea mecum mise-
utere, cui nulla potest oratio par inve-
› enim aufugiam, aut ubi me abscondam
ræ tuæ, cum nullum inveniri aut excogi-
ıt tam in cœlo quam in terra aut in pro-
atium quod tuæ Magnitudinis immensitate
›leatur. Enimvero, si metuendum diem
cogito, summopere exhorresco, ac mente
tonitus hæreo, haud ignarus, quale incen-
ıpios sit excepturum. DEUS bone! DEUS
rs! ne me (precor) existimes inter mortuos
ıdum, quippe quem tuo Corpore pavisti
ıine potasti tuo. Corpus tuum me mundet,
ıis tuus aspersas mihi labes detergat. »
phræm.)

, Domine, per auxilium gratiæ tuæ, ut,
t muneris mei, strenue semper exequar,
et eximiæ Dignitatis meæ, et gravissimæ
lo rationis reddendæ. Salva me, bone
die illa terrifica, qua judicaturus es vi-
mortuos. Iis me tunc annumera, quos
ssumes ad gloriam, non iis quos in per-
relinques ad pœnam. Per illas graves
s, quas in Virginis utero incarnatus per-
›btestor, et obsecro te, ne unquam me a
ari permittas. Vehementer desidero, sua-
Amor mi! tam arcte jungi tecum, ut nullo
pacto, nec in tempore, nec in æternitate
a te divelli. Qui vivis, etc.

AD B. V. MARIAM.

;o Domina, Dei Genitrix Maria! quæ Salva-
Dominum ac *Judicem* meum, in utero por-
te spem meam repono, ad misericordiam

ruam confugio. Noli me miserum despicere, ne permittas ut ego indignus famulus tuus per in finem. Delectatur tuis precibus Filius tuus qui ipsemet inter servos numerari voluit, serv gratiam et proprium decretum tibi, quæ mini eidem fuisti inexplicabilis generationis. Quapı ter Domina optima, Mater misericordiæ! respuere me peccatorem, sed accelera susci deprecationem meam, conciliando mihi benevo tiam supremi Judicis precibus tuis acceptissi Ne permittas, Deipara, ut evadam præda adver mei satanæ, sed intercede pro me, o Virgo im culata, ut æternam gloriæ hereditatem conseq Amen. (Ex S. Ephræm.)

SABBATO.

JESUS, æternum Patris VERBUM; Vita, et l hominum.

MEDITATIO.

In principio erat VERBUM; et *Verbum* erat apud Deu Deus erat *Verbum*. Hoc erat in principio apud D Omnia per ipsum facta sunt; et sine ipso factum es hil, quod factum est. In ipso vita erat, et *Vita* erat *hominum* : et Lux in tenebris lucet, et tenebræ ean comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui n erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimo perhiberet de lumine, ut omnes crederunt per illum. erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lu Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venie in hunc mundum. (Joan. I. 1—9.)

1. « B. Joannes Evangelista merito in fi quatuor animalium, aquilæ volanti compar Cunctis quippe avibus aquila celsius volare

cunctis animantibus clarius Solis radiis infigere consuevit obtutus. Ceteri Evangelistæ quasi in terra ambulant cum Domino, qui temporalem ejus generationem et temporalia facta sufficienter exponentes, pauca de Divinitate dixerunt. Hic autem quasi ad cœlum volat cum Domino; perpauca de temporalibus ejus actis edisserens, æternam Divinitatis ejus potentiam, per quam omnia facta sunt, sublimis mente volando et limpidius speculando cognovit, ac nobis cognoscenda scribendo tradidit. Ergo alii Evangelistæ Christum ex tempore natum describunt; Joannes eumdem in principio fuisse testatur dicens : *In principio erat Verbum.* Alii inter homines eum subito apparuisse commemorant; ille ipsum apud DEUM fuisse declarat, dicens : *Et Verbum erat apud Deum.* Alii eum verum Hominem, ille verum confirmat esse Deum dicens : *Et Deus erat Verbum.* Alii Hominem eum apud homines temporaliter conversatum, ille Deum apud Deum in principio manentem ostendit, dicens : *Hoc erat in principio apud Deum.* Alii magnalia, quæ in homine gessit, perhibent; ille, quod omnem creaturam visibilem et invisibilem per ipsum Deus Pater fecerit, ostendit, dicens : *Omnia per ipsum facta sunt; et sine ipso factum est nihil.* » (S. Beda.)

« Traditurus nobis Joannes Filii Dei Theologiam, nullum aliud exordium orationis aptius, quam Principium omnium prætulit. Prævidebat jam tum Spiritus sanctus, futuros esse qui detraherent gloriæ Unigeniti, et Sophismata in audientium eversionem machinarentur : Quoniam si genitus est, non erat; et antequam generaretur, non erat. Talia enim loquuntur linguæ acutæ. Ne igitur alicui hujuscemodi tendiculas usurpare liceat, Spiritus sanctus occurrit per Evangelium hisce verbis : *In principio erat Verbum.* » (S. Basil.)

2. « Sed dicunt : Si Filius est, natus est; hc fatemur. Adjungunt deinde : Si natus est Pat Filius, erat Pater, antequam ei Filius nasceretur hoc respuit fides. Similitudines adhibent de creat ris; et nobis laborandum est ut et nos inveniamu similitudines earum rerum quas adstruimus.. Ipsa quidem Sapientia dicta est in Scripturis Ca dor lucis æternæ. Hinc capiamus similitudinem, inveniamus coæva et intelligamus coæterna. Nem dubitat quod splendor de igne exit : ponamu ergo ignem patrem illius splendoris, mox quide ut lucernam accendero, simul cum igne et splend existit. Da mihi hic ignem sine splendore, et cred tibi Patrem sine Filio fuisse. » (S. Aug.)

« Dic, quæso, an Solis splendor ex ipsius Sol natura emanat, an aliunde? necessario fatendu est ex Solis natura : quod cum ita sit, nunquar tamen ipso Sole posterius ipsius radios fulgoren que dixerimus exoriri, cum sine his nunquam ap pareat : Sic non est Filius posterior, sed coæter nus Patri. » (S. Chrysost.)

« Est Filius in Patre et ex Patre, velut ex Sol splendor, aut tanquam ab igne innatus ei calor in his enim exemplis unum quidem ex alio progna tum videre est, verumtamen semper coexistens e inseparabiliter insitum, ita ut absque altero alte rum per se nequeat esse. Quomodo enim Sol erit si splendore sit destitutus? quomodo ignis, si ca lefaciendi virtute careat? Quemadmodum igitur i his, quod simul existant ea quæ sunt ex ipsis eorum coexistentia non tollitur, ita quoque i Filio. » (S. Cyrill. Alexand.)

« Quomodo possibile est, ut cum Filius, non si posterior Patre? Quomodo? Disce a corporal exemplo. Splendor Solis nonne ab ipso Sole est Etiam omnino. Nunquid ergo et posterior Sole

Hoc dici non potest. Igitur multo magis hoc de Patre et Filio intelligetur. Filius enim, Patris cum sit Splendor, sicut et Paulus dicit (Hebr. I.), semper cum Patre credendus est fulgere nec esse illo posterior. » (Theophylact.)

3. « Omnia per ipsum facta sunt. Quid præclarius Angelo? quid extremius vermiculo? Per quem factus est Angelus, per ipsum factus est et vermiculus. Homines de carne nascentes, quid sunt nisi vermes? Ipse Dominus (Ps. 21) dicit : *Ego autem sum vermis, et non homo.* Quis dubitat hoc dicere, quod scriptum est in Job. v : *Quanto magis homo putredo et filius hominis vermis?* Ecce, quid fieri voluit propter te illud quod *in principio erat Verbum.* » (S. Aug.)

« Verbum Caro factum est, ut videri posset ab hominibus : nec solum visibile, sed etiam gustabile et odorabile nobis *Verbum* Dei factum est; quippe per omnes vias sensuum aditum sibi ad animas nostras quæsivit, ut sicut per sensus mors et tenebræ intraverunt, sic per eosdem rediret *Vita* et *Lux*. Nobis igitur *Verbum* Caro factum est, ut quod antea tantummodo peterat audiri, jam etiam videri possit et gustari ab hominibus; quatenus omnes sensus nostri voce una confiteantur : Sicut audivimus, sic vidimus, sic gustamus. » (Guerric.)

4. Verbum *Lux* est, in qua tenebræ non sunt ullæ. Hæc est *Vita*, quæ credi debet, non investigari. Quemadmodum Divinæ altitudo Essentiæ comprehendi nequit ratione, simplici autem fide credi debet, ita quoque ecclesiastica Sacramenta. Aut quænam capit ratio qualiter sub modici panis vinique specie totus Christus, Deus et Homo, realiter, præsens sit? Cuncta hæc humanæ metas transeunt intelligentiæ. » (S. Laur. Just.)

Cum autem VERBUM omnipotens apertissi dixerit; *Hoc est Corpus meum;* minime dubitem de eucharistica Transsubstantiatione. Qui en omnes substantias visibiles ac invisibiles crea e nihilo, panem quoque potest mutare in c nem suam, etc. Antiquissima hæc est Eccles fides.

Seculo III. ORIGENES, hom. IX, *in Levitic.* n. 10, a « Non hæreas in sanguine carnis (*id est, vitulorum hircorum, de quibus ibi Moyses*) sed disce potius Sang nem Verbi, et audi ipsum tibi dicentem : Quia hic S guis meus est, qui pro vobis effundetur. Novit, qui m teriis imbutus est, et Carnem et Sanguinem Verbi I Non ergo immoremur in his quæ et scientibus nota s et ignorantibus patere non possunt. » — Nemini dubiu quin hic de Eucharistia loquatur Origenes, cum di Fideles mysteriis imbutos jam nosse, quid sit *Car Sanguis Verbi Dei;* infideles autem nec scire nec disc posse, nisi prius veniant ad fidem. Porro sine causa *di plinam arcani* circa hoc Mysterium servasset, si me illic imaginem aut figuram agnovisset.

Sec. IV. S. EPHRÆM Syrus, Serm. I, *de sanctissi Christianorum Sacramentis,* ait : « Verbum Dei cum vivum et efficax, Deusque omnia quæ voluit, creavit, ut dicente eo, *Fiat lux,* confestim lux facta sit; dice porro, *Fiat firmamentum,* factum sit; . . . cumque luerit supra omnia venerandus Deus Verbum, Ho nasci : quomodo is, quæso, ipse efficere non possit, panis ipsum Corpus Christi, vinum Sanguis ipsius sit — S. Ephræm non adduxisset incarnati Verbi omnipo tiam pro Eucharistiæ testimonio, nisi veram credidi Transsubstantiationem.

Sec. V. S. Cyrillus Alexandr. l. iv, *commentar. in Joan.* c. 6, ait : «Filius vita est secundum naturam, in quantum et ex vivente Patre genitus est; nihilominus etiam sanctum ejus Corpus, . . . Verbo cuncta vivificanti ineffabiliter unitum. Idcirco ejus esse reputatur, ac velut unum cum ipso conseritur ; indivisum enim est post Incarnationem, præterquam quod Verbum ex Patre existens, et templum (*sc. Corpus*) ex Virgine assumptum, intelliguntur idem non esse natura ; non enim consubstantiale est Corpus Christi Verbo Divino, sed unum congressu et concursu incomprehensibili : et quoniam vivifica facta est Caro Salvatoris, utpote Vitæ secundum naturam, Verbo similitum divino unita; cum illam degustabimus, tunc Vitam habebimus in nobis, ei quoque simul uniti, quemadmodum ipsa Verbo inhabitanti. »

Sec. XI. Theophylactus, Ep. Bulgar., *exposit. in Joan.* c. 6, ait : « Animalis homo, hoc est, qui sequitur cogitationes humanas et animales sive naturales, non est capax rerum supernaturalium et spiritualium. Atque ita et spiritualem esum Carnis Dominicæ non intelligit, cujus qui non sunt participes, non erunt participes æternæ vitæ, eoquod non susceperunt Jesum, qui est Vita æterna. »

Sec. XII. S. Petrus Cluniac., *tract. contra Petrobrusianos hæreticos,* ait : « Omnipotens Verbum Dei, per quod omnia facta sunt, sicut quotidie facit, ut per comestionem et digestionem humanam, panis in carnem, et vinum vertatur in sanguinem multorum filiorum hominum ; hic quotidie facit, ut per Consecrationem et virtutem Divinam, panis et vinum commutetur in Carnem et Sanguinem suum, *hoc est, unius Filii* Dei et hominis. »

Sec. XIII. S. Bernard. Anonymus (inter opera S. Bern.

vol. II, p. 529), *instruct. Sacerdot.*, c. 7, ait : « Qui da est nobis primo in redemptionis pretium, non cessat se bis dare quotidie in viaticum ; primo passibilis et Pas nibus expositus, nunc impassibilis, et gloria et honor ronatus. . . . Nec æstimes obfuscatam Verbi clarita per assumptam in Deo Humanitatem. . . . Filius de se testimonium perhibet (Joan. III.) dicens : *Ego Lux ve mundum etc.* Et (Joan. VIII) iterum : *Ego sum Lux mu* Joannes idipsum expresse loquitur, inquiens : *Erat vera, quæ illuminat omnem hominem etc.* Ecce, quam quam consona testimonia de illa ineffabili claritate, in Christus est, immo quæ Christus est, quæ nequit mi augeri non potest, quia immensa, quia æterna est. . . . S per eadem manet claritas. Non decrevit per assump Hominem ; non magis excelluit in Deo per glorifica Hominem. . . . Manet igitur claritas Verbi incarnat Homine glorificato. Non tempore decrescit, nec tem minuitur : nullo eventu obfuscatur. Splendet æque, est in Altari, ut in sublimitate cœli : non minus diat, cum est in manibus Sacerdotis, quam in sinu Patris. »

PRECES ANTE MISSAM.

Veneramur et admiramur immensam bonita tuam, Pater omnipotens, æterne Deus ! Concor sime prædicamus ineffabilem tuam ergo nos m ricordiam. Dilexisti nos miseros et ingratos hc nes ; dilexisti nos ab æterno, et sic dilexisti Filium tuum unigenitum dares, non Angelum Archangelum, non ministrum aliquem vel pri pem ordinum cœlestium, sed Filium tuum con stantialem ; ut omnis, qui credit in eum, pereat, sed habeat vitam æternam. Misisti ad VERBUM tuum coæternum, quo cœlos condid

quo terram fundasti, quo mare suis conclusisti terminis : *Verbum* tuum adorandum, quot erat in principio apud te; *Verbum*, per quod omnia facta sunt, et sine quo factum est nihil. Nec alia de causa sic amasti nos, o Pater sancte, quam quia infinite bonus es. Dilexisti nos spontanee, Deus solus terribilis et æviternus, solus fortis et omnipotens. Gratuito dilexisti nos, o Dominator cœli et terræ, cunctorum Autor bonorum, qui nullius indiges. Incomprehensa benignitas tua eo te adduxit, ut in terram mitteres *Verbum* tuum incomprehensibile, quod est *Vita* et *Lux hominum*. Quid amplius facere potuisti? quidve nobis dare melius?

Adoramus te, bone Deus! atque laudamus te pro inexspectata hac benevolentia tua; et in gratiarum actionem pro inæstimabili hoc beneficio, nunc offerimus tibi eundem Unigenitum tuum, idem *Verbum* æternum : demississime supplicantes, ut per infinita ejusdem *Verbi* incarnati merita, nobis delictorum veniam, simulque gratiam tuam concedere digneris, qua de tenebris ad *Lucem*, de morte ad *Vitam* translati, deinceps in lumine, sicut in die, honeste ambulemus. Largire nobis, amantissime Pater, auxilium tuum, ut abjectis tenebrarum operibus, mentis nostræ oculos ad te sursum dirigamus, viam salutis impigre pergamus, tandemque perveniamus ad vitam et lucem perpetuam. Memento Fid. viv. N. ac defunct. N.

AD CHRISTUM.

Domine Jesu! Verbum æternum et omnipotens! dum majestatem et magnitudinem tuam intueri ac contemplari volo, in immensitate tua dispareo, nec amplius meipsum *invenio*. — Ad me reversus, *quæro te in Carne, quam* suscepisti propter me. *O Verbum incarnatum!* en credo firmissime in

Altaris mysterio realiter adesse verum Corpus et Sanguinem tuum, non meram imaginem vel umbram, prout cæcutientes adversarii tui somniant. Ideoque vehementer gaudeo, quia non sub imagine tantum, aut sub umbra illius, quem desidero, sedere, sed ipsissimum Dilectum meum personaliter in corde meo possidere valeo. O mi JESU! o *Verbum* Caro factum! præpara tibi dignum in corde meo habitaculum : dilata et extende omnes affectus animæ meæ, ut te VERBUM magnum magno pariter amore ac desiderio suscipiam. DEUS immense! quem cœli cœlorum capere non possunt; minime dignus sum ut intres sub tectum meum adeo exile ac humile. Quod si tamen propter nimiam caritatem tuam ingredi libeat cor meum, eximio virtutum decore illud exorna, qui tot astris micantibus exornasti firmamentum cœli.

« Domine JESU! qui lumine gratiæ tuæ universum terrarum orbem illuminasti; illumina quoque cordis mei oculos, ut te diligam, et cum gaudio tuam jugiter voluntatem perficiam. Ecce Calix tremendi Sanguinis tui Lumine ac Vita plenus est. Intelligentiam mihi lumenque largire, ut cum fide et desiderio ad ipsum accedam; sitque mihi in remissionem peccatorum, et non ad judicium. » (S. Ephræm.)

AD B. V. MARIAM.

« O dulcis Virgo Maria, mater misericordiæ! miser ego peccator ex toto corde cum ardentissima caritate ad te confugio; quia, cum sis refugium peccatorum, statim parata es me exaudire, quantumlibet vilis sim et sordidus peccator. Vocaris et vere es mater misericordiæ et gloriosa Genitrix unigeniti Filii Dei. Tibi a Divina Bonitate concessum est propter VERBI incarnati reveren-

m, ut, quicunque peccator ad te cum devota veratione recurrit, nullo modo ab inimico infernali cipiatur. Eja ergo, Refugium peccatorum! etiam ɔ confugientem ad te recipe. » (Lud. Blosi.) Inoccidui Luminis mater! audi me tenebris obtum. Ora sine intermissione pro me ob nimiam gnitiem mortuo, tu Virgo, quæ Vitam pepesti. » (S. Ephræm). Intercede pro me apud VERBUM t te incarnatum, mihique divinam impetra gram, ut eumdem Dei Filium, qui est *Vita* et *Lux minum*, debita reverentia in altari offeram, nec digne suscipiam corde. Amen.

PRECES POST MISSAM.

Habeo nunc in pectore meo VERBUM incarnatum. mira dignatio! singularis gratia! — Teneo et nplector te ulnis animæ meæ, *Verbum* magnum, *rbum*, æternum et omnipotens! — Indignus ego icerdos ipsam possideo *Vitam;* ipsamque porto *ucem* æternam. Quanta Creatoris in creaturam lectio! — Te suppliciter adoro, et obsecro, inefbile VERBUM! ut balbutientem me creaturam cum loqui sinas.

Magne DEUS! ante te Orbis terrarum tanquam ılta roris antelucani. Per te omnia facta sunt, sine te factum est nihil, o Fili Dei unigenite! tamen propter nos homines in mundum venisti, carnem induisti mortalem. *Quid est homo, quod mor es ejus, aut filius hominis, quoniam visitas m?* Quid est homo, natus de muliere, brevi ıens tempore, repletus multis miseriis? *Quid homo, quia innotuisti ei, aut filius hominis, quoım reputas eum?* Ah! quid est homo, nisi miria vere miserrima? — Nihilominus propter ho-

mines miseros factus es Homo mortalis, Homo tibilis, Homo cruci affigendus.

Propter me, o Fili Dei! factus es Homo. quid dico, Homo? *Vermis, et non homo, opp brium hominum, et abjectio plebis* factus es prop me. O inscrutabile caritatis mysterium! Attonit hæreo, Domine! dum admirabile hoc miseric diæ tuæ prodigium attente mecum perpendo. O quam pretiosæ hominum animæ in oculis tui et quam ingens tuæ bonitatis thesaurus dulcissi nobis fidei ac dilectionis amplexu stringendus!

Utinam, mi Jesu, digne te possem laudare glorificare pro magno Incarnationis tuæ bene cio. Sed imbecillis ego homo nunquam pro m rito satis te laudare valeo. « Quid enim ego su Domine, per me, ut laudem te? Pulvis et ci ego sum; canis mortuus et fœtens ego sum vermis et putredo ego sum. Nunquid teneb laudabunt *Lucem*, aut mors *Vitam?* Tu Lux, e tenebræ; tu Vita, ego mors. » (S. Aug.) — Omn peccata mea patent oculis tuis lucidissimis. He quantum fœteo coram adoranda Majestate tu Ubinam me nunc abscondam, nisi in teipso, *Vita* pro me in ligno mortua? Tu es Vita nost Vita vera animarum, nostrorum Vita meritoru O *Vita*, quæ mihi dat vitam! *Vita*, per qu vivo, sine qua morior; *Vita*, per quam cœlo p tior, sine qua æternum pereo; *Vita*, per qu unice gaudeo, sine qua tribulor ac contabes Et ipsissimam hanc *Vitam* vere jam possideo præcordiis meis. Realis hæc præsentia tua, d cissime Jesu, mirum in modum solatur me. Ha amplius æternam metuo mortem, dum mecum vinam habeo *Vitam :* nec anxie nimis illas ex riores timeo tenebras, dum *Lux* perpetua lucet corde meo.

junge me tecum, Domine Jesu, arctissimo
issolubili caritatis vinculo, ad eum quoad
otest modum, quo Humanitati tuæ juncta
vinitas, in qua illa subsistebat, movebatur,
t, et operabatur. Sis et tu *Vita* animæ
ita ut in te et per te anima mea subsistat,
moveatur, agat et agatur per spiritum ama-
mi cordis tui, in quo vita est et principium
ıeæ. In te solo suavissime Amor mi, posthac
atque respirem; magisque anima mea in te
quem amat, quam in corpore, quod animat.
BUM Patris! loquere mihi; identidem sonet
a in auribus meis. O *Vita* et *Lux hominum!*
ıa oculos meos, ne unquam obdormiam in

ɔrem quoque in modum a te peto, VERBUM
ım! ut Proximos meos, præsertim illos
m mihi salus curæ ac cordi esse debet, ab
peccato custodire, et ardentiori quotidie
ianarum amore virtutum inflammare digne-
uo magis tibi placeant, alacrius serviant,
ɜ adhæreant, certiusque ad vitam perveniant
ternam. Miserere pariter, o VERBUM Caro
ı! tot infidelium qui etiamnum in tenebris
umbra mortis sedent. Educ miseros e ca-
sua pestifera, et trahe eos ad te, Domine,
ı *Vita* et *Lux hominum;* ut omnes nos ali-
o simul juncti vivamus in illa regione Vivo-
ıbi neque mors neque tenebræ dominantur,
ita et *Lux* perpetua. O quantum ibi erit gau-
nostrum! quanta felicitas! mirifice lætabi-
lic, et exultabimus in te Domine! quoniam
e est fons Vitæ, et in lumine tuo videbimus
ɑ. Qui vivis.

AD B. V. MARIAM.

» O purissima Virgo Maria, a Deo glorificat tu Civitas Dei a Prophetis merito es dicta et pr nuntiata. Ex te ortus est ipsemet tui Creator, q te post partum, sicut antea, semper Virginem co servavit » (Theod. Studit.) — Impetra mihi, me que omnibus, pro quibus me Sacerdotem opor orare, divinæ augmentum gratiæ; ut dilecto Fi tuo, *Vitæ* ac *Luci* nostræ, constanter adhæren in hoc seculo, ei quoque inseparabiliter jungam in altero. Amen.

DOMINICA II. ADVENTUS.

Jesus desideratus cunctis gentibus.

MEDITATIO.

1. Propheta Aggæus, c. II, v. 7, Redemptoi nostri adventum vaticinatus est his verbis : *H dicit Dominus exercituum : Adhuc unum modicum e et ego commovebo cœlum et terram, etc. Et move omnes Gentes : et veniet* Desideratus *cunctis Gen bus.* — A secundo anno Darii Hystaspis usque Christi adventum erant anni 515, qui revera *modic* quid sunt respectu temporis ab Orbe condito elap scilicet annorum 3485, respectu vero æternital vix momentum vel punctum faciunt. Sive *adh unum modicum* in mente Dei, in qua *mille anni su tanquam dies hesterna quæ præteriit.* — Porro *De deratus cunctis gentibus* non est alius nisi Christ Dominus, quem omnes gentes, immo et omn creaturæ merito desiderabunt : Christus enim e principium, exemplar, finis, vinculum, centru vita, salus et felicitas totius Universi.

2. Isaias, c. XL, v. 5, Christi adventum pr

it : *Revelabitur gloria Domini, et videbit* ›*ariter, quod os Domini locutum est.* — Id ›sa Christi Humanitas, et latens in ea ›ium oculis patebit, per Apostolos ombus annuntians gloriosum Evangelium, d viam ad gloriam æternam demonsrædicans regnum cœlorum. Hæc enim *gloria Domini.*

er gentium, D. Paulus (Rom. xv,) ait : *scripta sunt, ad nostram doctrinam . Dico enim, Christum Jesum ministrum ncisionis propter veritatem Dei, ad conromissiones patrum : Gentes autem super : honorare Deum, sicut scriptum est : :onfitebor tibi in gentibus, Domine, et ·antabo. Et iterum dicit : Lætamini gentes us. Et iterum : Laudate omnes gentes Donagnificate eum omnes populi. Et rursus Erit radix Jesse, et qui exsurget regere ›m gentes sperabunt.*

felix es, Sacerdos Domini! en hodie nanus tuas et in cor tuum *veniet Deside- : gentibus.* Ad arbitrium tuum habebis esum desiderabilem mundi Salvatorem, ›s gentes multa per secula desidera- omnes populi ac nationes ardentibus ›t votis; quem hodiedum omnes pii semperque secum habere desiderant. nscientiam tuam ab omni vel minima mque divino huic Hospiti habitaculum corde tuo. « Beata Virgo Maria, quæ iscera sua Deum portatura, debuit prius ›iritu obumbrari et præparari, ut ea pu- ›eret, qua major sub Deo nequit intel- itaque homo recepturus eumdem Dei

et Virginis Filium, deberet plusquam angelica puritate nitescere. » (S. Anselm. Cant.)

Quod autem Christus, *Desideratus cunctis gentibus* et natus ex Maria Virgine, in altaris Sacramento realiter præsens sit, vetustissimis probatur documentis :

Sec. IV. S. Ambrosius, lib. *de mysteriis*, c. 9, ut ostendat in sacra eucharistia substantiam panis mutari in substantiam Corporis Christi, varia adducit exempla aliarum mutationum mirabilium, sc. virgæ Mosaicæ in serpentem, aquæ fluminis in sanguinem, etc., ac postea sic pergit : « Quodsi tantum valuit sermo Eliæ, ut ignem de cœlo depromeret, non valebit Christi sermo, ut species (*naturas*) mutet elementorum? . . . Sed quid argumentis utimur? Suis utamur exemplis, Incarnationisque mysterio adstruamus Mysterii veritatem. Liquet, quod præter naturæ ordinem Virgo generavit. Et hoc, quod conficimus, Corpus ex Virgine est. Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi Corpore, cum præter naturam sit ipse Dominus Jesus partus ex Virgine? »

Sec. V. S. Prosper Aquitan. *commentar., in Psalmum* 135, ait : « Qui dat escam omni carni. Hæc est Esca, de qua Dominus dicit : Caro mea vere est Esca, quæ datur omnibus gentibus : quia nullus renatorum Fidelium ab esu ejus excipitur. » — Certe cunctis Fidelibus, per omnes Mundi nationes diffusis, persuasum est, Christi Carnem vere manducari in Altaris Sacramento. Et hoc pro magno nobis est argumento veritatis eucharisticæ.

Sec. circ. VI. In Liturgia Habissinorum (quæ *Apostolorum* nomen præfert, et apud Aethiopes Christi Fideles *potissimum* in usu est (Murator., de reb. Liturg. t. I, *p. 177), postquam* Sacerdos ad Consecrationem panis ad-

ristí verba, *Hoc est Corpus meum*, populus res-
ímen, amen, amen. Credimus, et certi sumus.
s te, Domine Deus noster : hoc est vere, et ita
Corpus tuum. — Pariter, ubi Sacerdos super
ronuntiavit : *Hic est Calix Sanguinis mei, etc.*
espondet : *Amen. Vere est Sanguis tuus : credi-*
rotestantium fidem appellamus : numquid hic
est Habissinorum fides de realitate Corporis et
Domini in Sacramento? Nec enim imagina-
figuratum Corpus et Sanguinem in mysterio sibi
sed conceptis verbis et ineluctabili professione
nsmutationem factam agnoscunt, dicendo : *Hoc*
rpus tuum, ita credimus : vere est Sanguis tuus ;

I. S. Petrus Cluniac., *tract. contra Petrobrusis-*
cos, ait : « Quid dicis, qui veritati tam lucidæ con-
Non credo, ait ille : dubito, dicit iste, quod panis
Carnem, vinum convertatur in Christi Sangui-
a alterius generis substantiam in alterius sub-
nus converti, mihi novum atque insolitum est :
nia nunquam factum est ; insolitum, quia nun-
m est. Si recolere volueris præcedentia tempora,
ti Novum, vetus esse reperies : quod dixisti In-
sitatum esse cognosces. Relege, ut ait Ambro-
m Moysi mutatam in serpentem ; recole aquas
as mutatas in sanguinem : et si agnoveris diver-
ntias virgæ et serpentis, aquarum et sanguinis,
ne male concepta resipisce. »

Seculo, Petrus Lombardus, Magister sententia-
v, dist. 10, ait : « Satis responsum est hæreticis,
nibus eorum, qui negant verum Corpus Christi
sse, et panem in Corpus, vel vinum in Sangui-
ica consecratione converti, dicentes : Quis

audeat manducare Dominum suum? quis etiam audeat dicere, quotidie formari Corpus Christi de materia vel substantia, quæ non fuit caro Virginis? Hæc et his similia objiciunt illi, in divino mysterio legem naturæ sectantes; quorum perfidiam subdita convincunt testimonia. Ait enim Veritas: Accipite, Hoc est Corpus meum. Item Ambrosius: Si tantum valuit sermo Eliæ ut ignem de cœlo deponeret; non valebit tantum sermo Christi ut substantias mutet? De totius Mundi operibus legitur, quia ipse dixit, et facta sunt, etc. Sermo igitur, id est, Filius, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea, quæ sunt, in id mutare quod non erant? Liquet, quod præter naturæ ordinem Virgo generavit; et hoc, quod conficimus, Corpus ex Virgine est. Quid ergo hic quæris naturæ ordinem in Christi Corpore, cum præter naturam sit ipse partus ex Virgine?»

Sec. XIII. S. THOMAS AQUIN. in eumdem lib. IV, *sentent.* dist. 10, in exposit. text., ait: « Si tantum valuit sermo Eliæ ut ignem de cœlo deponeret, non valebit tantum sermo Christi ut substantias mutet? Locus est a minori: unde intelligendum est, quod plus valeat sermo Christi, et in persona Christi prolatus: quia sermo Eliæ in seipso non habebat virtutem aliquam, sed operabatur per modum intercessionis; sermo autem Christi sub forma hujus Sacramenti habet virtutem intraneam.... Quid ergo hic quæris naturæ ordinem? Ergo videtur, quod non licet disputare per rationes de hoc Sacramento. Et dicendum, quod loquitur contra illos, qui nihil in hoc sacramento, et in aliis quæ sunt fidei, volunt credere, nisi hoc quod per naturalem rationem probari potest; non autem contra illos, qui ex principiis fidei disputant, et qui ex principiis fidei disputant, et qui ex principiis naturalibus non volunt probare, quæ sunt fidei, sed sustinere: quia quæ sunt fidei, quamvis sint supra rationem, non tamen suut contra rationem.»

PRECES ANTE MISSAM.

ıriste, Salvator mundi! *Desiderate cunc-*
s! ecce, quemadmodum desiderat cervus
aquarum, ita desiderat anima mea ad te
Deum meum. O quam grave mihi est
esse a te, quem diligit anima mea! Veni,
! veni ad me, Jesu suavissime! Tu dilec-
mihi, totus amabilis, totus desiderabilis.
hi, quem diligit anima mea, ubi pascas
)—Verumtamen non me latet ubi pascas.
) sancto tuo pascis esurientem me, ac
n te. Illic parasti in conspectu meo men-
magnam, ubi proprio tuo Corpore et
reficis animam meam.
ɔra consuetudo, sed ingens tui deside-
it me ad aram tuam, o *Desiderate cunctis*
Sicut indignum me benevolentia tua fa-
sitientissimum me tui profiteor. Et quam-
nitas mea nonnihil absterreat me, confi-
nen ibo ad altare tuum, nec ulla re detineri
r, quo citius tui compos fiam. Prægestit
) complecti, te benignissimum Redempto-
quem dudum Gentes sperabant. In te jam
præcordia mea. Ecquid mihi est in cœlo,
iid volui super terram? Tu es Deus cordis
; mea, Salus, Vita, Felicitas mea in tem-
ɔternitate. Te summis anhelo votis, eoque
. esurio te, Panem Angelorum, quo sæ-
ɔmedo. Veni, dulcissime cordis mei Hos-
i, ne tardes. Anima mea sicut terra sine
. Apud te est fons vitæ : tu solus exsatia-
m sitimque meam; tu solus explebis in-
iderium meum. Veni, Jesu mi desideratis-
ni, *Dilecte mi! Omnis* mihi mora gravis,
plectar quem diligit anima mea, quem

omnes desideraverunt gentes, in quem desi
Angeli prospicere. Quam felix ego, JESU mi!
tecum ero!! —

AD PATREM.

Omnipotens æterne DEUS! qui unigenitu
lium tuum, *Desideratum cunctis gentibus*, in
misisti, ut per Evangelium suum gloriosur
riam nominis tui ubique propagaret, cunc
gentibus viam monstraret ad gloriam cœl
eapropter honoramus te, laudamus te, mag
mus te. Gratias agimus tibi pro magna mis
dia tua, qua tuum nobis dedisti Filium, Red
rem summe desiderabilem, ut e tenebris ge
tis transferret nos ad lumen veritatis.

Eumdem Salvatorem nostrum Tibi, Pate
rande, offerimus super altari tuo; supplicil
orantes adjutorium tuum, ut in qua vocatio
cati sumus, constanter perseveremus. *Exci
mine, corda nostra ad præparandas Unigeniti tu
ut per ejus adventum purificatis tibi mentibus
mereamur.* (Sacram. Gelas.) *Da, quæsumus,
tuo, per hæc sacra mysteria, spiritum veritatis
cis, ut te per adventum Unigeniti tui tota me
gnoscat, et quæ tibi sunt placita, toto corde s*
(Missal. Bellov.)

Pater Sancte! DEUS misericors! qui I
Virginem Mariam innumeris exornasti do
in matrem Filii tui elegisti; per virtutem
Sacrificii quod tibi offerimus, concede nobi
pitius, ut, qui matrem Unigeniti tui in terri
mus, ejus intercessione salvemur. Miserere
ethnicorum, et effunde miserationes tuas
Gentes quæ non exquisierunt te, ut cogn
quia non est Deus nisi tu, et enarrent ma

a; ut videant potentiam tuam, tuamque nobis-
m laudent bonitatem.
« Convertat benignitas tua quos longa susti-
it misericordia tua. Miserere omnium, o Deus
nnium! ostende omnibus lucem miserationum
arum : omnes enim miseri; omnes sumus opera
a, quæ dedisti Filio tuo in hereditatem. Memento
nium nostrûm, ut omnes efficiamur heredes
gni tui, et videntes aliquando gloriam tuam,
oremus bonitatem tuam, et dicamus omnes pari-
', cum viderimus inæstimabilem Pulcritudinem
m : Gloria Patri, qui fecit nos; gloria Filio, qui
lemit nos; gloria Spiritui Sancto, qui renova-
nos : per infinita secula seculorum. Amen. »
Anselm. Cantuar.)

AD B. V. MARIAM.

Sacratissima Virgo, Mater Maria! quæ coope-
te Spiritu Sancto, gratia plena, Messiam, *Desi-
atum cunctis gentibus*, purissimis visceribus tuis
icipere et portare meruisti; impetra mihi Sacer-
i omnium indignissimo gratiam a dilecto Filio
Jesu Christo, ut eumdem in tremendo Missæ
rificio reverenter offeram et suscipiam. Exorna,
eso, per intercessionem tuam, hospitium cordis
i debito virtutum decore, ut Jesum, Amorem
m summe desiderabilem, decenter tractare ac
iere valeam.

PRECES POST MISSAM.

alve! millies salve, Jesu suavissime! qui rur-
i admisisti me ad sacram mensam tuam. O
m bonus es, Domine Jesu, *Desiderate cunctis
ibus!* Quam bonus, quam benevolus es speran-
s in te! — Dedisti mihi sanctissimum Corpus

AD B. V. MARIAM.

O Maria, Virgo purissima! quæ genuisti Ch
tum *Desideratum cunctis gentibus*, intercede pro
ac cœteris peccatoribus, ut, quemadmodum Ge
lium rejicimus ac improbamus errores, ita
Gentilium aversemur mores. Impetra nobis a
gratiam, pie sancteque vivendi, moresque nos
sic instituendi, ut mereamur aliquando Fi
tuum videre ac possidere in cœlis, quem n
desideramus in terris. Amen.

FERIA II.

Jesus, Messias Patriarchis promissus.

MEDITATIO.

1. Ab ipso mundi exordio, statim post p
hominis lapsum, Messias Orbi promissus est. I
enim (Gen. III) dixit ad serpentem : *Inimicitias
nam inter te et Mulierem*, sc. beatam Virgi
Mariam : *Ipsa conteret caput tuum* ; id est, infern
potestatem serpentis ipsa edomabit, Christum
Messiam paritura.

2. *Abrahæ dictæ sunt promissiones* (Gal. 1
*et semini ejus, qui est Christus. Providens Sc
tura*, id est, Spiritus Sanctus, autor sacræ Sc
turæ, longe ante proscipiciens, *quia ex fide j
ficat gentes Deus, prænuntiavit* (Gen. XII) *Abra
Quia benedicentur in te omnes gentes.*

3. Patriarcha Jacob (Gen. XLIX) moriturus di
*Non auferetur sceptrum de Juda, dux de femore
donec veniat qui mittendus est ; et ipse erit expec
gentium.* — Et filio suo Dan benedicens, excla
vit : *Salutare tuum expectabo, Domine.* — « Ora

in Psalmo : *Salutare tuum da nobis*. Desiderabant hoc *Salutare* antiqui justi, de quibus Dominus dicebat discipulis : *Multi voluerunt videre quæ vos videtis; et non viderunt.* » (S. Aug.)

4. Propheta Balaam (Num. XXIV) Christi adventum vaticinans, ait : *Orietur Stella ex Jacob, et consurget virga de Israel.* — Sancti Patres hunc locum exponunt de Christo, qui luce doctrinæ suæ illuminat Orbem, et sceptro seu regia potestate sua toto Mundo dominatur.

5. Anna, uxor Elcanæ (I. Reg. II) MESSIÆ adventum prædixit in Cantico suo his verbis : *Dominus judicabit fines terræ; et dabit imperium Regi suo, et sublimabit cornu*, id est, potentiam regiam, *Christi sui*, Hebr. MESSIÆ.

6. Per prophetam Nathan (II. Reg. VII) dixit Dominus ad David regem : *Cum completi fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis; suscitabo semen tuum post te. — Firmabo regnum ejus, et stabiliam thronum regni ejus usque in sempiternum.* Prophetiam hanc plerique Patres non allegorice solum, sed etiam litteraliter intelligunt de Christo Domino.

7. David ipse in Psalmis suis ubique vaticinatur Christum, seu MESSIAM orbi promissum, præsertim in Psalmo 109. *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis, etc. Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.* JESUS, *eoquod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium* (Hebr. VII) secundum ordinem Melchisedech, qui panem et vinum in sacrificio obtulit : quod et Christus in consecratione Corporis et Sanguinis sui fecit.

S. Laurentius Justinianus ait : « Ab ipso mundi exordio, sicut incarnandi Verbi sunt revelata my-

steria, ita frequenter etiam Corporis et Sanguinis instituenda Sacramenta. Hæc namque sacerdoti Melchisedech revelata fuere : nam cum benediceret Abrahæ, a cæde regum revertenti, pro sacrificio panem vinumque obtulit in figura spiritualis hujus Refectionis. Præfigurabantur etiam hæc in agno Paschali, in quo præsignabatur humani generis liberatio a diabolica servitute. Hæc in legalibus sacrificiis quoad reconciliationem, in oblationibus quoad satisfactionem, in holocaustis quoad conservationem præfigurata fuerunt : decuit namque ut tam salubre Sacramentum, tam adoranda Hostia, multorum testimonio fulciretur, atque ejus præconia prædicta legerentur. » — In eucharistia vero non meram figuram, sed ipsam haberi veritatem, constans semper fuit Ecclesiæ Catholicæ doctrina :

Sec. V. S. Hieronymus, *commentar. in Matth.*, c. 26, ait : « Postquam typicum Pascha fuerat impletum, et agni carnes cum Apostolis comederat Christus, assumit panem, et ad verum Paschæ transgreditur Sacramentum ut, quomodo in præfiguratione ejus, Melchisedech panem et vinum offerens fecerat, ipse quoque veritatem sui Corporis et Sanguinis repræsentaret. » — S. Hieronymus hi loci opponit id, quod fecit Christus, agno paschali et sacrificio Melchisedech, tanquam *veritatem* figuris et umbris. Proin eo loci *repræsentare* idem omnino sonat, ac antiquarum figuram *veritatem* exhibere, seu *præsentem sistere*. Habes itaque, Sacerdos, veritatem Corporis et Sanguinis Christi, nec solam figuram vel umbram quam impudens dogma Novatorum invexit contra antiquissimam Ecclesiæ Catholicæ doctrinam. Nescio sane an possit hodie fides nostra circa eucharistiam manifestius exponi quam hic a S. Hieronymo fuit exposita.

Sec. IX. S. PASCHASIUS Ratbert. Abbas Corbeiens, *Epist. ad Frudegard., de Corp. et Sang. D.*, ait : « Ad ultimum quæso, ne sequaris ineptias de tripartito Christi Corpore, ... nec aliud adjicias, nec subtrahas ; sed totum, ut Christus instituit, ita esse credas et intelligas : quatenus per hoc ille in nobis concorporatus maneat, cui juravit Deus Pater : Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech, et non secundum deliramenta quorumdam. Idcirco Apostolorum sequenda est Traditio ; eorum fides, eorum instituta sunt servanda, quia ab omnibus vere Communicantibus una exigitur fides. »

Sec. X. ATTO, II. Ep. Vercell., *Exposit. epist. ad Hebr.* v, ait : « Christus factus est Sacerdos, non temporalis, sed æternus, ad quem hoc dictum est : *Tu es Sacerdos in æternum, etc.* Iste solus secundum ordinem Melchisedech, ex eo quod natus est de utero virginali, ... non secundum id quod natus est ex Patre, ... sed Sacerdos propter Carnem assumptam, propter victimam, quam pro nobis offerebat a nobis acceptam, id est, Carnem et Sanguinem suum ; de qua victima ipse in Evangelio ait : Nisi manducaveritis Carnem Filii hominis, etc. Sed in ista Carne ac Sanguine nihil cruentum, nihil corruptibile mens humana concipiat ; sicut dicit Apostolus : Qui Corpus Domini indigne manducat, judicium sibi manducat. ... Hujus ordinem Sacrificii, per mysticam similitudinem, Melchisedech instituit, quando Domino panis et vini fructus obtulit. Constat enim pecudum victimas periisse quæ fuerunt ordinis Aaron, non Melchisedech ; sed hoc manere potius institutum, quod toto Orbe in sacramentorum erogatione celebratur. »

Sec. XI. SYNODUS Atrebat. (an. 1025., *Dacherii Spicileg.* t. I, p. 611), cap. 2, *de Corp. et Sang. Dom.* ad quæstionem : « Quomodo possit Corpus Christi per tot

ecclesias in toto orbe diffusas, per tam innumerabiles populos et longa tempora, singulis diebus, singulis hominibus sumendum distribui, et nunquam deficere? ita respondet : Dum fidem evangelicam et Traditionem Apostolicam vos fateri audimus ; Verbum, quod in principio erat apud Deum, id Caro factum in fine temporum, quomodo totus cum Patre fuit semper, et totum se clausit in utero Virginis? Si totus in Virgine, quomodo totus cum Patre? . . . Ergo non impossibile est, Corpus, quod æternum et incorruptibile est, et in cœlis servare, et in terris communicandum nobis præbere. »

Sec. XII. S. Bruno, Ep. Signiens, *Exposit. in Psalmum* XIX, ait : « Christus est Sacerdos magnus secundum ordinem Melchisedech ; qui admirabili potentia panem et vinum in sui Corporis et Sanguinis substantiam vertit, suisque discipulis dedit, dicens eis : Accipite, et comedite ; Hoc est Corpus meum, etc. »

PRECES ANTE MISSAM.

Pater Domini nostri Jesu Christi ! ex quo omnis Paternitas in cœlo et in terra nominatur ! ad aram offerimus tibi Corpus et Sanguinem Filii tui propter nos incarnati, Dona vere pretiosissima ; supra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris, et accepta habere ; sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui justi Abel, et sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ ; et quod tibi obtulit summus Sacerdos tuus Melchisedech, sanctum Sacrificium, immaculatam Hostiam. Respice in faciem Christi tui, sicut olim respicere dignatus es super tenues altissimi hujus Sacrificii figuras et umbras quæ vel ideo tibi erant acceptæ, quia Christum Filium tuum præsignificabant.

Speramus, o Pater misericordissime ! quod cle

r accepturus sis nostra hæc munera, dum nobis jam contulisti beneficia. A prima statim i ætate Patriarchis promisisti MESSIAM. Inun- ıus postea hominum flagitiis, merito revo- ıotuisses promissionem tuam. At non secun- ıeccata nostra fecisti nobis; sed tuis stetisti ssis, et sicut locutus es ad patres nostros, i nobis Emmanuelem, recordatus misericor- ıæ. Post innumeras mortalium iniquitates, utasti consilium, non revocasti promissum, ıriasti sententiam; nos vero instabiles, ac fidei homines, mutamur in horas; et pro- nostra tibi facta, ex levi quandoque causa ır rescindimus. Sed en, optime Pater, acce- ad altare, supplicantes tibi per merita ıiti tui, quem juxta iteratas promissiones l nos misisti, et quem tibi hodie offerimus, perfidiæ nostræ veniam, et tuam nobis n concedas, quo majori deinceps fidelitate 'omissiones nostras servemus. Pater Sancte! ıteris Testamenti Patriarchas, MESSIAM a te ısum avide præstolantes, regni tui partici- ıse voluisti, concede nobis propitius, ut constantia, pari spe ac fide perseverantes o, tandem ad tui visionem pertingamus, et efficiamur promissionibus tuis. Memento v. N. et defunct. N.

AD CHRISTUM.

ɔmine JESU! quis ego sum, ut intres sub meum? An melior ego sum quam tot ıhæ antiqui fœderis, quibus tamen non sisti ut te sic haberent, quemadmodum ego eo? Quam profunde te demittis, Domine! es me pauperem et publicanum! Satis tibi ırat, in terris videri et cum hominibus

conversari : sed insuper præcepisti nobis, ut te comedamus. » (S. Hieron.)

« Oro itaque dulcissimam misericordiam tuam, suavissime Jesu! pasce miseram animam meam, ne deficiat in hac peregrinatione fatigata. Tua me, Domine, bonitas creavit, et patienter hactenus me quotidie peccantem expectavit. Potentia Divinitatis tuæ fecit me : humilitas autem Humanitatis tuæ refecit me. Ecce, Domine Jesu, gratia tua donante recordor, quia (sicut prænuntiasti per sanctos tuos ab initio mundi) natus de sancta Virgine, veram ex ea Carnem accepisti. Pasce peccatricem animam meam hac sancta tua Carne; satia illam tua dulcedine. » (S. Ansel. Cant.)

AD B. V. MARIAM.

Sancta Maria! Regina Patriarcharum! beatissima Sponsa Spiritus Sancti! per ardens illud desiderium, quo ceu Patrona perditorum hominum, Redemptoris adventum (unicum illud humanæ reparationis remedium orbi promissum) expectasti : impetra mihi, quæso, meritis ac intercessionibus tuis hanc gratiam, ut Filium tuum, Jesum meum, reverenter in altari suscipiam, simulque promovendæ divinæ gloriæ et animarum salutis desiderium concipiam ferventissimum. Amen.

PRECES POST MISSAM.

Quid hoc? — Messias divinus, olim Mundo promissus, revera nunc præsens in pectore meo? — Jesus Christus, a sanctis Patriarchis tamdiu expectatus, nunc in præcordiis meis? — Sanctus sanctorum in brachiis indignæ animæ meæ? — Obstupesco, Domine, mirabilem hanc clementiam tuam Haud capio talem bonitatis tuæ magnitudinem, ne

omprehendere valeo tam mirum amoris tui ex-
essum. Cæcutiunt oculi mentis meæ ad tantum
najestatis splendorem; et intellectus meus nimium
mbecillis deficit ad perspicienda tam alta mys-
eria. — O bone JESU! quam admirabilis, quam
neffabilis, quam inscrutabilis in hoc Sacramento
munificentia tua, dulcedo tua, caritas tua!!

Omni, qua possum, devotione ac reverentia,
provolutus ad pedes tuos, adoro te Dominum
Deum meum, habitantem in medio cordis mei.
Spero in te, qui MESSIAS et Salvator antiquis pro-
missus es Patriarchis, atque donatus hominibus
tempore rato. Te diligo super omnia quæ sub sole
sunt, et sine fine amabo te. — O potens amor! o
quantum tibi imperium in ipsam omnipotentiam
Divinam! JESU, Redemptor suavissime! quomodo
fieri potuit, ut me sic diligeres, sic foveres, sic
honorares et exaltares? At quomodo fieri possit,
ut ego non amem te, aut amare te desinam? Quo-
modo fieri possit, ut ego non sperem in te, vel
inquam in te sperare cessem?

Varias equidem molestias patior; multiplices
sustineo tentationes et infirmitates: millena me
undique circumstant pericula; quin et diversa
nihi salutis occurrunt obstacula. Firmissimam ta-
men spem atque fiduciam pono in te Domine DEUS,
miserator et misericors. Etsi ambulavero in medio
umbræ mortis, non timebo mala quoniam tu me-
cum es: etiamsi occideris me, in te sperabo;
quoniam tu es, Domine, spes mea a juventute mea.
Clementer respice hanc fiduciam meam, et non
confundas me ab expectatione mea.

Patriarchas antiqui fœderis ex variis eripuisti
malis ac calamitatibus, Domine DEUS. In te spe-
raverunt patres nostri; speraverunt, et liberasti
eos; ad te clamaverunt, et salvi facti sunt; in te

speraverunt, et non sunt confusi. Nobis quoque peccatoribus, famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus, concede solatium et auxilium tuum. Gravioribus subinde calumniis ac vexationibus affliguntur servi tui, Sacerdotes. *Domine, miserere nostri : te enim expectavimus ; esto brachium nostrum et Salus nostra in tempore tribulationis* (Isai. XXXIII). Mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te.

Quid autem nunc offeram tibi, dulcissime JESU, in gratiarum actionem pro hac visitatione tua? Quid retribuam tibi pro hoc ingenti beneficio? Nihil habeo, nec invenio boni quidpiam in meipso. Si vel omnes sancti Patriarchæ, si omnes Electi tui, si omnes Angeli junctis viribus pro me laudent et glorificent te, nunquam eas tibi laudes et gratiarum actiones præstabunt, quas tibi debeo pro tua in me beneficentia. Quid ergo faciam peccator ego vilissimus, et ne dignus quidem elevare oculos meos ad tremendam Majestatem tuam? — Saltem offero tibi, Domine, omnes illos amoris actus, omnes laudes et gratiarum actiones, quas beata Virgo Maria mater tua obtulit tibi eo tempore quo te MESSIAM orbi promissum, te Verbum incarnatum in utero suo virginali gestavit. JESU gloriosissime, a sanctis Patriarchis diu exspectate! fiducialiter expecto a te gratiam et benedictionem tuam, ad gravissima vocationis meæ negotia indefesso persequenda studio. Spero et expecto a te sanctæ caritatis augmentum, atque finalis perseverantiæ donum. Confidenter spero felicem e vita dicessum, et promissum æternæ vitæ præmium. Amen! amen!

FERIA III.

Jesus, Pater futuri seculi.

MEDITATIO.

1. A Prophetis ferme omnibus prænuntiatus est primus Christi adventus. « Moyses, et ceteri Prophetæ veracissimi, Dominum Christum prophetaverunt, et gloriam magnam ei dederunt. Hunc non tanquam parem sibi, sed plane Dominum Deum omnium, et Hominem propter homines factum, venturum prænuntiaverunt » (S. Aug.) Enimvero, « Sacramentum salutis humanæ in nulla unquam antiquitate cessavit; quod enim prædicaverunt Apostoli, hoc annuntiaverunt Prophetæ; nec sero est impletum, quod semper est creditum » (S. Leo M.)

Inter Prophetas Domini, primus a Psalmista Isaias, diserte vaticinatus est Christi adventum, præsertim cap. 9, ubi de nativitate Domini sic loquitur : *Parvulus natus est nobis; et vocabitur nomen ejus, admirabilis, Pater futuri seculi.* — Haud immerito Christus vocatur *Pater futuri seculi :* ipse enim per Incarnationis suæ mysterium, ineffabili nos modo regeneravit, atque in filios Dei adoptavit. Ipse, utpote Vita, vitam nobis tribuit æternam, restituitque immortalitatem, quam in protoparente nostro amisimus. Christus, tanquam Pater optimus, in hoc seculo largitur nobis alimoniam tam corporalem quam spiritalem, et in seculo futuro vitam æternam.

2. Apostolus (1. Cor. .xv) ait : *Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem, sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Chisto omnes vivificabuntur, qui sunt Christi, qui in adventu ejus crediderunt. Factus est primus homo* Adam *in* ani-

mam viventem : novissimus Adam in spiritum vivificantem. Quemadmodum enim animales sumus, quia pater noster carnalis Adam *factus est in animam viventem*, sic erimus post resurrectionem in seculo futuro spiritales, quia Pater noster spiritalis Christus factus est *in spiritum vivificantem. Primus homo de terra terrenus, secundus Homo de cœlo Cœlestis*, jam immortalis et incorruptibilis. *Qualis terrenus, tales et terreni, et qualis Cœlestis, tales et cœlestes.* Mortales sumus ex protoparente mortali; sed in seculo futuro immortales erimus per immortalem Christum. *Igitur, sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem cœlestis* Sicut Adamo similes fuimus in peccato; ita e Christo Parenti nostro, tanquam filii carissimi conformemur in hoc seculo per vitam spiritualem per virtutes cœlestes, per mores sanctos et integros, ut in seculo futuro conformari mereamu eidem Salvatori nostro, *qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum Corpori claritatis suæ* (Philip. III.)

3. Jesus Christus, liberalissimus iste *Pater* fideles filios suos in hoc seculo nutrit sanctissimo Corpore et Sanguine suo. Ipsemet Panis cœlestis Christus Dominus, substantialiter præsens est i sacrosancto Eucharistiæ mysterio; id enim uni versalis Ecclesia omnesque Patres orthodoxi jar inde ab Apostolorum temporibus et crediderunt, e docuerunt :

Sec. IV. In Liturgia Coptica, quæ S. Basilio tribuitu (*Murator.* t. I, p. 172), *Oratio fractionis ad Filium* hisc verbis concepta est : « Benedictus es, Christe Deus, qi per Incarnationem tuam incomprehensibilem, præparas nobis Panem cœlestem, Corpus hoc tuum sanctum i mysterio, omnibus modis sanctum. »

PETR. CHRYSOLOG., Serm. II, *de filio prodigo*, ara nobis semper loquitur Christus; . . . qui m voluit esse servorum; qui magis amari timeri : qui Panem vitæ se dedit ipsum; qui suum in poculum salutis effudit. »

ec. *V.* S. CHRYS., *Exposit. in Psalm.* 144, nt mysteriis nostris initiati, assidue succinunt uli omnium in te sperant, Domine ! et tu das n in tempore opportuno. Qui enim filius factus a spiritali fruitur, digne Patrem gloria affece- *nim*, ait, *glorificat Patrem*. I. . . . Factus es nsa spirituali frueris, comedens Carnem et ejus, qui te regeneravit. Refer itaque gratiam neficio, et eum, qui hæc præbuit, gloria et ho-

OSMAS Ægyptius, *Indicopleusta* dictus, l. v, *a Topographia*, ait : « Quemadmodum in hoc lacte parentum nutrimur, id est, ex carne et orum ad vitam constituimur, ita jubemur sanguinis Domini Christi alimentum mystico e, quandoquidem secundum Scripturæ sen- futuro seculo Pater noster est quia ab eo et riam accipimus et aliquo modo regeneramur ernam. Hic vero prima natalitia sunt lactisque m, quod eum, qui regeneratur in mysteriis, ad vitam firmat et constituit, nempe typus iis per aquam et Spiritum, et mysticus cibus Sanguinis Christi, qui credentem, iisque par- ad vitam æternam invitat et attrahit : in futuro rectio ex mortuis, qua ceu ex utero, ex sepulcris , regeneramur, et reformamur. »

CONCILIUM Hispalens. II, anno 619 (Labbe , p. 1666), *Act.* VII, definivit : « Neque coram

Episcopo licere Presbyteris in baptisterium introire, nec pœnitentes sine præcepto Episcopi sui reconcili nec eo præsente sacramentum Corporis et Sangu Christi conficere. »

Sec. VIII. S. JOAN. DAMASCEN., lib. IV *de fide* c. 13, « Quoniam homo Creatoris sui præcepto violato, mort ac corruptioni obnoxium fecerat; idcirco generis nc Parens ac Conditor ob viscera misericordiæ suæ, sin nobis per omnia factus est (factus scilicet Homo abs peccato) nostræque naturæ conjunctus est.... Oport vero ut quisquis hominum vellet in illius summi I participationem venire, denuo nasceretur, novoque mento nutriretur, ac ejusmodi qui nativitati consentar esset, atque ita perfectionis modum attingeret. Per si itaque Incarnationem, Passionem et Resurrection humanum genus a primi parentis peccato et morte et ruptione liberavit; ac seipsum normam atque exem constituit, ut nos quoque ipsius vestigiis inhæren quod ipse natura est, hoc adoptionis beneficio simus nimirum et heredes Dei. Nobis itaque secundam dedit tivitatem, ut, quemadmodum ex Adamo progeniti, s litudinem ipsius contraximus, maledictionem nacti ac ruptionem, eodem quoque modo ex ipso (Chri progeniti, similes ei efficiamur, ejusque incorruptione, quæsito hereditatis jure, potiamur. Quoniam vero Adar iste spiritalis est, par erat ut tum nativitas, tum par Alimonia spiritalis esset. Verum quia ex duplici nat compositi sumus, duplicem quoque nativitatem, at item compositum Cibum esse necesse erat. Quocirca n vitas nobis per aquam et Spiritum, hoc est, per sanct baptisma præstatur : Cibus autem, ipse est Panis *Dominus noster* Jesus Christus, qui descendit de cœl

Sec. IX. THEODORUS Studit. Serm. XXIV catechet

« Mater lacte aliquantisper alit infantem. Hic verus noster et Dominus et Parens, suum Corpus atque Sanguinem in cibum et potum impertitur, idque perpetuo. O impervestigabilem bonitatem! o inexsuperabile munus! Ergone possumus non eum amare atque colere? »

Sec. XII. Petr. Blesens. Serm. lxi, *ad Sacerdotes*, ait : « Novi recentesque hæretici totum subvertunt orbem. Hi sunt qui nec in parvulis baptismum admittunt, nec in altari Corporis et Sanguinis veritatem, nec in Sacerdotibus gratiam Spiritus Sancti. » — Dolendum et hodie quod *novi recentesque* Pagani tam acriter contendant, totum subvertere orbem christianum, manifestissimas impugnando Ecclesiæ veritates atque doctrinas.

PRECES ANTE MISSAM.

Benignissime Jesu! *Pater futuri seculi!* credo te ideo in hunc mundum venisse ut nos perditos Adami posteros regenerares in filios tuos, et quam in protoparente nostro amisimus, vitam immortalem nobis misericorditer restitueres. Tu Pater potius quam Dominus, tuorum esse voluisti servorum, et diligi maluisti quam timeri. Homo factus es mortalis, ut hominibus ex Adamo progenitis secundam dares nativitatem et vitam immortalem. Per tuam itaque Incarnationem, Mortem et Resurrectionem liberasti me a primi parentis culpa, maledictione, morte ac corruptione perpetua. Singulari tua bonitate regenerasti me in baptismo, ut, quod tu natura es, id ego adoptionis beneficio essem, nempe filius et heres Dei, coheres tuus, simili donandus *claritate*, vita, et incorruptione *æterna. Si gloriari oportet*, Domine Jesu! gloriabor *de singulari hac clementia* tua, quæ me miserum

Adami filium ad talem evocasti hono
tantam provexisti dignitatem.

« Dei filius sum ego. DEUS ipse Pate
O ineffabilis benignitas! o mira dign
penda sublimitas caritatis divinæ! Acc
ad Patrem meum, qui nihil aliud vult
beam eum. Nunquid ego diutius cunc
quid tardabo? nunquid aliis rebus in
Quinimo absque mora, omnibus post
ram ad eum. Sufficit mihi, si habeam
Patrem meum. Ideoque toto cordis im
ad eum. Non aliud cogitabo, nisi JESUM
aliud habere desidero, nisi Patrem me
mentis meæ totus tendit in illum, qu
traxit animum meum. JESUS, Pater m
o favum in ore meo, cum Te JESUM
Patrem meum! O dulcedo indicibilis!
inæstimabilis! o jubilatio ineffabilis, cu
meum nominare audeo. O admiratio!
medullaris! Pater meus es tu : quid d
ultra petam? Pater meus es tu » (S. A

Surgam igitur, et ibo propius ad
optime! nam usque adeo excessisti in
ut tuum mihi Corpus et Sanguinem offe
et potum. Ingratus equidem ego sum
et plane indignus, ut panem filiorun
Remanere tamen nequeo a mensa tua,
dum et tuam liberalitatem et meam
gentiam. Confidenter accedo Altare
ducaturus Panem vitæ æternæ. Ven
instituisti Sacramentum in memoriam
ris tui, quo propter nos homines Car
mortalem et tantas in ea tolerasti
cordare igitur, dulcissime *Pater!* earu
rum quas infans in utero immacul
Mariæ pro nobis subiisti, atque per

quo animo pertulisti. Reminiscere miserationum tuarum, Domine! et misericordiarum tuarum quæ a seculo sunt. Ne memineris iniquitatum mearum antiquarum, *o Pater futuri seculi!* sed secundum inopiæ et tribulationis filiorum tuorum. Memento Fidel. viv. N. ac Defunct. N.

AD B. V. MARIAM.

Maria, Virgo immaculata! Regina Prophetarum! Sponsa Spiritus Sancti! per illam præparationem tuam, quam innocentissima semper ad Deum habuisti gratiam, et per humilitatem tuam undissimam, qua Christum, *Pater futuri seculi*, eadem Incarnatione suscepisti, impetra mihi (cor) a Deo dignam ad Sacrificium istud præparatum, ut eumdem Filium tuum in altari decenter sumam, et puro ac humili corde suscipiam. Amen.

PRECES POST MISSAM.

Pater amantissime, Jesu Christe! liceat mihi, o filio tuo, dulci te *Patris* nomine compellare, quia nos servos tuos, vitio primæ nativitatis amo filios iræ et perditionis, regenerasti Dei et heredes vitæ æternæ, haud immerito Pater vocari voluisti *Pater futuri seculi.* — *Pater meus* es tu, qui personaliter nunc habitas corde meo. *Pater meus* es tu, cujus natura bonitas, cujus intellectus mera sapientia, cujus voluntas mera sanctitas. *Pater meus* es tu, cujus cogitatio merum lumen, cujus splendor mera vitas, cujus propensio merus amor, cujus deliciam filiis hominum esse. *Pater meus* es tu, qui præsens et semper absconditus, semper mirabilis et semper amabilis, semper donans et semper abundans.

Laudo et benedico te, JESU *Pater* mi! Autor vitæ et incorruptionis meæ perpetuæ. Supplex adoro te Patrem novæ prorsus ac inauditæ dilectionis. Tu enim, Creator omnipotens! qui fecisti hominem sine homine, factus es Homo pro homine. Venisti Medicus ad ægrotos, Summus ad infimos, Dominus ad servos, Dives ad egenos, Fortis ad debiles, Pater misericordiarum ad filios miseriarum. Descendisti de cœlo, ut filios tuos jacentes erigeres, cæcos illuminares, aberrantes revocares, redeuntes susciperes, ac esurientes Pane vitæ satiares. Utique *Pater* es *vere* bonus, quia Caro tua *vere* est cibus, et Sanguis tuus *vere* est potus filiorum tuorum. Debitas tibi grates referimus pro tam eximiis munificentiæ tuæ opibus in nos effusis.

Qui fœderis antiqui *Dominus* audisti, a Prophetis jure nominatus es *Pater futuri seculi*, seu Parens novi Testamenti. Lex vetus, lex timoris, prædicavit te DEUM omnino formidabilem. Lex autem nova, lex amoris, ostendit te *Patrem* undequaque bonum, *Patrem* summe amabilem. Immorigeris equidem filiis tuis graves subinde plagas infligis in hac vita, ut parcas in altera. « Plerisque magis, cum modo parcis, irasceris, *Pater futuri seculi!* ut non ad iram, sed potius ad mansuetudinem tuam pertinere intelligatur dolor, quo corripis quos diligis, ne pœnis crucientur æternis. Flagellas omnem filium quem recipis. Nec in peccatis suis eum prosperari sinis, sed in mansuetudine illum quasi sinistra flagellas, ut emendatum aliquando ad dexteram ponas. » (S. Aug.)

JESU amabilis! *Pater futuri seculi!* totum me ad voluntatem tuam converto. Tu es Deus vitæ meæ tu Autor futuræ incorruptionis meæ ac immortalitatis beatæ. Tu Pater meus, heri et hodie, in tempore ac æternitate. Quid timeam sub protection

ra vere paterna me foves atque gubernas.
›mparatione plus diligis me, quam piissimi
s diligere valent prolem suam; immo plus
e quam ipse me amo. Largire mihi, quæso,
cum tui amorem; accende cor meum igne
s tuæ, ut, quæ sunt muneris mei, strenue
m. *Pater* bone! fac me filium bonum atque
rum. — *Pater* humillime! fac me parvulum
et humilem corde. — *Pater* patientissime!
parvulum patientem, et ad durissima quæ-
atum. — *Pater* sancte! redde me filium vere
ustum et sanctum, ac conformem imaginis
in novissimo die lætus occurram tibi *Patri*
rissimo, cui nunc affectu filiali deservio.
ıanta tunc erit lætitia filiorum tuorum,
turi seculi! quando ad æviternum eos gau-
ıum advocabis, dicens : Venite, benedicti!
; filiorum amantium, adveniente patre trepi-
ıt fugere, sed exultante spiritu certatim in
›ccursum festinare. Unusquisque, ut primus
›currat, ardenter anhelat, vehementer pro-
›uumque de dulcissimi patris adventu gau-
›estatur gestu, plausu, osculis et amplexu.
u, mi Jesu, *Pater* benignissime! filios tuos
et electos, pari tunc excipies hilaritate; et
m innumeros amplexum, expansis latius
bi colliges, dulcesque filios tuos pectori tuo
gens, blanda manu, paternoque affectu de-
is, et interminabili felicitate beabis. Spero,
ıi! suspiransque desidero cum filiis tuis in
›uli te coram videre, illucque venire, ubi tu
ıo nobiscum et nos perpetuo tecum erimus.

FERIA IV.

Jesus Princeps pacis perpetuæ.

MEDITATIO.

1. Maximam nobis lætitiam ac consolationem affert illa Isaiæ vaticinatio, dicentis cap. IX : *Puer vulus natus est nobis, et Filius datus est nobis : et vocabitur nomen ejus. . . . Princeps pacis, . . . et pacis non erit finis.* Christus ideo venit in hunc mundum, ut miseros nos peccatores reconciliaret Deo Patri suo. *Cum adhuc peccatores essemus, . . cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus.* (Rom. v.) Christus enim in cruce pro nobis mortuus est, ut in amissam nos gratiam reduceret, et ut perpetuam haberemus Pacem cum Deo et Proximo.

2. *Itaque, quæ pacis sunt, sectemur* (Rom. XIV) — *Non enim est dissensionis Deus, sed Pacis* (1. Cor. XIV.) — Depositis omnibus odiis ac simultatibus, pacem jungamus cum Proximis etiam inimicis, quia et Deus misericors dilexit nos, *cum inimici essemus.* Profecto magnum nobis beneficium exhibuit Deus, dum in terras misit Unigenitum suum, qui nos secum reconciliaret, atque in pace nos perpetua stabiliret, vere *Princeps pacis.*

3. Quid pro hac bonitate majus, quid dignius, quid excellentius offerre Deo poteris, Sacerdos, quam ipsum dilectum ejus Filium, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam odorem suavitatis? Innumera quidem in veteri Testamento holocautomata offerebantur, ac tamen nime sufficiebant, quoniam umbræ tantum et imagines erant Hostiæ hujus sacratissimæ. Tes

stolo. (Hebr. x.) Lex vetus habuit *umbram rorum bonorum : impossibile enim est sanguine orum et hircorum auferri peccata. Ideo ingre s mundum, dicit : Hostiam et oblationem noluisti ; pus autem aptasti mihi : holocautomata pro pec- non tibi placuerunt. Tunc dixi : Ecce venio. io,* Pater, *venio* de cœlo in uterum Virginis, utero in præsepium, de præsepio in exilium, exilio ad labores, de laboribus ad Passionem, Passione ad mortem, mortem autem crucis : *io,* exultans ut gigas ad currendam viam meam : *e venio*, ut faciam, DEUS, voluntatem tuam : l lubens *venio*, ut, quod aptasti mihi, Corpus mundo tecum reconciliando ponam in ara cru-, ad id ipsum in novæ Legis Sacrificio relin-m, quotidie posthac a Sacerdotibus offerendum quotidianis hominum peccatis ac negligentiis iandis.

l. En Sacerdos ! hodie manibus tuis imponet se us magnus, Altissimi Filius, immensus rerum iter, discordiarum Osor, et *Princeps pacis,* Autor us *pacis* acceptissimæ, cujus *non erit finis*. Lege, relege sequentia Patrum testimonia, perquam nea tum ad firmandam Eucharistiæ fidem, tum fovendam Pacem mutuam.

ec. *V.* S. CHYSOST. Homil., II, *de prod. Jud.*, ait : «Audi d dicat Dominus : Si offers munus tuum ad altare, etc.... pter pacem cum fratre tuo, hoc Sacrificium factum est. gitur propter pacem cum Proximo tuo sacrificium of-ur, tu vero pacem non recte servas, etiamsi sacrificii liceps fias, inutilis tibi hæc participatio efficitur sine lio servandæ pacis.... Filius Dei venit in mundum, aturam nostram Patri reconciliaret.... Non solum it ut pacem iniret, sed et nos quoque beatos prædicat,

si paria faciamus, nosque suæ appellationi
efficit, nam beati pacifici, quoniam filii Dei
Quod itaque Christus Filius Dei fecit, idipsum
dum humanam facultatem facito, pacisque co
tibi sis et Proximo tuo.... Unius Corporis
sumus omnes. Unum itaque corpus effician
animas mutuo charitatis vinculo colligantes.
mutuo servemus, magnaque pietate ad horre
terribilium mysteriorum participationem ac

Sec. VIII. S. Germanus. Ep. CPolitan., *in*
tione rerum ecclesiast., ait : « Habeamus oport
et caritatem tempore mysteriorum, et cum
mus; . . . ipse enim unigenitus Filius Dei, Pac
tor omni credenti est, ac pretiosum suum Cor
guinem largitus est. »

Sec. IX. Florus, Diac. Lugdun., lib. *de Actio*
ait : « Christus semetipsum obtulit immacul
Hoc nobis in Sacramento Corporis et Sanguin
quotidie instauratur, . . . cum panis et vini cre
cramentum Carnis et Sanguinis ejus, ineffab
sanctificatione transfertur.

Sec. circ. X. Expositio super Missam, *ex*
Einsidl. (Gerbert., *Monum. vet. Liturg. Alm*
p. 228), hæc habet : « Pax Domini sit semper
Christus est Pax æterna, qui nos reconciliavi
Hoc orat Sacerdos, ut illa Pax cum populo pe
omnes concordes faciat. . . . Et ideo tunc facim
antequam Corpus et Sanguinem Domini sumin
cordiam inter nos habere ostendamus. »

Sec. XI. B. Bruno, Ep. Herbipolens., *Com*
Psalm. 137, ait : « Beatæ Incarnationis Chr
tum quotidie veneratur Ecclesia, dum Corpu

ıem ipsius in sacramento adorat. » — Adoratio hæc, quæ ıltaris Sacramento exhibita, multoties occurrit in veterum ıcriptis Patrum, satis indicat quænam tunc temporis ıerit Ecclesiæ fides circa eucharistiam.

Sec. XII. Hugo, Ep. Rothomag., lib. I, *contra hæreticos*, . 8, ait : « Christus, . . . Sacerdos iste singularis et inef- ıbilis, seipsum semper offerens Deo Patri pro nobis, eipsum donat et nobis, . . . cum Deo Patre unus in essen- ıa, cum assumpto Homine unus in Persona. Solus iste ollit peccata mundi, Mediator Dei et hominum, Pacem ıenam facit, uniens seipsum nobis et nos ipsos sibi. »

PRECES ANTE MISSAM.

Clementissime Deus, Pater æterne! cujus im- nensa misericordia nunquam recedit a nobis, sup- ıliciter adorantes incomprehensam Majestatem uam, offerimus tibi dilectum Filium tuum, *Princi- ıem pacis*, in gratiarum actionem pro universis ıeneficiis tuis, maxime pro stupenda illa bonitate ıua, qua eumdem Unigenitum tuum misisti in hunc nundum, ut Humanam indutus Carnem multa pro ıobis pateretur et acerbissima morte sua nos te- ıum reconciliaret.

Offerimus tibi, Regi seculorum immortali, eum- ıem Filium tuum, *Principem pacis*, in plenam satis- ıactionem delictorum nostrorum, quæ (proh dolor!) n dies a nobis iterantur, Pacemque te inter et nos ıultoties tollunt, rescindunt, atque perturbant. In mnium iniquitatum nostrarum expiationem, im- ıolamus super altari tuo pacificam et immacula- ım Hostiam, quam benigne respicere digneris. ındonatis criminibus nostris, recipe nos in gra- ım et *amicitiam tuam*.

Per infinita istius Hostiæ merita, obsecramus

et obtestamur te, Domine sancte Pater! ut peccatoribus indignis benigne concedas *mu nem Pacis*, pacis tam publicæ quam privatæ nota est horum perturbatio temporum, tumu tium rabies hominum, et afflictio Reipublicæ tianæ. Mitte pacem in plebem tuam, o Pater potens! et dissipa gentes quæ bella volunt mina vultum tuum super nos, et miserere per merita Filii tui: tibi enim *complacuit per e conciliare omnia* (Coloss. I, 20.) *Da propitius in diebus nostris*. Talem nobis pacem concede lem tunc in orbe terrarum floruisse leg quando Unigenitus tuus, *Princeps pacis*, in visus et cum hominibus conversatus est. Nol ceps acerbis bellorum calamitatibus in nos ar vertere. Pacem, o Deus! pacem deposcimu nes. *Servabis pacem; pacem, quia in te spera* (Isai. XXVI.) Da servis tuis illam, quam mundu non potest, Pacem, ut hostium sublata form tempora sint tua protectione tranquilla.

Impetret insuper Filius tuus, *Princeps pa* altaris sacramento vere latens et postulan nobis, ut Pax et concordia fraterna cunctos Fideles illæsa semper servetur ac integra. I tiare per hoc Sacrificium, mitissime Deus! bus publicæ aut privatæ pacis turbatoribu christianæ libertatis violatoribus. Pacifica, q mus, et tranquilliores redde turbulentorum a hominum, qui superbia tumidi student rebus et vanis. — Prosit quoque hæc Hostia pacific nibus inimicis meis, ceterisque Fidelibus int dissidentibus; militibus etiam in bello justo tuis et nondum a pœnis noxarum absolutis *mento Fidel.* viv. N. et Defunct. N.

AD B. V. MARIAM.

Regina cœlorum! Domina Angelorum! Virgo laria! de qua natus est Jesus, *Princeps pacis* : im-etra nobis ab eodem pacem perpetuam. En idem filius tuus in cibum mihi præbet Carnem illam nctissimam quam ex te sumpsit; in potum mihi ffert Sanguinem suum pretiosum quem ex te ac-epit. Intercede pro me, o Mater tanti Principis! t divinissima hæc Munera decenter in altari of-bram, iisque salutariter vescam. Amen.

PRECES POST MISSAM.

Ave, mi Jesu carissime! *Princeps pacis!* qui ve-am perpetuamque pacem Deum inter et homines onciliasti. Unde hoc mihi, ut tu ad me venire ignatus sis? tu, qui tantus es, ad talem? — O esu! *Princeps* infinite amabilis! unde miserrimo ihi peccatori, mihi vilissimo terræ vermiculo, ihi famulo tuo pigerrimo, mihi Sacerdoti omnium idignissimo, unde mihi tanta miseratio tantæ onitatis, tanta dignatio tantæ Majestatis, tanta ilectio tantæ Divinitatis, ut denuo me ad dulcis-mum altaris convivium, ad suavissimum Pacis iculum admiseris? — Sanctus Dominus Deus ıbaoth!!

Benignissime Jesu! *Princeps pacis!* agnoscaris, neris, et glorificeris infinite infinities ab omni-is, et in omnibus, et super omnia in æternum. iomodo multiplicasti misericordiam tuam super e! — Quomodo me tam singulari amore prose-ti poteras, me, qui tam languido sum animo in bus meis? — Isthoc clementiæ ac caritatis tuæ odigio attonitus ego, tuosque complexans pe-s, adoro te, laudo te, glorifico te; et omni, qua cet, animi demissione tibi gratias ago.

Jesu Christe! *Princeps pacis perpetuæ!* quanta est miserationum tuarum multitudo et diuturnitas! Dilexisti homines peccatores *Charitate perpetua* (Jerem. xxxi, 3.); ideo attraxisti nos, miserans, et reconciliasti nos Patri tuo. Ab æterno cogitasti super nos *cogitationes Pacis et non afflictionis* (Ibid. xxix 11.), cogitationes Redemptionis, et non damnationis. Jam ab æterno decrevisti, Domine, gravissimas pati molestias a primo Incarnationis tuæ momento, a præsepio usque ad mortem in crucis patibulo subeundam, ut nos reduceres in gratiam et amicitiam cum Patre tuo, nobisque pacem dares perpetuam.

O Deus cordis mei! largire mihi, quæso, spiritum pacis et concordiæ fraternæ. Da, ut mores meos in melius semper emendem, noxas vel levissimas evitem, peccandi occasiones fugiam, in virtutibus proficiam, et in suscepto sanctioris vitæ consilio firmissime permaneam. Adjuva me gratia tua, ut quascunque molestias pro gloria nominis tui libenter suscipiam, nihilque sub sole præter te diligam. Fac, o suavissime *Princeps pacis perpetuæ!* ut in te vivam, in te moriar, in te perpetuo maneam.

Eamdem hanc misericordiam exhibe Jesu omnibus amicis et inimicis meis, qui me unquam offenderunt, aut contristaverunt. Propitius esto confratribus meis, pro quibus orare debeo ac soleo. Fac, obsecro, potentissime *Princeps pacis!* ut quæ in diebus tuis orta est *justitia et abundantia pacis*, in diebus nostris restituatur in integrum et stabiliatur in perpetuum. Tu nosti, Deus omniscie! quanta opinionum et animorum dissensio dominetur inter nationes tam orthodoxas, quam a fide nostra alienas. Quid non timendum nobis ex hac animorum discordia? Quo confugiamus, o Jesu!

ad te *Principem pacis* invictissimum? Bonitas vel maxime tunc adesse solet, quando rebus ne desperatis nec vires nec ingenia hominum ulari possunt. Res utut discordes ad concor-a redigis, qui universas creaturas ordine tam abili disposuisti in cœlo et in terra.

olle igiter, o divine *Princeps pacis!* tolle ex e christiano, e medio nostri, cuncta dissidia, uaque odia; ut omnes nos absque simultatibus ntes unanimiter, singularique voluntatum ad-cti concordia, junctis quasi viribus serviamus; ut, quemadmodum universis Fidelibus, in lesiæ sinu manentibus, una lex est, una fides, m baptisma, unus Deus, una spes, et una mys-Mensa; ita et vox una sit, mens una, caritas, sententia una, cor unum, et anima una, quo lius universi perveniant illuc, ubi Electi tui dentes in Pace perpetua tecum sine fine regna-t. Qui vivis et regnas, etc.

FERIA V.

Jesus, Dei Filius, Homo factus.

MEDITATIO.

« Filius Dei venit, ut fieret Filius hominis, aretque nobis, qui eramus filii hominum, filios fieri. Factus est ille quod non erat; nos que per ejus gratiam facti sumus quod non nus, id est, filii Dei. » (S. Aug.) *Eramus natura iræ* (Ephes. II), quibus ob primi hominis pec-im nonnisi pœna debebatur sempiterna. *At ubi t plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, um ex Muliere, ut adoptionem filiorum recipere-*. (Gal. IV.) « Qui Filius Dei est, Filius hominis us est, ut homo adoptionem percipiens, fieret

filius Dei » (S. Iren.) *Videte, qualem caritatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur et simus* (I. Jo. III.) Afferte Domino, filii Dei! afferte Domino gloriam et honorem. *Omnes enim filii Dei estis per fidem, quæ est in Christo Jesu.* (Gal. III.)

2. « O mirabile mysterium! o mira semperque miranda divinæ Propitiationis benignitas! Servi digni non fuimus; et ecce! Filii Dei facti sumus, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. » (S. Laur. Just.) « Dicit Psalmista : *Salutare tuum da nobis.* Dicamus et nos : *Da nobis Christum tuum.* Jam quidem dedit Deus Christum suum. Adhuc tamen ei dicamus : *Da nobis Christum tuum*, quia dicimus illi : *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Et quis est Panis noster, nisi ipse qui dixit: *Ego sum Panis vivus, qui de cœlo descendi?* Christus factus est hominibus Homo; servavit se Deum Diis. An forte arroganter dixi? Revera arroganter, nisi ipse dixisset : *Ego dixi : Dii estis, et filii Excelsi omnes.* Ad hanc ipsam adoptionem renovamur, ut efficiamur filii Dei. » (S. Aug.)

3. « Admodum stupendum est audire Deum ineffabilem, inenarrabilem, incomprehensibilem, Patri æqualem, ex Muliere natum esse; illudque maxime mirare, quod genuinus Filius Dei, se Filium Davidis audire passus sit, ut te faceret Dei filium. Passus est se patrem habere servum, ut tibi servo Patrem faceret Deum. » (S. Chrysost.) « Filii ergo promissionis, filii sunt beneficii mere gratuiti. Hinc *gratias agamus Domino Deo nostro*, quod est magnum sacramentum in Sacrificio novi Testamenti, quod ubi et quando et quomodo offeratur, cum fueris baptizatus, invenies. » Hæc sunt verba sancti Augustini, ex quibus liquide constat illa ætate *Sacrificium novi Testamenti* fuisse cele-

ɔratum, Catechumenis tamen (juxta morem *Disci-*
linæ arcani) nondum explanatum. Quo magis
ıutem fides tua, Sacerdos! circa venerabile hoc
ıacramentum fulciatur, aliorum insuper antiquo-
um Patrum documenta perpende :

Sec. IV. Concilium Nicæn. I, an. 325 (*Labbe Concil.*
. II, p. 363), *in prolusione ad varias sanctiones, in Vati-*
ana Bibliotheca servatas: ait : « Credimus item in Filium
esum Christum, Verbum Dei, genitum a Patre ante
mnia secula, et ab ipso Deo Patre missum in mundum ;
ui habitavit in Maria Virgine, et Carnem ex ea assumsit,
ua suæ a mortalibus occultavit majestatem Divinitatis ;
stque in hoc Deus perfectus et Homo perfectus. . . . qui
er gratiam elargitus est eis Panem eucharisticum et
ınctum Vinum, Cibum Angelorum, nimirum veram
arnem, et verum Sanguinem suum, dicens : Hic est
nim Sanguis meus novi et sancti Testamenti, quod dedi
obis. Quoties ergo ex eis edetis et bibetis, in meam me-
ıoriam facite. »

Sec. V. S. Cyrill., Ep. Alexandr., lib. xiii, *de adoratione*
ı *spiritu et verit.*, ait : « Panem manducamus illum, qui
ɜ cœlo est, Christum scilicet, qui etiam nostrl similis
ıctus est. Sed idem tamen erat et est similiter Deus,
ıperne atque ex Patre veniens, et super omnia ut rerum
mnium Rex et Dominus. »

Sec. circ. VI. In Sacramentario Gelas. et in antiquis-
mo Missali Francorum (Murator., *de reb. liturg.*, t. i,
. 125), rogatur Deus ad Ordinationem Presbyterorum :
Ut purum et immaculatum ministerii tui donum custo-
iant, . . . et Corpus et Sanguinem Filii tui immaculata
enedictione transforment. »

Sec. VII. S. Eligius,, Ep. Noviomens. homil., viii, *in die*

Cœnæ Dom., ait : « Participes ejus (*Christi*) minum, quia et ipse Filius hominis partice mortalitatis illorum, ut faceret participes in suæ ; quam immortalitatem assequi valemus Confessionem dignosque pœnitentiæ fructus e per aceeptionem Corporis et Sanguinis ejus, permanentes, unum cum illo facti sumus porati. »

Sec. XII. Petrus Cellens., *Tract. de dis* c. 25, *de Communione Corp. et Sang. D.*, ait homines impossibile, ut panis fieret Caro Chri Sanguis : apud Deum autem omnia possibilia in Deo, labor, grandia et gravia facere. Tam omnia facere : nulla vero mora, nulla differen Velle et Dei Facere. »

Sec. XIII. Bernard. Anonymus (Inter op vol. II, p. 531), *instructione Sacerd.*, c. 8, *de dignitate*, ait : « Verus est Filius Dei, quem t immolas, quem manibus tractas, quem ore s in corpus tuum transmittis. Sed non sola ad Majestas ; venit ad te Filius, sed non sine Patre *sit*, inquit (Joan. VIII), *mecum est, et non me rel* Venit ad te Filius, sed non sine Spiritu Sanct luce credis te circumfundi, sancte Sacerdos ! tantæ Majestatis, in tam solemni adventu Trinitatis ? . . . Tantam nimirum (*lucem*) qu non posses, nisi virtus Altissimi tuæ infirmi dum obumbraret. »

PRECES ANTE MISSAM.

Pater omnipotens, æterne Deus ! qua tem dedisti nobis, ut filii tui nominemur O singularem excellentiam et dignitatem

d nomen professos, decorasti! *Eremus i iræ, sicut et ceteri;* tu autem, qui dives ›ricordia, baptismi nobis ac fidei donum ut tuorum adoptionem filiorum recipere-quam ego mirari satis valeo magna pa-ɜ munificentiæ munera, vel potius mira-ptivos tuos filios enutrire dignaris Carne ne, non animalium rationis expertium, ›niti Filii tui, qui propter nos homines tus est. Eumdem mihi quotidie mandu-ræbes, ceu Panem quotidianum ac super-lem. O bonitas! o liberalitas! —

men metu et horrore concutior, quoties etæ tui verba recogito, dicentis : *Audite, ›ribus percipe, terra! quoniam Dominus lo-Filios enutrivi, et exaltavi; ipsi autem spre-* (Isai. I, 2.) Ah, Pater misericordiarum! ferit exprobratio hæc, me indignum tuum, cujus animum ingratum merito t cœli, ac contremiscat terra. A juven-innumeris *enutristi* me beneficiis; et ego .e mea, tuorum immemor donorum, of-Tu nihilominus *exaltasti* me ad eximiam dignitatem, inter piissimos Ecclesiæ tuæ , ego autem (dolens fateor) *sprevi* te, ›endo mores tantæ Dignitati consenta-ɜi potius imitari exempla filiorum hujus ia filiorum diaboli, quam colere virtutes ei.

› nunc cæcitatem meam, misericordis-r! Ex animo detestor ac deploro mali-n. Supplex veniam deprecor; et in ple-actionem pro turpi negligentia et ingra-nea, nec non pro universis filiorum agitiis, offero tibi Propitiatorium hoc rificium. Parce Deus! parce nobis pec-

catoribus, qui filiali fiducia imploramus clemen tiam tuam *per Dominum nostrum Jesum Christum per quem et habemus accessum per fidem in gratia istam, in qua stamus, et gloriamur in spe gloriæ filio rum Dei.* (Rom. v, 1.) Fac, optime Pater! ut dein ceps in omni conversatione sancti simus, sicu decet filios Dei. Memento Fid. NN.

AD CHRISTUM.

Suavissime Jesu! Fili Dei! te Fratrem meum vo care haud dubito, postquam et ego, Incarnationi tuæ beneficio, factus sum filius Dei. Magna prorsu et admiranda est tua in homines clementia. Quem admodum enim propter nimiam charitatem tuan qua dilexisti nos, non reputabas divina indignun Majestate tua, servi formam induere, Virginis Ma riæ viscera subire, tandemque duos inter latrone ignominiosam in cruce mortem oppetere, ut no efficeres Dei filios et fratres tuos, ita nec dedigna ris cibi formam assumere, sub panis specie deli tescere, fratrum tuorum corda subintrare, et anima eorum esurientes enutrire, ut donis tuis cœlestibu easdem locupletares. Hæc credo firmiter, o bon Jesu! quia planis dixisti verbis: *Hoc est Corpu meum.* Credo, Fili Dei! te ideo factum Hominem ut nos exules filii Evæ per te reciperemur in soı tem filiorum Dei. Credo, teipsum ad me peccatc rem jam denuo diversurum. Quis mihi det, o Jes amantissime! ut digne bibam hodie Sanguinei tuum divinum, et paulo post per acerbissimos cru ciatus omnem sanguinem meum fundam pro fid ac veritate Ecclesiæ tuæ Catholicæ? Fac saltem Unigenite Altissimi! ut ab omni reatus macula pu rus, ac congruo virtutum decore ornatus, acce dam ad Convivium tuum purissimum ac tremen dum Altaris mysterium. Amen.

AD B. V. MARIAM.

O beatissima Virgo Maria, Mater Christi Filii Dei, qui ex te Homo factus est, cujus ope et nos homines facti sumus filii Dei! te humiliter obsecramus, ne avertas faciem tuam a nobis Christi fidelibus, in hac lacrymarum valle gementibus, neque respicias iniquitates nostras, sed potentissima intercessione tua nobis pœnitentibus veniam et gratiam exorare digneris a dilecto Filio tuo Jesu Christo. Amen.

PRECES POST MISSAM.

Redemptor benignissime! unigenite Fili Dei! suppliciter adoro te habitantem in corde meo. Pedibus tuis advolutus, laudo et benedico te pro infinito amore tuo, quo nos homines peccatores dilexisti ab æterno. Cum essemus inimici tui, filii iræ, inhærentis peccati labe contaminati, misertus es nostrî, motusque commiseratione, decrevisti humanam induere Naturam, ut nos homines miseabiles Deitatis tuæ faceres participes. O magnum amoris miraculum! Tu verus Dei Filius, lucem habitans inaccessibilem, sustentans omnia verbo virtutis tuæ, non es dedignatus inclinare majestatem tuam usque ad tenebrosum hujus mundi carcerem, vestiri sacco nostro mortali, nostrasque portare infirmitates, quo culpas nostras expiares, nostramque ruinam ad talem reparares gloriam et dignitatem, ut filii Dei nominemur et simus. Ideo servi formam, peccatoris habitum ultro assumpsisti, o Dominator Universi! — Nec servi tantum formam indutus, sed vilissimi etiam instar vermiculi humiliatus es, ac pro nihilo reputatus. Nec Creator solum, Nutritius, Dominus et Protector noster esse voluisti, sed Redemptor etiam, imo

et Frater noster. Nec Homo tantum propte factus, sed Cibus etiam hominum, et quidem indignissimorum. O bonitas ine inscrutabilis amor!

Tu meus es cibus, o Fili Dei! qui factus hominis, ut me filium hominum faceres fi Tu meus es cibus, Domine! qui humanis t cooperuisti, ut ego fierem per adoptione tiam quod tu ab æterno fuisti per Na Quid tibi retribuam, o Jesu, pro hac ine beneficentia qua teipsum mihi dedisti in potum? Quid pro admirabili charitate tu luisti Frater meus fieri, per omnia mi absque peccato? — Mira plane tua in me tas, Amor mi! — De cœlo descendisti i ut ego de terra tecum aliquando ascer cœlum. In terris visus, ac cum hominibu satus es, ut ego possem in cœlis te vider faciem, et amice semper conversari cum Electis tuis.

Quomodo satis laudabo te, Jesum me trem meum dulcissimum, qui me gratis filium? — Quomodo satis amabo te, S meum, qui oppidò semper amasti me? mihi cor adeo magnum, ut te Deum ma eo, ac mereris, diligam? Unde mihi s sensa, desideria vel affectus, ad redde testificandam tibi caritatem reciprocam? Dei Filius et Mariæ, cor meum angustum frigidumque vales inflammare ardentis amoris igne. Accende igitur præcordia quibus adhuc quiescit sacrosanctum Cor Inflamma tui dilectione venas et arterias quibus circumfluit adorandus Sanguis *jam factus es* quasi alter ego, ut et ego *fierem.*

ɔrna me, Domine, virtutibus divinis, quæ
tuo, adoptivo Dei filio, maxime congruunt.
ihi, quæso, charitatis augmentum, filialem
am, fortitudinem in tentationibus, modestiam
ɔtumeliis, humilitatem in prosperis, patien-
in adversis, et indefessum te imitandi stu-
Fac, o sanctissime Fili Dei, ut et ego,
gativæ Dignitatis meæ semper memor, in
conversatione sanctus sim; ut ceteri viden-
e, protinus agnoscant me non esse filium
seculi, sed filium Patris æterni, filium Dei.
a factus es Homo, Fili Dei! ut ego, tan-
adoptivus Dei filius, frater tuus essem ac
ɜs in regno cœlorum; ideo regnum illud
quæro, unice desidero. Quid enim mihi
ıoc Mundo, dum hereditatem spero incor-
ilem et immarcescibilem, conservatam in
Quid mihi cum seculo nequam, dum me-
expecto patriam? O quam sordet mihi
dum supernam filiorum Dei civitatem aspi-
n his diebus peregrinationis meæ nihil
aliud quam æternum possidere te. Hoc
exopto; reliqua mihi omnia vanitas et af-
spiritus.
a quoque desideria ut ceteris omnibus Dei
ıjicias, vehementer rogo, suavissime Jesu!
ɜre singulorum fratrum meorum, pro quibus
ıpplicare me oportet. A rebus fluxis atque
s animos avelle nostros, ut respuamus ac
cemus seculi delicias, quibus oblectantur
ıaboli. Erige lumina, vota, et desideria
sursum ad illam immortalitatis regionem,
ɜlestis Pater noster, ubi verus Thesaurus
, ubi sempiternus Amor noster, ubi miseri-
eus noster, *quem laudabimus* et amabimus
num. Amen.

FERIA VI.

Jesus, Ecclesiæ suæ Sponsus.

MEDITATIO.

Venerunt ad Joannem discipuli ejus et dixerunt ei : qui erat tecum trans Jordanem, cui tu testi perhibuisti ; ecce, hic baptizat, et omnes veniunt a Respondit Joannes, et dixit : « Non potest homo a « quidquam, nisi fuerit ei datum de cœlo. Ipsi v « testimonium perhibetis, quod dixerim : Non s « Christus ; sed quia missus sum ante illum. Qu « sponsam, Sponsus est, amicus autem Sponsi, q « et audit eum, gaudio gaudet propter vocem Spo « ergo gaudium meum impletum est. (Joan. III,

1. Joannis Baptistæ discipuli, æmulation dam abrepti, denuntiant ei, dicentes : Rabb erat tecum trans Jordanem ; ecce, hic bapti omnes veniunt ad eum. Jesum insimulant, ac gratum se præberet erga Joannem, qui tan clarum ei testimonium dedisset. Joannes hoc ipso suo testimonio eos revincit, melior mentem indit ac æstimationem erga Christu lata de *Sponsa* allegoria, qua nihil tenerius vius nihil excogitari queat, nihilque sic niens Christo Dei Filio, qui seipsum unio postatica cum Natura Humana copulavit, genere humano sponsam, *tanquam Sponsus dens de thalamo suo,* sibi junxit Ecclesiam, fid et recepta, prout ipse per Prophetam diu prænuntiavit : *Sponsabo te mihi in fide.* Osee,

2. Prima statim Canticorum verba : *Oscule osculo oris sui,* ardentissimum illud antiquæ patrum eleganter exprimunt votum ac deside ut tandem Verbum Divinum ex ore Altissim

e per Incarnationem in unione hypostaanæ naturæ velut oris osculo jungeret, humanum amplecteretur. Verbum increaum respondens votis, processit ex ore Novæ jam sponsæ loquitur Ecclesiæ : *ɔpera, amica mea, columba mea, formosa ıi : jam enim hyems transiit, imber abiit, et* an. II.) Sponsa vero, *Dilectus meus mihi, ego illi, qui pascitur inter lilia* Virgineæ *nec adspiret dies* novi Fœderis, *et inclibræ* veteris Testamenti. SPONSUS autem ns Passionem ac mortem suam (Cant. : *Donec aspiret dies, et inclinentur umbræ, Montem myrrhæ, et ad Collem thuris*; ad scilicet montem, ubi Synagoga, novæ nsæ, in crucem egit Dei Filium.

ıugustinus ait : « SPONSUS iste fœdus propter sponsam fœdam, ut eam faceret . Unde fœdus factus est Pulcher? Si non asphemo. Dat mihi pulchritudinis ejus ım Propheta, dicens : *Speciosus forma ıominum.* Dat mihi deformitatis ejus testilius Propheta, dicens : *Non est species ei, r.* Semetipsum exinanivit, formam servi , in similitudinem hominum factus, etc. SPONSUS, speciosus forma præ filiis hoeformis factus est, ut pulchram faceret Qui vocavit ad nuptias, invenit hominem ıtem vestem nuptialem. Quid est vestis *Si caritatem*, inquit Apostolus, *non haıl sum, nihil mihi prodest.* Ecce vestem ! induite vos, o convivæ! ut securi ıis. »

ıendum Sponsi purissimi accedis convi-*rdos! an nuptialem* habes vestem, cari-

tatem ac cordis munditiam? » Anima calcato seculo præparata, *Sponsi* jungitur amplexibus; nisi enim prius reliquerimus vitia, et expeditos nos ad adventum *Sponsi* paraverimus, non possumus dicere: Osculetur me osculo oris sui.» (S. Hieron.)—Anima fidelis *gaudio gaudet propter vocem Sponsi*, per Prophetam (*Isai.* XLI.) dicentis : *Elegi te, et non abjecit te : ne timeas, quia ego tecum sum : Ego Dominus Deus tuus, apprehendens manum tuam, dicensque tibi: Ne timeas.* Universa pariter Ecclesia *gaudio gaudet propter vocem Sponsi,* manifesto dicentis : Accipite et comedite, Hoc est enim Corpus meum : Bibite ex hoc omnes, Hic est enim Sanguis meus.

5. « In Canticis ad saluberrimam Eucharistiæ sumptionem SPONSUS Fideles suos invitans, ait: *Comedite, amici! et bibite et inebriamini, charissimi!* Amici nuncupantur, qui Conditoris sui conantur obtemperare mandatis, atque cœlestibus terrena postponunt. Charissimi vero sunt dicti, qui spreto hoc seculo, perfectionis itinera gradientes, divini SPONSI suavissimis fruuntur amplexibus. Hi deliciis internis abundantes, caritatis dulcedine inebriantur. O quam beata ab amantibus hora illa censetur, in qua personaliter SPONSUS Christus cordis ingreditur thalamum! An non horam illam dixerim esse beatam, in qua divina Majestas inclinatur ad hominem, ipsumque pascit et potat non alio cibo quam Corporis sui, nec alio potu quam proprii sacrati Cruoris. » (S. Laur. Justin).— Confirmatur insuper eadem veritas testimoniis sequentibus :

Sec. V. THEODORET., Ep. Cyrens., *Commentar. in ep. ad Ephes.* V, ait : « Nemo unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit et fovet eam, sicut et Christus Ecclesiam, nutriens ipsam et fovens, et suum ei dans Corpus et Sanguinem. »

Eodem Sec. V. S. AUGUSTIN., Serm. II, *de tempore*, ait : Totis viribus nos debemus præparare, et omnes latebras nimæ nostræ diligenter aspicere, ne forte sit in nobis liquod peccatum absconditum, quod oculos divinæ Mastatis offendat. Nam Christus, . . . secundum quod unumnemque ornatum bonis moribus viderit, ita illi gratiam ıæ misericordiæ dispensabit. Si enim viderit charitatis ıce vestitum, justitiæ vel misericordiæ margaritis ornaım, castum, humilem, misericordem, benignum et so ium; si talem agnoverit, Corpus et Sanguinem suum ei ıa ad judicium, sed ad remedium per Sacerdotum suorum inisterium dispensabit.... In Natali Domini, fratres dictissimi, quasi in nuptiis spiritalibus, sponsæ suæ Ecesiæ Christus adjunctus est. Tunc processit Sponsus de alamo suo, hoc est, Verbum Dei de utero Virginali. ocessit enim cum sponsa sua Ecclesia, id est, humanam nem suscepit. Ad istas ergo tam sanctas nuptias inviti, et ad convivium Patris et Filii et Spiritus Sancti intrari videte, qualibus indumentis debeamus ornari. Et ideo undemus, quantum possumus cum Dei adjutorio, corda ıstra, ut cœlestis ille Invitator nihil in nobis sordidum, hil oculis suis deprehendat indignum. Hæc ergo, fratres ectissimi, cum ingenti tremore debemus attendere. vitati enim sumus ad nuptias, ubi nos ipsi, si bene agiıs, sponsæ erimus. Cogitemus ad qualem Sponsum, l ad quale Convivium invitati simus. Invitati enim mus ad Mensam : hic non invenitur cibus hominum, l Panis ponitur Agelorum. »

Sec. IX. S. PASCHASIUS Ratbert., lib. *de Corp. et Sang* , c. 16, ait : « Dictum est, Calix meus inebrians quam eclarus est! et, Vinum lætificat cor hominis. De quo nirum Vino *Sponsa in Canticis* exultat, quod Christus *eo suam ordinavit caritatem*. Cœterum, secundum *nissam doctrinæ veritatem*, nihil aliud quam Caro

Christi et Sanguis jure creditur. Quæ spirituali dulcedine degustantur et Fidei ratione intelliguntur. »

Sec. XII. Hugo Rothomag. lib, I, *dogmatum christianæ fidei*, c. 4, ait : « Attende, qui legis. Venerare Sponsam Christi Ecclesiam, prius emundatam aqua baptismatis, deinde perornatam Chrismate regali,... postmodum ad mensam cœlestis perductam Convivii : ibi Corpus et Sanguinem Sponsi sui, sub fœdere perennis vitæ percipit.... Vide ergo in baptismate fidem, in Confirmatione spem, in Mensa Domini charitatem. Fide renovatur, spe sublimatur, charitate glorificatur. »

Sec. circ. XIII. Anonymus Autor quidam antiquus (Ex Codice vetustiss. Biblioth. Blasian.), hæc habet : « Nihil Christo charius quam Sponsa sua Ecclesia. Ideoque sempiternam sui memoriam, quamdiu illa peregrinatur in terris, non in rebus alienis, sed in seipso, reliquit et commendavit. Hoc vicissim ingens gaudium et perenne solatium est Ecclesiæ, quæ non spiritualiter modo, sed Corporaliter quoque habet Sponsum suum, eumdem illum, qui sedet ad dexteram Patris. Quomodo illic sit Christus, quomodo a nobis sumatur, excedit sensus nostros. Sed quid non sensus nostros in natura universa superat et transscendit? Quodsi ad nos referamus Divina, nihil non erit difficile atque incredibile ; sin ad Deum, omnia facilia plana, credibilia. »

PRECES ANTE MISSAM.

Domine Jesu! ne indigneris, si te dulcissimum animæ meæ *Sponsum* nominare audeam. Tibi enim debetur omnis totius cordis mei amor, tibi, qui semper amasti me peccatorem indignissimum. — Amore mei, descendisti de cœlo in orbem terrarum, in locum miseriarum, et ex Patris tui volun

ırnem induisti humanam. — Amore meſ, non
sti Virginis uterum, nec dedignatus es in-
ı stabulo nasci, et poni in præsepio.—Amore
ıivitates vicosque peragrasti, salutaria tra-
præcepta, ut etiam cibum esse tuum dice-
ocurare salutem meam. — Amore meſ, tu
s meus, speciosus forma præ filiis hominum,
mpias Judæorum manus factus es Vir dolo-
ıvenustus atque deformis, ut pulchram face-
mam meam, sponsam tuam. Neque pro me
li finem fecisti prius, quam e crucis patibulo
ısus emisisti spiritum. O charitatem plane
dam!

ıe his satiatus est amor tuus, *Sponse* mi can-
; rubicunde! Ut etenim assidue mecum uni-
rmaneres, venerabile Corporis et Sanguinis
ramentum instituisti. Idem amor immensus,
didit te in manus peccatorum, teipsum mihi
ie tradit in augustissimo altaris mysterio.
atis celebrare aut capere poterit istius ma-
inem beneficii?—O quam indigna beneficio
ıima mea! Quot vitiorum maculis deformavi
m tuam, animam meam, electam ex millibus
ium! — Quis dabit capiti meo aquam, et
meis fontem lacrymarum, ad abstergendas
ırum meorum sordes?—Ablue, bone Jesu!
ıretioso Sanguine tuo animam meam (spon-
imaginem tuam) ab omni delictorum ma-
mplius Domine! amplius lava me ab iniqui-
ea, et a peccato meo munda me; ut qui me
rum invitasti Convivium, nihil in me sordi-
nihil oculis tuis deprehendas indignum.
ı me fide, spe, et præsertim charitate, ceu
ıuptiali, quo securior accedam magnificum
tuæ Convivium. Fac, ut anima mea nunc
chra et decora ante faciem tuam compareat.

AD PATREM.

Deus Sancte! Pater omnipotens! tibi jam offerimus Sacrificium istud, ad sanctissimi nominis tui honorem et gloriam, in gratiarum actionem pro omnibus beneficiis tuis, quibus universam in diesi Ecclesiam cumulas, simul etiam in satisfactionem criminum nostrorum. Offerimus tibi charissimum Filium tuum, nostri amore incarnatum, ut per infinita ejus merita petentes obtineamus quod nostris meritis non valemus. Clementer respice, Pater, Ecclesiam Catholicam, Unigeniti tui sponsam, eamque tibi sine macula et ruga semper speciosam exhibe. Omni virtutum genere illam exorna, quo magis suo placeat Sponso, Filio tuo. Superbis Ecclesiæ hostibus immitte veram animorum demissionem atque modestiam : Sectas omnes elimina, hæreses funditus extirpa, Novatorum machinationes dissipa, et populis a fide alienis veritatis tuæ lumen infunde, ne pereant tot animæ, ad imaginem tuam creatæ. Da, providentissime Pater! da Ecclesiæ Præsules ac Pastores fideles, Operarios strenue semper ac impigre laborantes. Da omnibus nobis Sacerdotibus singularem vitæ sanctimoniam et zelum vere apostolicum, ut fideles inveniamur Ministri tui et Dispensatores mysteriorum tuorum. Fac, ut Ecclesia ex omnibus Gentibus congregata, Virgo sit integritate mentis, perfectione charitatis, unitate catholicæ fidei, ac concordia pacis, et digna proinde Filii tui Sponsa, quæ novos quotidie filios generet dilecto Sponso suo.

Tandem et anima mea supplicat tibi, benignissime Pater! ut ei *Sponsum* mittas amabilem, Filium tuum, quem unice desiderat, quem summis expetit votis. « Mitte mihi unigenitum Filium tuum, o Pater! Nimium diu jam illum expecto, illumque

o. Amplius ferre non possum amoris flam-
lgnis ardens atque urens in visceribus
(Theodoret.) — Pulcherrimi hujus *Sponsi*
tiam et amplexum ardenter anhelat anima
uspirat moræ impatiens, ac continuo se-
geminat : *Veniat dilectus meus, et osculetur
lo oris sui.*

PRECES POST MISSAM.

vo ego, jam non ego, vivit vero in me
s. — O anima mea, quomodo sustinere
amplexum Sponsi amantis te? Quomodo
aore adhuc vivis, o anima mea? et quare
ficis, cum tibi datum fuerit vesci carne et
ne Sponsi tui? Nequidem meruisti ejus esse
; et ecce nunc facta es sponsa charissima
ciis. Obstupesco, Domine Jesu! Nescio ca-
escio loqui, captus admiratione, exhilaratus
tione, inebriatus exultatione : quid enim
ui? quid unquam feci, ut tale mihi benefi-
xhiberes? Te persecutus sum ego; et tu
landiris. Faciem tuam conspui, et tu mihi
tribuis. Te vulneravi flagellis, spinis, cla-
tu me vulneras amore inenarrabili. Te re-
olore ; et tu me reples gaudio. Quid mirum,
se dulcissime! si liquefiat totum cor meum?
irum, si jam nihil præter te audiam, nihil
te videam, nihil præter te requiram? Te si
eo, quid amplius volo? Te solum itaque
præ oculis habeo. Nihil aliud attendo, nisi
onsum meum suavissimum. Te solum ob-
te jugiter aspicio, ne subtraharis mihi.
nim moveat me, intueri vel attendere res
is? Præter te omnia cœtera arbitror ut ster-
quia cuncta mihi fœtent seculi bona a præ-
summi Boni. » (S. Laur. Just).

Dulcissime Jesu! Sponse mi candide
cunde, electe ex millibus! age nunc, exte
chia tua, complectere animam meam, et t
constringe tecum, ut neque in vita neque
divellatur a te. Inflamma cor meum illo
igne, quem venisti mittere in terram, et
vehementer ardere. Fac, ut majori quotidie
tis ardore te prosequar. Eccur non dili
bone Jesu! qui tam multa fecisti, tam du
pro Ecclesia, Sponsa tua? A conceptione tu
dibiles sustinuisti molestias, humiliation
miserias. A puero gravissimos suscepisti
Vitam tuam activam ubique comitabantu
rum odia, vexationes, et blasphemiæ. Neq
fatigatus succubuisti prædicando, disc
calumnias audiendo et invidiam tolerand
diu sanandis docendisque hominibus
nocte autem montium cacumina consc
vigilabas in oratione pro nova Sponsa tua
In omnibus tuis operibus nihil quærebas a
Patris tui gloriam, et Ecclesiæ tuæ utilita
enimvero cibum tuum esse dicebas, face
rum voluntatem Patris tui et perfice
redemptionis nostræ. Ab ingenti hoc o
absterruit te difficultas negotii, non magn
biti, non labor solutionis, non hominum
tudo, non itinerum asperitas, non Passio
bitas, nec crucis ignominia. Hæc omnia p
reputasti ob amorem infinitum quo spons
Ecclesiam complectebaris.

Da mihi, Jesu suavissime! similem zel
movendæ gloriæ divinæ, et alienæ sal
mihi auxilium tuum, ne unquam in la
Nominis tui honore lassescam. Tribue mi
sarias mentis ac corporis vires, ut ardua v
meæ negotia infatigabili perficiam fervore

Sponse patientissime! ut sicut tu amore mei innumera pertulisti odia et incommoda, ita et ego amore tui fortiter sustineam quascunque molestias et injurias. Scio me adhucdum esse in valle lacrymarum, in angusta peregrinationis ac crucis via, nondum in patria. « Nullam amplius in hac vita consolationem admitto, sed diu noctuque lugeo, carissime Sponse! præ nimio desiderio videndi claritudinem tuam. Non cessabo hic lugere, donec ad cœlesti patria merear videre te, dilectum et pulcherrimum Sponsum meum, Deum et Dominum meum : ut ibi videns gloriosam et admirabilem faciem tuam, omni dulcedine plenam, cum iis, quos elegisti, adorem divinam majestatem tuam. » Amen. (S. Aug.)

SABBATO.

Jesus, Mediator Dei et hominum.

MEDITATIO.

1. Unigenitus Dei Filius, Homo factus est, ut innumeris laboribus exantlatis, tandem in cruce moriens, Patri suo reconciliaret nos peccatores. Apostolus (Rom. v.) ait : *Gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus. Propterea, sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ. Sicut per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obeditionem justi constituentur multi.* Et (I. Tim. II. 5) *Unus Deus; unus et Mediator Dei et hominum. Homo Christus Jesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.*

2. « Unus est conciliator pacis, Cl
ea, quæ erant disjuncta, in seipso
Homo enim factus, *Mediator* fuit. Quei
qui duos quospiam inter se confligen
conciliare, se medium interponens, et h
illum sinistra tenens, ad amicitiam cc
Christus, cum Divinam naturam humà
inviolabilem et indissolubilem pacei
vit. » (Theodoret.) Istud *Mediatoris* c
sponte suscepisset Dei Filius, actum ut
de salute nostra. Nunc autem a sum
malo, Boni summi possesionem spe
petuam.

3. Quid Deo Patri jam offeres, Sa
singulari hac benignitate qua Filium s
humano *Mediatorem* misit? *Quid dignum
mino*, attonitus exclames cum Prophet
an humiliem me, ac suppliciter ad
provolvar? *Curvabo* fortasse *genu D
nunquid offeram ei vitulos anniculos?*
hæc omnia quid divina Majestate digı
ves, Sacerdos? Perexiguum, imo et in
omne munus quod non offertur ab
ipse Deus est. Vides igitur qualem
dedit nobis Deus. Cum in creaturi
dignum haud inveniretur donum, ipse
celso majestatis suæ splendebat thron
de cœlo descendit, ut infinitam infinit
tiam primus seipsum offerret, eamque i
reconciliationis Sacrificio institueret,
tibus semper deinceps offerendam.

4. *Quapropter* (Amos. IV. 12.) *præpar
sum Dei tui*, Sacerdos! *Quia ecce forma
creans ventum, faciens matutinam nebula
super excelsa terræ*, Verbum incarr

ì te; reapse venit in manus tuas, in cor Præpara te pro viribus ad digne suscipien ɔminum tuum, *Mediatorem Dei et hominum.* le realı ejus in Sacramento præsentia non ɔd vel minimum addubites, cum eamdem ıs Ecclesiæ seculis crediderint Patres ortho-

V. S. Augustin., l. II, *contra adversarium legis,* 33, ait : « Mediatorem Dei atque hominum, Ho- Christum Jesum, Carnem suam nobis manducan- bendumque Sanguinem dantem, fideli corde atque ;ipimus, quamvis horribilius videatur humanam manducare quam perimere, et humanum san- potare quam fundere. » — « Hoc est : Quanquam ıs dixerit se daturum, et revera det Carnem suam manducandam, bibendumque Sanguinem quod ɔrribile est, attamen verbis ejus fidentes, credimus ıdem Carnem ore accipere et manducare, ipsumque nem potare. Ineptissime, hæc dicerentur in Calvini ia. Quæ enim difficultas ad credendum, quis horror, a tantum Carnis et Sanguinis Christi in sacramento ır. » (Murator., *de Liturg.*, t. I, p. 114.)

IV. S. Remigius, Ep. Remens., *Explan. I, Cor.* x, Caro, quam Verbum Dei Patris assumpsit in utero ali, in unitate suæ Personæ, et Panis, qui conse- in Ecclesia, unum Corpus Christi sunt. Sicut enim ro Corpus Christi est, ita is panis transit in Corpus . »

VII. S. Gregor. Magn., *Exposit. in sextum Psalm.* ınt., ait : « Inæstimabilis miserationis Dei divitiæ, ıo quidem generi a *seculis* absconditæ, novissimis *mporibus per Mediatorem* Dei et hominum decla- *o sui immensitate* adeo incomprehensibiles sunt,

ut in explanatione earum, manus torpeat, fati
genia, eloquentiæ conticescant : superant enim
sermonem transcendunt, intellectum excedunt. Q
digne enarrare sufficiat quantæ misericordiæ fu
genitum Dei Filium de sinu Patris ad nos des
Carnem mortalem assumere, pro nobis vincula,
crucem, mortemque tolerare?... Quis exponer
quantæ fuerit miserationis, sacrosanctum vivific
ris et Sanguinis sui mysterium membris suis
cujus perceptione Ecclesia pascitur et potatur? »

Sec. VIII. Etherius Ep. Uxamiens. et Beatu
l. I, *adversus Elipandum*, hæc habent : « Omnes
Sacrificio Mediatoris reconciliamur, quia ipse est
Dei et hominum, Homo Christus Jesus. . . . Man
Corpus ejus, et Sanguinem ejus bibimus, ut, si
in nos invisceratur et trajicitur visibiliter, sic n
transformemur et invisceremur, quia sacrame
mysterium est. »

Sec. IX. Theodulf., Ep. Aurelian., lib. *de ordi*
circa finem hæc habet : « Christus ait : Caro mea
cibus, et Sanguis meus vere est potus; et, Qui n
meam Carnem et bibit meum Sanguinem, in m
et ego in eo. Est enim sacrificium salutare, quod
teri Testamento Melchisedech in typo Corporis et
nis Domini obtulit, et in novo Testamento idem
Dei et hominum, antequam traderetur, adimple
accipiens panem et calicem, et benedicens eis, e
discipulis suis, hæc in sui commemorationem
cepit. »

Sec. XII. Stephan. Ep. Eduens., *Tract. de sa*
Altar., c. 15, ait : « Fides nostra est, et vere cr
est, quod Sacerdote proferente hæc verba : Hoc e
meum, jam non est panis terrenus, sed ille Pa

descendit, Mediator Dei et hominum, Jesus Christus.
ı verborum istorum, Hic est calix Sanguinis mei etc.,
ım convertitur in Sanguinem. »

ɐc. *XIII.* S. Thomas Aquin. in lib. IV, *sentent.* dist. XIII,
3, *Utrum laicus possit dispensare Corpus Christi*,
ɛ affert objectionem : « Videtur, quod Diaconus pos-
dispensare, quia B. Laurentius, Diaconus fuit; ipsi
em commissa fuit dispensatio dominici Sanguinis, ut
et in Legenda ejus : ergo Diaconus potest dispensare.
solutione respondet : Dispensatio hujus sacramenti
prie ad Sacerdotem pertinet, eoquod ipse repræsentat
ristum, qui fuit Mediator Dei et hominum. Unde, cum
: sacramentum sit ad reconciliandum nos Deo, oportet
' Sacerdotem, qui est Mediator inter Deum et populum,
pensari. Sed sicut Sacerdos participat aliquid de virtute
fectiva, quæ est Episcopi, ita Diaconus participat
quid de dispensatione hujus sacramenti : competit
ım ei ex officio Sanguinem Domini dispensare, sed non
rpus, quia dispensator Corporis oportet quod ipsum
rpus tangat, non autem dispensator Sanguinis. Diacono
ıem non licet Corpus Christi tangere, cum non habeat
mus sacratas, et ideo non debet Corpus dispensare,
i de mandato Episcopi, vel Presbytero longe posito in
ıu necessitatis. Vel ideo dispensat Sanguinem et non
rpus, quia per Sanguinem significatur redemptionis
ysterium, quod a capite Christi in membra diffunditur
icio ministrorum. Sed Incarnatio, quam Corpus Christi
nificat, non est humano ministerio facta. Ad primum
ɣo dicendum, quod quamvis B. Laurentius fuerit dis-
nsator Sanguinis, non tamen legitur fuisse dispensator
rporis. Unde adhuc hodie in quibusdam ecclesiis San-
ls per Diaconum *ministris altaris* dispensatur. »

PRECES ANTE MISSAM.

Pater noster! Conditor omnipotens! qu creasti ex nihilo, qui omnes creaturas mi alis, foves, atque conservas; *Pater noste* terram misisti Filium tuum, *Mediatorem* et nos homines; *Pater noster!* qui ut tuam dulcedinem demonstrares, Pane de cœlis illos nutris, en, ingrati nos filii tui, de tua bonitate, nunc elevamus oculos ad te, *cœlis*, orantes ut et tu paternæ oculis mi diæ de cœlo respicias super nos exule posteros, peregrinantes super terram e rantes ad te dulcissimum Patrem nostrum

Quid autem maxime petamus a te, nisi u *ficetur nomen tuum?* Hoc imprimis desid Pater omnipotens! ut, quæcunque facim mus, ac cogitamus, cedant ad majorem tui gloriam. Et hac præcipue hora, qua Sa raturi sumus, id unice cupimus, ut digne suprema tua Majestas, Sapientia, Potentia, et præsertim infinita Bonitas, cui singulare mus honorem et gratiarum actionem, eo dilexisti nos, ut tuum nobis Filium dares *rem*, salutis Pretium, animarum Cibum.

Adveniat regnum tuum, cujus jamjam de sanctissimo Altaris mysterio prægustam in pignus futuræ gloriæ dedisti nobis C Sanguinem Unigeniti tui, atque per adopti tiam fecisti nos regni tui heredes, cohered Christi, *Mediatoris* nostri. Interim vero, du tristi exilio peregrinamur a te. fac, optim ut quotidie magis ac magis gratiæ tuæ re nobis proficiat, donec tandem et gloriæ tuæ in nos perveniat.

Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, et in ter

ire nobis, Pater, auxilium tuum ad faciendam
emper sanctissimam voluntatem tuam, ut sive in
rosperis, sive in adversis, tam in vita quam in
orte, gratias semper agamus divinæ Majestati
æ, cunctasque Providentiæ tuæ dispositiones
quanimiter accipiamus, aspicientes in Autorem
dei et *Mediatorem* nostrum, qui pro nobis sustiuit crucem. Da, ut flagella tua grate feramus,
ertiores facti, te benignissimum Patrem nostrum
aud aliud velle, nisi quod nobis proficiat ad
alutem.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Trioe nobis necessaria hujus vitæ subsidia, tuamque
ratiam, ut eis sobrie, juste, ac pie semper utaur. Fac etiam, liberalissime Pater! ut in Mensa
ua sacratissima Panem vitæ æternæ nunquam
omedamus indigne, sed debita potius devotione
c reverentia, quo majore dein alacritate serviaus tibi, spiritalis hujus Refectionis participatione
oborati.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. En, misericordissime Pater!
n incruento reconciliationis Sacrificio tibi offeriuus infiniti valoris Hostiam, *melioris Testamenti
Mediatorem* (Hebr. VIII, 6.), dilectum Filium tuum, te
uppliciter deprecantes ut dimittas nobis culpas
itque negligentias, multas omnino et enormes,
uibus coram oculis tuis valde gravati jacemus.

Et ne nos inducas in tentationem. Ex mera boniate tua, Pater! parasti in conspectu nostro Menam adversus eos qui tribulant nos, ibique nobis
nanducandum præbes Panem vivum qui confirmat corda nostra adversus periculosos impetus
uos nostræ salutis inimici quotidie renovant in
ios. *Bone Pater! qui solus* nosti pios de tenta*one eripere; per infinita Mediatoris* nostri merita

imploramus opem tuam : adde nobis animos invic-
tamque fortitudinem in hora tentationis, neque
permittas ut hostilibus unquam incursionibus suc-
cumbamus, aut peccato consentiamus.

Sed libera nos a malo. Quis alius liberare nos po-
terit a vero et summo malo, nisi tu, o verum et
summum Bonum? Omnia cooperantur in bonum
per Jesum Christum, *Mediatorem* nostrum, nec
enim est nobis in alio aliquo salus. Is itaque, sicut
in altaris sacramento semper revera præsens est,
ita etiam semper nobiscum sit, semper nobiscum
maneat, semper nos servet, defendat, gubernet;
tandemque nos omnes servos tuos ad vitam per-
ducat æternam. Memento, Pater. Fidel. NN.

PRECES POST MISSAM.

Benignissime Jesu! quam felix ego, cui hodie
præ mille hominibus concessum est inæstimabile
tuum adire Convivium! Quam modo beatus ego,
dum teipsum *Mediatorem* et Patronum meum in
corde habeo! Teneo te firmiter, nec amplius di-
mitto. — Quid eo adegit te, Domine! ut denuo
venires ad me? Quid pertraxit te in hanc fœdissi-
mam cordis mei speluncam? Amor, æternus amor
tuus eo te induxit, huc inclinavit te, bone Jesu!
Pro speciali hoc beneficio, pro investigabili hoc
amore tuo tibi grates et nunc habeo, et semper
habebo immortales.

Jucundam mihi movet admirationem immensa
tua in nos homines charitas, o *Mediator Dei et ho-
minum!* Priusquam de cœlo descenderes ac corpo-
ream indueres naturam, mundus totus in maligno
positus, idololatriæ tenebatur superstitionibus.
Furta, rapinæ, latrocinia, aliaque nefanda crimina
tunc de terra in cœlum clamabant, et desuper pos-

vindictam. *Post haec in terris visus, et cum bus conversatus es.* (Baruch. III, 38). —
ɔcundum justitiæ tuæ rigorem, plenam sup-
um phialam super homines effundere de-
s aut potuisses, plena tunc Misericordiæ
scera super eos effudisti. Quin et pretiosum
inem tuum hominibus dedisti aut bibendum
nculcandum. O mysterium inscrutabile!!
iunc mundum venisti, Domine! ut inter cœ-
; terram, Deum inter et homines placidissi-
firmissimamque pacem componeres. Ve-
d nos, o Jesu! *melioris Testamenti Mediator!*
i crediderint in te non pereant, sed habeant
æternam. Aberrantes nos quæsiisti; non ut
ɔs, quæsiisti, sed ut parceres; non ut moria-
sed ut vitam habeamus, et abundantius ha-
us. Venisti ad nos, non ut trucides, non ut
s, non ut judices aut damnes, sed ut redi-
ɜ nos, nobisque Patrem tuum propitiares.
ritas ineffabilis! —
m inimici tui eramus inimicissimi, tunc In-
tionis tuæ beneficio facti sumus amici, filii
ssimi, heredes Dei, ac coheredes tui, Domine!
a temporis iniquitate, cum propter hominum
ia oportuisset universum Mundum uno Dei
deleri, aut novo submergi diluvio, tunc, o
tor Dei et hominum! tunc naturam assumpsisti
inam, et Divinæ severitatis tela in homines
ta, unus pro universis excepisti, ut osten-
ɜ in seculis supervenientibus abundantes divi-
gratiæ tuæ in bonitate super nos. Ubi adunda-
elictum, superabundavit gratia tua; ut, sicut
avit peccatum in mortem, ita et gratia regna-
er justitiam in vitam æternam.
quis non amat te, Jesu mi! *sit anathema.* Ex
bus ego viribus meis diligo te, Dominum ac

Mediatorem meum, qui tanta mihi quotidie beneficia tribuis. Pro dono autem reciproco nunc offero tibi corpus et animam meam; totum me tibi trado ad sanctissimam voluntatem tuam. Dispone de me rebusque meis juxta beneplacitum tuum. En, paratum me promptumque habes, ad quævis pro nomine tuo suscipienda, agenda, sustinenda. Da quod jubes, et jube quod vis.

Et quia mihi quoque, Sacerdoti tuo, imposuisti partes Mediatoris Deum inter et populum, enixe tuam deprecor Bonitatem, ut omnibus Curæ meæ commissis tuam largiaris gratiam et benedictionem, timorem salutarem, amorem filialem, et ardentissimum desiderium, aliquando possidendi hereditatem illam incorruptibilem, quam tua nobis Passione ac morte comparasti. Succurre tam Fidelibus quam incredulis, illis quidem, ut in Fide orthodoxa permaneant, his autem, ut ad Fidem veniant, quo frequentior evadat Electorum numerus, unanimiter in cœlesti patria collaudantium Te, *Mediatorem Dei et hominum*. Qui vivis, etc.

OMINICA III. ADVENTUS.

;US, DEUS verus de DEO vero.

MEDITATIO.

læi ab Hierosolymis sacerdotes et levitas ad ut interrogarent eum : « Tu quis es ? » Et est : « Quia non sum ego Christus. » Et ɪi : « Quid ergo baptizas ? etc. Respondit eis dicens : « Ego baptizo in aqua : medius autem ı stetit, quem vos nescitis. Ipse est, qui post turus est, qui ante me factus est : cujus ego m dignus, ut solvam ejus corrigiam calcea- Joan. ɪ, 19-28.)

ıoc Joannis testimonio facile demon- edemptoris nostri Divinitatem. Si enim ɔanne major est, prout ipse hic testatur et tamen inter homines non surrexit ıne, prout Christus alibi testatur : ergo ɟui Joanne major est, plus est quam elicet DEUS-Homo. Ita scite argumenta- ɹstinus. Origenes autem ait : « Joannes ı de præcedenti Christi substantia pro- d tanta sit ei virtus, ut invisibilis sit sua ım sit præsens cuilibet, et totum per usus ; quod notatur ex illo, *Medius ves-* Hic enim per totam orbis machinam , ut, quæ creantur, per ipsum creentur : *n per ipsum facta sunt.* » — Christus igi- :st DEUS de DEO vero, æternus de æterno, ste Apostolo, Hebr. ɪ, 3) *Splendor gloriæ.* : ex igne est, et est cum igne, nec potest parari. Ex quo ignis, ex eo etiam splen- ıo *Gloria, ex eo etiam* est *Splendor*. Sem- *Gloria, semper ergo* et *Splendor*. Ejus-

dem naturæ est splendor cum igne; ergo eti Filius cum Patre. Splendoris similitudo coæter tatem et ejusdem Substantiæ æqualitatem abu declarat. » (Theodoret.)

2. Exinde patet immensa in nos charitas Pa æterni, qui coæternum Filium suum in terr misit ad salvandos nos peccatores. Quo ma autem per Verbi sui Incarnationem *commen charitatem suam Deus in nobis* (Rom. v, 8), eo p tervius humana refragatur ratio, elatione ob cata. Dei Filio tam humiliter descendente, homi increduli tam contumaciter assurgunt. Ferax primis est nostrum hoc seculum incredulis e modi, qui Salvatoris Divinitatem, adeoque V Incarnationem negant, maximus hodie grex S nianorum. Quid vero ingratius, quid inhuma dici potest de homine, quam maxima hac Dei genus humanum dignatione non tam se indign quam eam ipsam Deo indignam esse asserere, sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unig tum daret. » (S. Aug.)

3. Christus, Deus verus de Deo vero, Huma indutus Naturam, comedendum se præbet ho miserrimo. O res mirabilis! manducat Domi pauper servus et humilis. Divina Christi majes in altaris sacramento revera præsens, hominis ac corde suscipitur. Singulari igitur præparati res tam sublimis peragenda : *Opus namque gr est; neque enim homini præparatur habitatio, sed* (I. Paral. 29). Quid sublimius, quid excellent quid sanctius aut mirabilius, quam mandu Deum, et manducando Deum, in Deo manere, et D in manducante? Jacob Patriarcha, illam aud *vocem, Ego sum Deus Abraham, etc.* (Gen. xx *expavit, et attonitus* : *Quam* terribilis est, ait,

non est hic aliud, nisi domus Dei. Quid exclaset, si DEUM ipsum de cœlo venientem vidis- eumque manducare jussus fuisset? nunquid corpore contremuisset, DEUMque summa sussset reverentia?

Jam ecce, Sacerdos DEI! hæc est quotidiana tua. Quotidie tibi datur licentia manducandi ı incomprehensæ majestatis; licentia æterni is Filium propter homines incarnatum suscidi manibus, ore, corde. Considera divinam in ɔnevolentiam, et frequenter teipsum interroga: *ɪuis es?* Miser homo es, pulvis et cinis. Cave ır ne te nimium ac insolentius extollas. *Tu es?* Christi Minister es, DEI Sacerdos es. Cave n ne te nimium demittas ad indigna. Memor ne dignitatis tuæ, reverenter operare Sacris, cet indignus sis, in altaris sacrificio suscipere :M, DEUM tremendæ majestatis, cujus vel corria calceamenti solvere indignum se judicavit ınes Baptista, neutiquam tamen absterrearis a ıgenda Re Divina. Christum vero, adorandum M-Hominem in eucharistia realiter esse prætem, ex antiquis constat documentis:

ɔc. *VIII.* HADRIAN. I, Papa. (Labbe Concil. t. VII, 30), *in epist. ad Carolum M. pro Synodo Nicæna II,* XXX, ait: « B. Augustinus in Psalmi 98, explaone inter cetera inquit: Timeo adorare scabellum ım Domini mei, quia Psalmus mihi dicit, *Adorate ellum pedum ejus.* Et post pauca: Converto me ad istum, quia ipsum quæro hic, et invenio, quomodo impietate adoretur scabellum pedum ejus. Suscepit n de terra terram, quia caro de terra est, et de carne iæ Carnem *accepit. Et quia in* ipsa Carne hic ambu- *et ipsam Carnem (non* metaphoricam) nobis mandu-

silium, quo nos peccatores miserrimos per ipsum Filium tuum redimere ac salvare decrevisti. Largire nobis per infinita Verbi tui incarnati merita, ut aliquando finem ultimum, ad quem nati et per Unigenitum tuum renati ac reformati sumus, feliciter consequamur. Et quia voluntas nostra, primi hominis peccato depravata, semper inclinat in malum, obsecramus te, clementissime Pater, in nomine ipsius Unigeniti tui, ut nobis parcas, et per Sacrificii hujus propitiatorii efficaciam dimittas nobis peccata nostra, tuamque concedas gratiam, ut divinæ voluntati tuæ semper obsequentes, tibi placeamus in tempore ac æternitate. Memento Fid. N. N.

AD CHRISTUM.

Fili, Redemptor mundi, Deus! ineffabilis est tua in me benignitas, immensa charitas, dum me proprio Corpore et Sanguine tuo quotidie nutris. Magno ac vere divino amore tuo satis non erat temporalem mihi vitam tribuisse ac conservasse me hactenus: satis non erat pro me perdito Humanam assumpsisse Naturam. Sed insuper ex superabundanti caritate tua dignatus es me peccatorem abjectissimum ad excellentem Sacerdotii honorem efferre, quo liberior mihi ac frequentior esset accessus ad Mensam tuam, ad dulce convivium tuum, ad te Dominum Deum meum. Tua igitur animatus clementia, tuo fretus ac lætus amore, denuo conscendam altare, utut omnium indignissimus ego Sacerdos Dei, nam mirabilis tua me illuc invitat misericordia. Paratum cor meum, Deus! paratum cor meum. Veni, mi Jesu, Deus de Deo! veni qui sedes super Cherubim. Anima mea desidera te, etc.

AD SPIRITUM S.

s Sancte Deus! cœlestium Largitor mu-
qui de purissimo Virginis Mariæ san-
Corpus et Sanguinem Salvatori nostro
, et summa tua in nos charitate formasti :
nunc eamdem Christi Carnem ex pane,
em illius Sanguinem ex vino consecrare,
aram offerre in cultum Latriæ, ad glo-
. Trinitatis, in honorem sponsæ tuæ
Mariæ, in remissionem et satisfactionem
iæ nostræ, qua lumini et instinctui tuo,
is divine, toties adversati sumus, nec
ratiarum actionem pro cunctis inspiratio-
is, quibus Christi Fideles, per orbem
diffusos, a vitiis ad virtutem, a malo
m traduxisti. Simulque supplex oro, o
immense! o fons et origo sanctitatis! ut
me et super omnes, quorum mihi curam
sti, — super singulos Diœcesis nostræ
et Sacerdotes, ac super universam Eccle-
scendere, eamque divinis muneribus tuis
digneris. Amen.

PRECES POST MISSAM.

pliciter adoro, Jesu mi charissime! Adoro
de Deo et Hominem ex homine. Humiliter
Deum immensum ac immutabilem, te
sempiternum. *Priusquam montes fierent, aut
r terra et orbis, a seculo et usque in seculum*
s. « Te adoro, Domine Jesu Christe! qui es
eus, Splendor et imago Patris et vita
cui una est cum Patre et Spiritu Sancto
ia, idem honor, æqualis gloria, coæterna
. Te adoro, laudo, benedico, atque glo-

rifico. Ne me (obsecro) perire patiaris; sed salva et adjuva me gratuito munere tuo, quem dignatus es redimere pretioso Sanguine tuo. » (S. Cœlestin. Pap.)

Neque redimere solum, sed et refocillare sitientem me dignatus es eodem Sanguine tuo sacratissimo. Quantas habeo causas lætandi et exultandi in te, Jesu mi jucundissime! Lætitia mirabili gestit ac exultat spiritus meus in te Deo Salvatore meo. Deus es infinitæ potentiæ, sapientiæ, bonitatis, pulchritudinis, misericordiæ, liberalitatis et aliorum innumerabilium attributorum. Verus ac æternus es Dei Filius; attamen propter nostram salutem de cœlo descendisti, humanam assumpsisti naturam, eamque tibi sic uniisti, ut jam verissime dicatur Deum esse Hominem et Hominem Deum in una Persona. Ingenti gaudio perfundor, quoties attente considero te cum Homine Deum, cum paupere ditissimum, cum infirmo omnipotentem, cum despecto excellentissimum, cum mortali immortalem, propter nos homines associatum fuisse.

Et tibi Deo-Homini complacuit hodie rursum intrare cordis mei cubiculum, et pascere animam meam cibo ut pretiosissimo, ita saluberrimo. Gaudens gaudet anima mea, dum mecum cogito quod præpotentem universi Autorem revera nunc habeam in corde meo, quem intellectu capere nequeo. « Domine! quid est homo, quia sic reputas eum? Immensam benignitatem tuam magnopere admiror, quod, cum Deus sis omniumque Opifex, talem tamen de hujusmodi vilissimo animalculo curam geras. » (Theodoret.) — Joannes, sanctus ac innocens Præcursor tuus, indignum se proclamavit *qui solveret* corrigiam calceamenti tui; mihi autem *peccatori* concessum est hodie ad aram mani-

s tractare teipsum, manducare Carnem
bere Sanguinem tuum.
pro tali beneficio reddam tibi, amantis-
u? aut quas tibi dignas referam grates? Si
dero tibi in servum perpetuum, nihil est:
jorem nominis tui gloriam totum me sacri-
t hoc nihil. Si per infinita secula soli con-
o me gratiarum actioni, ipsa tamen æter-
evior mihi atque minor videtur ad istud
ui mysterium digne celebrandum. Pro me
ıudent te omnes Angeli et Archangeli.
nam pro me tibi laudem dicant omnes
t Electi tui. Benedicant te universæ crea-
cœlo et in terra, quia mensam adeo pre-
convivium tam magnificum parasti in dulce-
pauperi, Deus.
te, semperque amabo te, o Deus cordis
Bonitas infinita! o Solatium, o Gaudium
ıeæ! — Quam suaviter requiesco in sinu
no, dulcissime Jesu! Sero te amavi, Pul-
tam antiqua et tam nova! sero te amavi;
eras, et tecum non eram. Medius in me-
is mei semper eras, et ego nesciebam, ob-
O Amor qui semper ardes et nunquam
ris! Charitas, Deus meus! accende me; et
ccende, ita inflamma cor meum, ut nun-
tinguatur mea in te charitas, sed semper
semper æstuet, semper crescat in perpe-
en.

FERIA II.

sus, in Carne Deus absconditus.

MEDITATIO.

pheta Isaias (c. xlv, v. 15.) de Christo
et incarnato Dei Filio prædixit: *Vere tu es*

Deus absconditus, Deus Israel Salvator. Unigenitus æterni Patris Filius Humana se Carne cooperuit, absconditque sub ea Divinam majestatem suam, quo familiarius ageret cum hominibus. Diligi se, quam timeri maluit. « Christus, Dei Filius, ita in Hominem se fecit nasci, quemadmodum homo non potest nasci. Sua luce resplendens, corpus sine umbra gestabat : humilis carne, sed excelsus Omnipotentiæ majestate. Qui sane ideo Carnem dignatus est induere, ut nemo se possit per carnem, cum judicii dies venerit, excusare, (S. Zeno Veron.)

2. Idem æterni Dei coæternus Filius, qui propter nos homines se occultavit sub natura humana, etiamnum abscondit se sub panis et vini speciebus in eucharistia, quo majori fiducia possimus sacram adire mensam, Deum absconditum accepturi. Plerique Patres de Christo in sacra synaxi recondito interpretantur illud Apocalyps. II. 17 : *Vincenti dabo Manna absconditum, et dabo illi Calculum candidum; et in Calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.*

3. Scis utique, Sacerdos! quid in Calculo candido, quid sub panis speciebus candidis accipias; immensum videlicet Deum, quem cœlum et cœli cœlorum capere non possunt. Considera paulisper mysterii magnitudinem, et obstuspesce. Deus, *qui appendit tribus digitis molem terræ*, tuis hodie tenebitur digitis. — Deus, *portans omnia verbo virtutis suæ*, portabitur manibus tuis. — Panis vivus, qui de cœlo descendit, *Manna absconditum*, cujus umbra fuit Manna Israeliticum, erit hodie cibus animæ tuæ. « Quis excellentissimi hujus *Sacramenti* dignitatem sufficienter effari potest? *Quidquid in* illo est, magnum est, Divinum est, *sub illius enim* accidentibus totus Christus est,

rus et Homo verus; integer permanens in
cramenti divisione, totus sub unaquaque
la. » (S. Laur. Just.)

iva fide, Sacerdos, accede ad altare Dei,
aturus Christum, qui suam olim Divinitatem
rne, nunc Carnem abscondit in eucharistiæ
rio. Cum omni fiducia offer Deo Deum, olim
rma servi, nunc in figura panis *absconditum*.
omni reverentia et animi devotione manduca
em vitæ, *Manna absconditum*, quo dignior eva-
portare Deum in corpore tuo. — Jam vero
istum personaliter esse præsentem in altaris
rificio, plane testatur veterum Traditio Patrum :

Sec. V. S. Augustin., tract. II, *in Evang. Joan.*, c. 3, ait : Manna accipiunt Fideles, jam trajecti per mare rubrum.... Significabat mare illud baptismum Christi. Quo ergo perducit credentes et baptizatos? Ad Manna. Ecce dico Manna. Notum est quid acceperint Judæi, et nesciunt Cathecumeni quid accipiant Christiani. Erubescant ergo quia nesciunt, transeant per mare rubrum, et manducent Manna; ut, quomodo crediderunt in nomine Jesu, sic se ipsis credat Jesus. » — En disciplinam Arcani, qua tunc temporis eucharistiæ mysterium absconditum est a Catechumenis.

Sec. VI. S. Primasius, Ep. African., *Commentar. in Apocal.*, c. 2, ait : « Qui vincet, dabo ei de Manna illo abscondito, id est, de Pane invisibili, qui de cœlo descendit; ui ideo factus est Homo, ut Panem Angelorum manducaret homo. In cujus figura illud in eremo Manna præcesit, quod qui manducaverunt, ideo mortui a Domino peribentur, quia increduli permanentes. De hoc abscondito spiritali Manna, quod immortalitatem Fidelibus polli-

cetur, non manducaverunt, cum dicit : Nisi m
tis Carnem Filii hominis, etc. »

Sec. VII. S. Isidor., Ep. Hispal. *Quæst. in l*
de Manna, ait : « Manifestato lumine fidei, d
populo. Manna utique, quod est Christus, q
Panis vivus de cœlo descendit... non jam i
populo et tentanti Synagogæ, sed credenti et
ponenti datur Ecclesiæ. Hoc est autem Manna
hic est Panis cœli, et verus cibus Angelorum
Verbum corruptibiles incorruptibiliter pasc
manducaret homo, Caro factum est, et habita
quo etiam qui vescuntur, spiritualiter vivunt.

Sec. circ. VIII. In Sacramentario veter
quod Mabillonius publici juris fecit (Murat. *de*
t. I, p. 142), hæc *Oratio post Sanctus* legitur :
vivus et verus, qui de cœlo descendit, ut dare
rientium (scilicet doctrinas salutis), imo et ips
esurientium (scilicet in altaris mysterio) : f
Pane, quo corda firmantur. »

Sec. IX. Haymo, Ep. Halberstad., *in tract*
Sang. Dom., ait : « Substantiam panis et vini
Altare ponuntur, fieri Corpus Christi et San
ministerium Sacerdotis, Deo hoc operante, c
et secreta potestate; nefandissimæ dementiæ
mentibus dubitare. »

Sec. X. Atto II, Ep. Vercell. *Epist., ad E*
« Tabernaculum factum est primum, in quo
labra, et mensa et propositio panum, etc. Tal
figurabat Ecclesiam Dei.... Quæ mensa? S
cra.... Candelabrum est prædicatio sancta.
sitio panum Corpus Domini, quod in Mini
in altaris Sacrificio) quotidie accipiendum

ti non incongrue ipsam Domini et Salvatoris
arnationem designat, in quo sunt omnes thesauri
et scientiæ absconditi.... Urnam quoque au-
nem intelligimus Christi, quæ absconditum in
perpetuæ Divinitatis conservat, et angelici illius
ennem et cœlestem gerit dulcedinem.»

I. S. Fulbert., Ep. Carnot., *Epist. ad Adeodat*
on vanum tibi videatur quod juxta animæ desi-
ntuitum dicimus Christum formari intra præcor-
municantis, cum non nescias patres nostros
em peragrantes angelicis pastibus refectos, quibus
cundus cibum unicolorem diversi saporis intulit,
singulorum appetitum infundebat saporis varii
enta; ut, quidquid aviditas concupisceret, oc-
gitoris dispensatio subinferret; quibus præbebat
quod ignorabat aspectus, quia aliud erat quod
r, et aliud quod sumebatur.... Quod legis
ub umbra signabat, hoc Dominici Corporis pandit
atefacta, in quo Deifica Majestas miseranter nos-
rmitati condescendit, ut, quo alimenti genere
aluntur humana, idem in corpore sensualiter
ed Deus in pectore proficiat; sicut ipse ait : Qui
at me, ipse vivet propter me : hic est Panis, qui
descendit; Qui manducat hunc Panem, vivet in
n.»

III. Petrus Blesens. Serm. xviii, *in Cœna Dom.*,
na hæc, Mensa Domini est.... Summa cautela
n est ut digne accedamus ad mensam Domini....
i consideratione pensanda est hujus dignitas sa-
i.... Quidquid in eo est, veritas est. Nam sub
isibili totus Christus absconditus est : posuit tene-
bulum suum. Unde et ad eum Propheta loquens :
us absconditus tu es, Rex Israel Salvator. Prius

absconditus fuit in sinu Patris, a quo descendit : post absconditus in forma servi, quam suscepit : nunc absconditus in Sacramento, quod ipse instituit. »

PRECES ANTE MISSAM.

« Deus omnipotens! Dominus magni nominis qui nobis aditum ad Sancta sanctorum dedisti, per adventum unigeniti Filii tui, Domini ac Dei Salvatoris nostri Jesu Christi, supplices tuam implo ramus bonitatem, quandoquidem contremiscimus ac trepidamus, ad sanctum altare tuum accessuri. Fac, illabatur in nos, Deus, tua bona gratia, et animas nostras sanctifica, corporaque et spiritus, nec non cogitationes nostras ad pietatem converte, ut pura conscientia tibi Dona offeramus et munera; ut deleantur delicta quæ admisimus, et ut toti Populo tuo sis propitius, idque gratia et miseratione ac benignitate unigeniti Filii tui. » (E Liturgia S. Jacob.)

Offerimus Tibi Deo Deum *absconditum in Carne Humana,* Christum Salvatorem nostrum, ad honorem et beneplacitum tuum : in contestationem nostræ subjectionis in supremum tuum dominium: in gratiarum simul actionem pro beneficiis tuis in nos collatis, præsertim vero pro stupendo Dominicæ Incarnationis mysterio. Offerimus tibi, amantissime Pater, hoc Missæ sacrificium in unione illius charitatis tuæ, qua sic dilexisti mundum, ut Filium tuum unigenitum dares; in unione quoque illius amoris, quo Filius tuus de cœlo in terram descendens, Homo factus est; in unione denique admirandi illius Sacrificii, quod Dominus noster Jesus Christus in ultima Cœna instituit, tandemque moriens in cruce consummavit. Offerimus tibi Pater Sancte, pretium Sanguinis ejus, infinita mor

ıus merita; merita quoque beatissimæ Virginis æ, omnem præterea fidem, spem et charitatem ›rum omnium veteris ac novi Testamenti : em humilitatem, mortificationem, vitæ rigorem ordis compunctionem vere Pœnitentium; cunc- denique laudes et gratiarum actiones, quas universa Ecclesia, tum militans in terris, tum mphans in cœlesti patria persolvit.

'er hujus virtutem Oblationis suppliciter obse- mus te, clementissime Pater! ut nobis Fideli- ı, necessarium gratiæ auxilium largiri digneris, › fortiores ac securiores per innumera nostræ utis obstacula atque pericula pertransire valea- ıs. O bone Pater! qui transeuntibus olim per sertum Israelitis Manna sapidum dedisti mandu- ıdum : effice, quæsimus, ut et nos Panem vivum, ı de cœlo descendit, hoc *Manna absconditum*, e veneremur, humiliter adoremus, decenter of- ramus, nec indigne manducemus. Da nobis, mi- ıricordissime Pater, integram mentis ac cordis ıritatem, ne quidpiam in nobis sit, quod vel mi- ımum displiceat Divinæ Majestati tuæ. Ad digne ılebrandum hoc Sacrificium exorna nos sanctis ırtutibus : da nobis fidei, spei et caritatis aug- ıentum, humilitatem quoque profundissimam, ıalem dedisti Mariæ Virgini, ut esset Mater Filii ıi, et sponsa Spiritus sancti. Memento, etc.

PRECES POST MISSAM.

Ergone credibile est, ut habitet Deus cum hominibus ıper terram? (II. Paral. VI, 18.) Ergone credibile ıt quod ego nunc habeam *Deum absconditum* in ıedio cordis mei? — Si ne cœlum quidem, nec ıæli cœlorum Te capiunt, o Verbum magnum et ncomprehensibile! quanto minus angusta hæc cor- lis mei domuncula? — Credo tamen ac firmissime

credo, te nunc habitare in præcordiis meis, o D[illegible] universorum, qui nullius indiges, qui Huma[illegible] indutus Naturam, novem mensibus in sinu p[illegible]simæ Virginis Mariæ delitescere propter me d[illegible]tus es. Posuisti tenebras latibulum tuum, o [illegible] immensa! *Vere tu es Deus absconditus, Deus [illegible] Salvator*. — Convivium, reape divinum, mihi [illegible]rasti de sanctissimo Corpore et Sanguine [illegible] Quis eo te compulit, ut teipsum mihi totum d[illegible] in cibum et potum? Quis ad talem inclinav[illegible] munificentiam? — Ah, quis alius, nisi tuus [illegible] amor æternus, cujus vi adactus, temeti[illegible] exinanisti, et in hunc mundum venisti? —

« O Domine Jesu! propter nos homines et p[illegible]ter nostram salutem descendisti de cœlis, e[illegible] carnatus es : Deus de Deo, Patri tuo per o[illegible] coæqualis, justissimus et misericordissimus, [illegible]cherrimus et fortissimus, invisibilis videns om[illegible] Deus ineffabilis et incomprehensibilis, imme[illegible] et æternus, semper agens et semper quietus; D[illegible] sine indigentia omnia creans, sine defectu om[illegible] nutriens, sine labore omnia perficiens atque [illegible]bernans. Propter nos incarnatus es, o Fili Dei! q[illegible] ubique præsens es, qui tenes omnia, posside[illegible] omnia, imples omnia, complecteris omnia, et po[illegible]tas omnia. Tu es Deus adorandæ ac immensæ M[illegible]jestatis, qui consiliis non mutaris, locis non di[illegible]tenderis, temporibus non variaris, limitibus no[illegible] circumscriberis. Tu es Deus verus, per quem omni[illegible] facta sunt : omnia pulchra testantur te pulcherrimum, dulcia dulcissimum, alta altissimum, forti[illegible] fortissimum, amabilia amabilissimum. » (S. Lau[illegible] Justin.)

Talis ac tantus cum sis, semperque fueris, o Jesu suavissime! usque tamen adeo humiliasti temetipsum, ut Divinam occultaveris Naturam in

, et utramque in altaris sacramento. Pro-
ma nunc reverentia et animi submissione
ɜ, *Deum absconditum* ac commorantem in
meo. Maximas tibi gratias ago pro in-
a liberalitate tua, qua mihi manducandum
teipsum, *Manna* quidem *absconditum*, sed
num; teipsum, Panem Angelorum, omne
nentum in se habentem, et omnis saporis
em.

m felix ista et exoptata sit hora, qua mul-
ı impetrare spero, ideo multum etiam a te
efflagito. Quid enim, o Deus Salvator meus!
ɜnegare mihi poteris in hac hora? Bona,
ı accepi et nunc possideo, post se relin-
ɜa, quæ petiturus sum. Angelorum esca
ti me. In sinu meo requiescit adoranda
tas et Divinitas tua. Omnis thesaurus totius
que Passionis tuæ in pectore meo nunc
litus est. Jam mihi dedisti Corpus et San-
tuum, vulnera tua, merita tua : hæc omnia
o in corde meo. Minore proin a te beneficia
non dubito, postquam munera omnium
ssima jamjam tribuisti mihi.

denter itaque obsecro te, bone Jesu! Deus
alvator! incende me, meosque omnes, tam
nti caritatis tuæ ardore, ut in hoc mundo
que diligamus, ac te summum et unicum
nostrum. Tu solus regnes in animabus
tu solus, o Creator cordium nostrorum,
iam sis Amor et Deus cordium. *Dii, qui cœlos*
m non fecerunt, pereant de terra. (Jerem. x.)
ɜni, qui corda nostra non fecerunt, pereant
libus nostris. *Non est similis tui in diis, Do-*
ɜt non est secundum opera tua. Confringe, si
ıtent in cordibus nostris idola vanitatis;
ɜ in frusta, comminue in pulverem indigna

cordium nostrorum simulacra. Deus es
tens : omnia cedunt divinæ potestati tuæ. T
lis es : et quis resistet tibi? Vox tua, Domine,
git cedros Libani. Quam beati erimus, si
te nunquam cessaverimus! Quam felices e
aula tua cœlesti, ubi te Dominum Deum i
nunc ab humanis absconditum oculis, pal
ad faciem videbimus, intime possidebimu
voce collaudabimus per infinita secula. Ai

FERIA III.

Jesus, Angelorum Dominus Zacharia guans.

MEDITATIO.

Fuit in diebus Herodis, regis Judeæ, sacerdos qu
mine Zacharias.... Factum est autem, cum
fungeretur in ordine vicis suæ ante Deum,
consuetudinem sacerdotii, sorte exiit, ut incen
ret, ingressus in templum Domini. Apparuit
Angelus Domini, stans a dextris altaris incen
charias turbatus est videns, et timor irruit s
Ait autem ad illum Angelus : « Ne timeas,
« quoniam exaudita est deprecatio tua : et ux
« sabeth pariet tibi filium, et vocabis nomen
« nem, etc. » Et dixit Zacharias ad Angelum :
sciam? ego enim sum senex, et uxor mea p
diebus suis. Et respondens Angelus dixit ei : «
« Gabriel, qui adsto ante Deum : et missus
« ad te, et hæc tibi evangelizare. Et ecce, e
« et non poteris loqui, usque in diem quo hæc
« eo quod non credidisti verbis meis quæ in
« in tempore suo. » Et erat plebs expectans Z
et mirabantur quod tardaret ipse in templo.
autem non poterat loqui ad illos; et cognove
visionem vidisset in templo. Et ipse erat innue
permansit mutus. (Luc. I. 1—25.)

1. Angelus Domini apparuit Zachariæ

nnuntiavit enim fortitudinem et potentiam
Excelsi, inopinatam videlicet atque mi-
Præcursoris Domini nativitatem. Zacha-
spiciens Angelum stantem a dextris Al-
rbatus est, et timor irruit super eum. Sancti
ıbique passim ac unanimiter affirmant,
e Rem divinam peragente, sanctos Ange-
prope aram, ubi Victima perquam tre-
acet. Summa igitur animi puritate et de-
Sacerdotem ad altare oportet accedere,
ı media Angelorum corona cum timore ac
Sacris operari.
) miraculum stupendum! o potestas inef-
o tremendam Sacerdotii dignitatem! o
, venerandum, et irreprehensibile Ministe-
nod Christus in hunc mundum veniens,
dignis hominibus impertitus est! Sacerdos
quodammodo cœlos cœlorum sine labore
, et in medio Angelorum simul cum spiri-
corporeis facile versatur. Quin et cum ipso
m Domino, cum ipso Creatore ac Redemp-
familiariter agit, et quæ postulat, con-
c facile impetrat. » (S. Ephraem. Syr.)
anta circa altare, eo maxime tempore, quo
ım conspectui præsentatur Altissimi, sit
ım frequentia, mortalium nemo valet edi-
tantur Angeli tunc plurimum, si sumentis
trantis mentem agnoverint non hæsitan-
de, neque conscientiæ onere prægravatam,
ratam in excelsis, humilem in se, ab eva-
us alienam, charitate fervidam, devotione
, exorantem pro Populo. » (S. Laur. Just.)
autem Christus, *Angelorum Dominus*, qui
ım sacerdotem incredulum reddidit elin-
ı altaris sacramento realiter sit præsens,
Patres unanimi testantur consensu :

Sec. II. vel III. In LITURGIA a Coptis tributa S. Jaco Apostolo, et Hierosolymis usurpata, (Murat., *de reb. l turg.* t. I. p. 207), ante Communionem, dicit Diacon « Virtutes cœlorum stant nobiscum in medio sanctu et ministerium exhibent Corpori Filii Dei, qui immol tus est coram nobis. » — Contorqueant hæc, si possu Novatores.

Sec. IV. S. AMBROSIUS, lib. I, *in Evang. Luc.* I, ex ponens illa verba, *Apparuit illi Angelus Domini*, ait « Non dubites, assistere Angelum, quando Christus a sistit, Christus immolatur. » — Nisi veram Christi sup altari immolati præsentiam credidisset Ambrosius, ne Angelum illic assistere credidisset.

Sec. V. S. CHRYSOST. lib. III, *de Sacerdotio*, ait : « An geli Sacerdoti adsunt, totusque cœlestium Virtutum ord clamat; ac vicinus Altari locus in illius, qui ibidem jace honorem, iisdem cœlestibus Virtutibus repletus est. » Quis sanæ mentis affirmare audeat locum [illum cœlest bus repletum esse Virtutibus, in quo figura solum a imago Christi jacet?

Sec. circ. VI. JOBIUS, Monachus (*apud Photiu Cod.* 222), (Combefis. *Bibl. PP.*, t. p. 538), ait : « Cu Corpus Dominicum in sacra mensa propositum est, qui utroque latere Sacris operantibus adstant, et sex alis pr ditos (Angelos) symbolo referunt, idcirco flagella ex a confecta super tremenda illa Munera agitant, ne sin eos, qui mysteriis intersunt iisque imbuuntur, signis q videntur immorari; sed mentis oculo terrenis omnil superatis, per ea quæ visu usurpantur, ad visibilem pectum immensamque Pulchritudinem contuendam p vehant. . . . . De Primogenito, cum introduceretur orbem terrarum, ait divina Scriptura : *Et adorent e omnes Angeli Dei* (Hebr. I, 6). Propterea simul atque

altare Sacerdotes accedunt, Cantor de superiore loco sic clamat : Sanctus fortis, Sanctus immortalis; quæ laudatio ac canticum ex tremendo hymno Seraphico compositum est. »

Sec. IX. Florus, Diac. Lugdun., in lib. *de actione Missarum*, ait : « Commodum videtur aliqua beati Ambrosii verba ponere : Non enim dubites, inquit, assistere Angelum quando Christus immolatur. Unde non immerito etiam Zachariæ deprecanti apparuit Angelus a dextris altaris incensi, quia veri Sacerdotis jam anuntiabatur adventus, et cœleste Sacrificium parabatur, in quo Angeli ministrarent. »

Sec. XII. Odo, Ep. Paris., *in constitution. synodal.* cap. v, n. 2. ait : « Linteamina altaris. . . . . sæpe abluantur, ad reverentiam et præsentiam Salvatoris nostri, et curiæ cœlestis, quæ cum eo præsens adest, quoties Missa celebratur. »

Sec. XIII. Humbert, de Roman., lib. ii, tract. 2, cap. 23, *de solemni consecratione altaris*, ait : « Ad sciendum autem quare Ecclesia consuevit sua altaria consecrare, notandum est quod in altaribus ecclesiasticis fiunt maxima et mirabilia. Quid enim mirabilius quam quod panis et vinum convertuntur ibi in verum Corpus et Sanguinem Jesu, sicut tenet fides, et probant autoritates? Item in altari incenso veteri legitur semel apparuisse Angelus unus stans a dextris altaris. In hoc autem altari quotidie descendunt Angeli innumerabiles. . . . Non solum autem mirabilia, sed excellentissima opera fiunt in altaribus : ibi enim offertur Hostia sanctissima, quæ (sicut dicit Augustinus) successit sacrificiis antiquis. . . Cum igitur tanta mirabilia et tam excellentia opera fiant in altari, bene congruit ut consecretur.

PRECES ANTE MISSAM.

Rex Angelorum, Domine Deus Virtutum cœl
tium, Jesu Christe! qui pro veteris Testame
sacrificiis aliud longe excellentius, incruent
scilicet Missæ sacrificium substituisti, et in Ec
sia tua quotidie celebrari voluisti; ejusdem
Minister indignissimus, supremæ Majestati t
debitas refero gratias pro speciali hoc benefi
quo miserum me peccatorem, præ mille aliis
minibus elegisti ad Sacerdotium, ad Dignitat
hanc eximiam, ad ministerium plusquam ang
cum, ut quotidie mihi liberum esset ingredi te
plum, adire Mensam tuam, offerre ac sumere
crosanctum Corpus et Sanguinem tuum.

O mi Jesu! Deus magne et terribilis! Rex
Domine Angelorum! cum Zachariam, sacerdot
incredulum et Angeli tui verbis diffidentem, ill
reddideris elinguem! qua ego fronte jam aude
accedere altare tuum? Unde mihi tantum sum
miser ego peccator, qui toties et tam grav
offendi te, turpiter oblitus prærogativæ Dignit
meæ, ad quam me benigne sublimasti? Quom
præsumam ego, Sacerdos vitiis cumulatior, qu
virtutibus, adire terribilem mensam tuam,
Corpus tuum sanctissimum manibus meis c
tingere, linguæ meæ imponere, ac corde
suscipere? Nimis longe absum a tuorum puri
Angelorum, qui, licet desiderent in te prospic
contremiscunt tamen coram magna et incom
hensa majestate tua. Si ne cœli quidem
mundi in conspectu tuo : si vel in angelis
reperisti pravitatem; cur ego inutilis homo
verear purissimum offerre sacrificium, Host
sanctissimam, et quidem in medio sancto
Angelorum? Eccur ego tot culpis ac negli

liis obstrictus non timeam appropinquare tibi?

Sunt equidem deliciæ tuæ, esse cum filiis hominum : sunt, Domine! sed quid in me simile est justis, amicis tuis devotis, præter hominis naturam et infirmum sanctimoniæ desiderium? Si haberem aliquid de puritate Matris tuæ Virginis Mariæ, aut de sanctitate Joannis Baptistæ, vel de amore ac vitæ perfectione Sanctorum tuorum, paulo minorem mihi admirationem moveret desiderium tuum, habitandi in corde meo. Verum, peccator ego cum sim vilissimus atque servorum tuorum ultimus, tantum abest ut promerear manducare te *Angelorum Dominum;* ut ne cibo quidem humano, sed omni potius supplicio dignus sim, et graviori omnino, quam Zacharias ille sacerdos incredelus, tam mirabiliter elinguatus.

Sed nunc, o Domine Jesu! detestor et abominor scelera mea super omnia mala possibilia. Sincerissime doleo, tam negligenter me hactenus sacerdotali munere meo fuisse defunctum. Firmiter etiam mecum constitui, longe majori deinceps studio cuncta dignitatis meæ officia exequi. — Attamen, quid sum, quid valeo sine te, Domine? Palam ipse dixisti : *Sine me nihil potestis facere.* Quare supplex oro te, mitissime Jesu! ut me imbecillem, pro sacerdotali munere ac Ordine tam sublimi decenter administrando, ad honorem nominis tui et Proximorum salutem, supernis gratiarum auxiliis fulcire digneris. Et quidquid ad hunc usque diem occasione Sacerdotii, vel in Sacramentorum administratione, vel in officio canonico, vel in aliis functionibus clericis, minus recte a me peractum, commissum aut omissum fuerit, mihi nunc in tempore clementer indulgeas, ne severiore id censura luere compellar in altero sæculo.

Jesu omnipotens! *Angelorum Domine!* qui sacer-

dotis Zachariæ incredulitatem illico
credo firmissime per sacra Consecı
panem et vinum vere transmutari in
Corpus et Sanguinem tuum. Auge mil
auge simul et fiduciam ac charitatei
tractem mysterium hoc tremendum
gelorum tuorum. Tibi quoque comm
Consacerdotes meos, et omnes laico
orare teneor. Memento NN.

PRECES POST MISSAM

Obstupesco summam Domini mei
et instar elinguati Zachariæ propen
tesco. — Deus Homo factus in Mı
eucharisticus in corde meo immundo
hæc et eximia Dei beneficia demiran
nescio. — O bone Jesu! o *Domine*
Verbum æternum! ubi satis verboı
ad digne laudandam misericordiam t
nihil essem, ad imaginem tuam fec
perditus essem, morte tua redemi
malus essem, ad frugem revocasti
gidus essem, amore divino accend
infirmus et debilis essem, ope tua
cum ingratus essem, ad Sacerdotiun
Neque id satis erat amore tuo, nan
impenderes pro me, tibique nihil rē
incarnatus propter me, teipsum mihi
cens in socium amicissimum, Convc
lium suavissimum, Moriens in pretii
simum; futurus denique mihi in e
desideratissimum, in conductu Præs
mum, et in cœlo Præmium felicissin

ıedicite Domino, omnes Angeli ejus, potentes e, facientes verbum illius. Benedicite Domino, s Virtutes ejus! Ministri ejus, qui facitis voluntajus. Benedicite Domino, omnia opera ejus. In loco dominationis ejus, benedic anima mea Do-
. Gratias ago tibi, suavissime Jesu! pro mira alitate tua, qua mihi hodie teipsum Panem lorum dedisti comedendum. Gratias insuper ;ratuito Fidei dono, quod tribuisti mihi præ liis hominibus, qui in tenebris infidelitatis mi- nascuntur, miserius vivunt, miserrime mo- ur. Gratias tibi, Domine! pro singulari bo- e tua, qua me, peccatorem, omni honore ;num, ad Dignitatem ipsis adeo formidandam ilis extulisti, in Sacerdotum tuorum numero isti.

hey! quantum a primo suscepti Sacerdotii ›re ac studio remisi! — Ut initio calebam in itio tuo, Domine! ita nunc oscitanter omnia . — Ubi sunt modo sancta illa desideria? ubi estia illa et sensuum custodia? ubi tenerior conscientia et frequens animi collectio? Ubi udinis amor et fervidus ille animarum zelus? ıumilitas, patientia, sobrietas, et reliquæ vir- ; Sacerdotio dignæ? Cum in via virtutis de- sem progredi quotidie, quotidie longius ab illa xi. Jure habes adversum me, quod caritatem am reliquerim. O exprobratio amarissima! esco, Domine! pudetque me mei ipsius. Uti- perenni lacrymarum fonte deplorare possem nstantiam meam, mentisque mutabilitatem! enovo nunc melioris vitæ propositum, idque ter retinebo in posterum, adjuvante gratia quam a te maximopere peto.

›mine Jesu! qui unum Zachariæ sacerdotis ulum, inconsiderate prolatum, punivisti muti-

tate novem mensium; dirige linguam mea
nihil contra, ac fas est, proferat. Scio quod
cerdotis ore, quo multoties intras, Sancte s
rum, nonnisi sancta prodire debeant. Di
patribus, Sacerdotis linguam tuo Sanguine
factam, in verbo scurrilia non resolvendan
nesque nugas in ore illius blasphemias
Zachariam incredulum et Angeli tui verbi di
tem elinguasti, ut ostenderes quam promp
verbis tuis credere oporteat atque obtemp
Adauge mihi fidem, et in adversis patienti
paternas castigationes tuas humili corde
piam, easque perinde, ac olim Zacharias,
perferam animo. Denique supplico tibi, *Ang*
Domine! ut secundum magnam miserico
tuam, et per infinita Incarnationis tuæ merit
menter indulgeas perexiguam devotionem
qua vel hodie vel unquam alias Sacris ope
Fac me deinceps ita vivere, sicut decet Sa
tem; ut te Salvatorem meum, quem in via m
diligo, in cœlesti quoque patria inter Ange
electos tuos sine fine diligere merear. Amen

FERIA IV. Q. T.

Et die 25. *mart.*

In Annuntiatione B. M. V.

Jesus, de Spiritu Sancto conceptus.

MEDITATIO.

Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph, de domo David; et nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit : « Ave, gratia « plena ! Dominus tecum ! benedicta tu in mulieribus. » Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus ; et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei : « Ne « timeas, Maria ! invenisti enim gratiam apud Deum : « ecce concipies in utero, et paries Filium, et vocabis « nomen ejus Jesum ; Hic erit magnus, et Filius Altis- « simi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David « patris ejus : et regnabit in domo Jacob in æternum, et « regni ejus non erit finis. » Dixit autem Maria ad Angelum : « Quomodo fiet istud, quoniam virum non co- « gnosco ? » Et respondens Angelus dixit ei : « Spiritus « Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obum- « brabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te Sanctum, « vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, « et ipsa concepit filium in senectute sua ; et hic mensis « sextus est illi, quæ vocatur sterilis ; quia non erit im- « possibile apud Deum omne verbum. » Dixit autem Maria : « Ecce ancilla Domini ; fiat mihi secundum ver- « bum tuum. » (Luc. I, 26—28.

1. « Primus homo de terra terrenus (1. Cor. xv.), secundus homo de cœlo cœlestis. Primum hominem mulier corrupta mente decepit ; secundum Hominem Virgo incorrupta virginitate concepit Tunc ad Evam angelus malus accessit, ut per eam homo a Deo *separaretur* ; nunc ad Mariam bonu

Angelus venit, ut in ea humanæ naturæ genitus uniretur. Venit ad Evam diabolus nobis malignus auferret; venit ad Marian ut vitam reddendam hominibus denunti primi hominis culpam cœpit diabolus h minari; per secundi Hominis gratiam homine superari. Primus Adam nobis auc culpæ, novissimus Adam nobis auctor exti Ille de limo plasmatus terrenos protuli Spiritu Sancto natus cœlestes effecit.] perdidimus gratiam priorem; per istum r ampliorem. Ille nos vitiis subdidit; iste n virtutibus fecit. » (S. Fulgent.)

2. Angelus dixit ad Mariam : *Paries vocabis nomen ejus Jesum : hic erit ma* « Bene *magnus*, quia *Filius Altissimi*. Ar gnus, cujus magnitudinis non est finis? *gnus*, quia tam magnus, quam Altissi quare *Hic erit*, et non potius *est* mag semper æqualiter magnus non habet, qu An forte propterea dixerit, *Erit*, quia qu Deus erat, magnus Homo futurus sit? I *Hic erit magnus*, magnus Homo, magnu magnus Propheta. Magnificetur a nobis magnus Dominus, qui, ut nos faceret factus est parvulus » (S. Bernard.)

3. Is ipse magnus Dominus, Filius erit hodie in manibus tuis, o Sacerdos. Quantum beneficium! qualis gratia! *Dom* esse vult, tecum in ecclesia offerre sa tecum conversari dignatur, et habitare tuo. Nunquid et tu *benedictus* inter hon altaris ministerium, ad Sacerdotii dignit tus es ex millibus mortalium. Ecce, p *manu tua* Deum magnum, Filium Altissi

n sermone isto? nunquid agnoscis extre-
atem ac indignitatem tuam? — Sed *ne*
acerdos! esto humilis, esto pœnitens,
ıs, et *invenisti gratiam apud Deum;* humi-
m dat gratiam. — De eucharistica vero
stantiatione cave dubites aut quæras,
fiet istud? Spiritus Sanctus superveniet;
Altissimi transmutabit panem et vinum in
, Sanguinem Domini, *Quia non erit impos-*
d Deum omne verbum. Idem luculenter
Ecclesiæ Patres :

S. Fulgentius, Ep. Rusp., l. ii. *ad Monim.*,
« Quando congruentius quam ad consecran-
ficium Corporis Christi, sancta Ecclesia, quæ
Christi, Spiritus Sancti deposcat adventum?
ı Caput suum secundum carnem de Spiritu
erit natum. Sic enim angelico Maria informatur
piritus S. superveniet in te, etc.

. S. Gregor. Magn , lib. sacram. *in Præfatione*
5. *post Epiph* , ait : « Christi Corpus, Sancti
fusione perficitur. Singuli accipiunt Christum
, et in singulis portionibus totus est; nec per
ıinuitur, sed integrum se præbet in singulis. »
ıam habentur in Liturgia Ambros.

I. S. Joan. Damascen. lib. iv. *de fide orthodox* ,
:« Quomodo fiet istud? ajebat sancta Virgo.
. Gabriel Archangelus : *Spiritus Sanctus super-*
e, etc. Tu quoque nunc quæris, quomodo panis
s Christi, vinumque et aqua Sanguis Christi?
ıibi respondeo, Spiritum Sanctum supervenire,
e, quæ rationis facultatem ac mentis intelligen-
lunt. »

. Theodor. *Abucara,* Ep. Cariæ, *in* suo opusc.

23, ait : « Ponit Sacerdos panem super sanctam similiter et vinum ; et precante eo precationem descendit Spiritus Sanctus in ea quæ proposi divinitate sua panem et vinum in Corpus et S Christi mutat, non minus quam hepar cibum alicujus hominis. An, amice ! non das, ut poss Sanctus perficere, quod hepar tuum potest ? »

Sec. X. Remigius Antiossiodor. lib. *de ce Miss.*, ait : « Calix, quem Sacerdos Catholicus s non est alius, nisi ipse, quem Dominus Apost dit. Quia sicut divinitas Verbi Dei est una q implet mundum, ita, licet in multis locis et im libus diebus illud Corpus consecretur, non su multa Corpora Christi, neque multi Calices ; s est Corpus Christi et unus Sanguis cum illo quo in utero Virginis. »

Sec. XI. Maurilius, Ep. Rothomag , grasse rengarii hæresim repressurus, an 1063 (Mabillor *de multipl. damnat. Berengar.*), synodum habui vincialium Episcoporum, in qua fides Catholi est in hæc verba : « Corde credimus, et ore p panem in mensa Dominica propositum, panen modo esse ante Consecrationem, sed in ipsa Con ineffabili potentia Divinitatis, converti natura stantiam panis in naturam et substantiam Ca nis vero non ullius alterius, sed illius quæ co de Spiritu Sancto, nata ex Maria Virgine. »

Sec. XII. S. Hildegardis, Abbatissa vatici miraculis clarissima, *in ep. ad Prælatos Mog* « Quando Sacerdos verba Dei reiterat, Corpus Verbi Dei iterato conficitur, per quod omnes processerunt, quæ prius non apparuerunt ; et q *ex Maria Virgine* quasi in momento ictus ocul

ı, dum ipsa cum humilitate dixit : Ecce ancilla .... In verbis Sacerdotis, quæ singillatim super ue sacrificium dicuntur, etiam singulatim virtute ni quasi in momento ictus oculi, Sacramentum s et Sanguinis Jesus Christi fit. »

XIII. S. Bonaventura, Cardinal., in lib. IV. *sent.*, art. 2, quæst. 2, Christi comparans Incarnatio- m panis Transsubstantiatione, ait : « Panis mino- bet dispositionem ad Carnem Christi, quam caro Virginis : cum ergo virtute Transsubstantiationis ranseat in Carnem, et virtute Conceptionis caro Virginis facta sit Caro Christi, videtur, quod virtus ubstantiationis sit dignior et excellentior. Item, magis virtus se diffundit et communicat, tanto or et melior est, quia bonum est communicativum d virtus Transsubstantiandi est communis toti , et Christi Carnem facit esse ubicunque Fideles irtus autem concipiendi solum fuit in beata Vir- Christum in uno solum loco fecit esse ; ergo virtus bstantiandi est nobilior et excellentior.... Licet ue sit nobilissimum et ostendat Dei potentiam mmam, in illo tamen magis laudatur Majestas et in hoc magis captivatur ratio nostra.... Loquendo iter, virtus concipiendi est dignior et excellentior, bstantiam magis nobilitat, majus enim est esse a Dei quam esse Sacerdotem,... Nam Beatissima Maria recte Mater Domini dicitur et est verissime : os autem nec pater nec mater Christi potest dici, is ad ejus ministerium convertatur panis in bea- m Corpus Christi.

PRECES ANTE MISSAM.

nus ego Minister indignus inveni gratiam e, *Pater de cœlis Deus!* admitte me (precor)

ad sacrum Altare tuum, ubi divinæ Maje
acceptissimam immolabo Hostiam, uniger
lium tuum, Verbum Carne velatum, Mes
triarchis promissum, a Vatibus sacris pr
tum, a justis antiquæ Legis tamdiu exsp
Tuus iste Unigenitus, siquidem invenerim
coram oculis tuis, erit hodie in manibus
ore ac corde meo. Verum, o Deus Pater
quam singularis exigitur a me manuum
oris munditia, cordis innocentia! quam ex
votio, reverentia et humilitas, ut dilectur
tuum offeram! — Ah! nimium abhorret
conversatio mea a sanctitate purissimæ
Mariæ, charitate et gratia plenæ. Omnibu
tebat virtutibus; omnibus ego sordeo vitii
tamen dedignaris, o bone Deus, mihi trad
genitum tuum. Quia igitur ita vis et tibi
quia me vocas ad Aram tuam, ecce famu
mini! fiat mihi secundum verbum tuum.
me invitas; id unum obsecro, ut tuam r
tiam concedas, ad tremendum Altaris m
ita nunc celebrandum, ut incarnati Verbi
pus venerabile non mihi proveniat in jud
condemnationem, sed ad consequendar
æternam. Memento, etc.

Fili Redemptor Mundi Deus! clementissir
qui propter nos homines in utero purissi
ginis Mariæ assumpsisti Carnem, in simili
hominum factus, et habitu inventus ut ho
obsecro, ut hodie ad altare tuum san
Incarnationis tuæ memoriam grato recolar
et tanti beneficii recordatione magis ac
tui amorem exardescam. Utinam tanta fide,
et animi demissione, tali virtutum decor
desceret cor meum, quali refulsit cor in
tum Mariæ, Matris tuæ virgineæ, dum Ang

carnationis tuæ mysterium annuntianti, respondit : *Ecce ancilla Domini*. Exorna, ime Jesu, cor meum vacuum omni virtu- re, quo dignius Rem divinam in ara , atque majus e præsentia tua capiam solatium, emolumentum.

Sancte Deus; qui Redemptoris nostri nem miranda Divinitatis virtute operatus castissimæ Virginis Mariæ, eamque inef- ecundasti, et ita sanctificasti, ut dignum ernaculum Verbi incarnati, largire mihi gratiarum dona, ut eumdem Mundi Sal- lecente hospitio recipere merear, atque eum in corde meo. Per pretiosum Christi n, per corpus ejus sanctissimum, quod hominum formasti in utero sponsæ tuæ ariæ, peto et spero a te cœlestium dono- dantiam et exquisitissima virtutum orna- digne valeam operari Sacris, et divinam stiam ad ampliores gratias mihi meisque impetrandas.

AD B. V. MARIAM.

laria, gratia plena! Ave Maria, per quam simam Christi Carnem participamus, ad m admodum mensam accedere audentes. a, per quam nos verum et immortalem istamus. » (S. Jo. Damasc.) Ave, gratia æ sola inter mulieres benedicta, ad Domi- rnationis mysterium electa, et a Spiritu æparata, unigenitum Dei Filium castis- ceribus tuis concepisti, ac Mundo pepe- itorem. O Virgo purissima! intercede pro lo peccatore, et impetra mihi a Deo sce- orum veniam, fidem vivam, spem firmam, n perfectam, ut Dominum meum Jesum,

Filium tuum magnum, in hoc Sacrific
offeram, corde puro suscipiam, et exo
hauriam fructum. Amen.

PRECES POST MISSAM.

Gratulor mihi, suavissime Jesu! et ing
lætitia, eoquod teipsum revera nunc ha
in intimo corde meo. Inexplicabili reple
ad pedes tuos abjicio me, et ex abyss
reverenter adoro te Altissimi Filiun
reipsa magnum, propter me incarnatu
in cibum datum. Supplicem hanc a
meam cum illa conjungo, quam exhibu
Maria mater tua, dum te conceptum
Sancto gestavit in utero suo. Totus i
postratus adoro te, rogans ut mihi lice
admirari ac contemplari charitatem tua
qua genus humanum dilexisti et ab i
dicasti.

Cum adhuc essemus inimici tui, D
mors antiqua in nos omnes exerceret
recordatus es uberrimæ misericordi
prospexisti de sublimi habitatione t
vallem plorationis et miseriæ nost
Domine, afflictionem populi tui, et tactu
charitatis intrinsecus, cogitasti super
tiones pacis et redemptionis. Et qu
esses Filius Dei, verus Deus, Deo Patr
Spiritui coæternus et consubstantialis,
tans inaccessibilem, portansque omni
tutis tuæ, non dedignatus es in istud r
talitatis ergastulum Altitudinem tuam in
nostram gustares miseriam, nosque re
gloriam. Parum fuit charitati tuæ, ad c
dum opus nostræ salutis, Cherubim a

ı ex Angelis destinare : ipse ad nos venire es ex mandato Patris, cujus nimiam chari- .perti sumus in te. » (S. Anselm.)

a fuit immenso amori tuo, requievisse Virginis humillimæ, matris tuæ Mariæ, libus etiam Credentium habitare voluisti. ıe stupendum altaris Sacramentum insti- tuamque majestatem tremendam sub exiguis ristiæ speciebus abscondisti, ne quid impe- quo minus et Deum magnum pusillis cordi- nostris acciperemus. Haud equidem animo rehendere valeo istud amoris tui mysterium; tamen indubitata illud credo, quia Deus es ipotens, cui nihil difficile, juxta verissimum eli tui effatum : *Non erit impossibile apud Deum ıe verbum*. Promisisti mihi perinde ac ceteris edentibus gratiam tuam et vitam æternam, o rbum incarnatum, o Verbum veracissimum! ıocirca per auxilium gratiæ tuæ, per tuorum irtutem meritorum, æternæ beatitudinis præmia pero, et a te solo consequi desidero. Persua- um mihi habeo, Domine! quod bona cœlestia on aliter, nisi te mediante, valeam obtinere. Nec ubito quin velis illa mihi dare; ideo namque enisti in mundum; ideo conceptus es de Spiritu ancto et natus ex Maria Virgine; ideo tantis lefunctus laboribus, tam indigna et horribilia assus, tantos inter dolores mortuus es; ideo ad eram Fidem atque ad dignitatem Sacerdotalem ocasti me; ideo Corpus et Sanguinem tuum vir- ineum multoties mihi dedisti in cibum et potum; deo et hodie sub alienis speciebus iterum in- gressus es cordis mei domicilium pauperculum et qualidum.

O dulcissime Jesu! o unicum ac verum anima neæ Gaudium! talem nunc consolationem, tantar

in te habeo fiduciam, ut jamjam mih illam possidere vitam æternam, quar desidero ac confidenter exspecto a te, Redemptor meus, Salvator meus, et in ard nitatis meæ negotio fidissimus Advocatu Eapropter omnia mihi ad salutem necess firmiter spero ab immensa bonitate tua, ut universæ creaturæ in exitium meum co viderentur, etiamsi egomet in præcipitio apertas jam inferorum fauces præ oculi rem, usque tamen in te confidens cum I clamarem : *In te, Domine, speravi; non conf æternnm.*

Eja ergo, dilectissime Jesu! o Verbu factum! suscipe me secundum eloquium i vivam; et non confundas me ab expectatio Adjuva me, et salvus ero. Junge me te dissolubili charitatis vinculo, neque perm quam me seperari a te. Auxilio tuo sust meosque omnes, quorum anhelo salutem omnes perveniamus ad desiderabile Regnu cujus non erit finis. Amen.

AD B. V. MARIAM.

Sanctissima Dei Genitrix! Maria, grati supplex oro te, ut per tuam intercession sequar gratiam divinam. O Virgo Domina I Deo gratissima! super omnes benedicta! mani generis præsidium facta es; quæ pe tuum cladem primæ parentis correxisti, trona peccatorum es, ac Consolatrix aff nuncuparis : ora pro me, ut regni cœloru pos fiam, ibique beatam te prædicem (S. Ephr.)

FERIA V.

Jesus, magnus, Sanctus, Rex æternus.

MEDITATIO.

. Dixit Angelus ad Mariam Virginem : *Paries um et vocabis nomen ejus Jesum ; hic erit magnus, Et regnabit in domo Jacob in æternum, et Regni non erit finis : et quod nascetur ex te Sanctum, abitur Filius Dei* (Luc. I. 31—35). — Jesus vere *gnus*, quia incomprehensæ majestatis. « Dictum quidem etiam de Joanne, quia *erit magnus ;* sed homo magnus, hic Deus magnus : late enim ditur Dei virtus, late cœlestis substantiæ matado porrigitur; non loco clauditur, non opine comprehentitur, non æstimatione concludi-, non ætate variatur. » (S. Ambros.) « Vide ergo gnitudinem Salvatoris, quomodo in toto orbe fusa sit : ascende in cœlos, vide quomodo cœtia repleverit ; descende cogitatione ad abyssos, vide eum illuc descendisse : si hoc videris, paer intueberis opere completum, *Hic erit magnus.* igenes.) Porro Jesus singulariter *Sanctus* nascius asseritur ab Angelo, quia Verbum Patris *nctum* in utero Virginis Caro factum est. *Et reabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit is.* « Domum Jacob totam Ecclesiam dicit, quæ l de bona radice nata, vel cum oleaster esset, erito tamen fidei in bonam est inserta olivam. » eda ven.)

2. O beata Christi Ecclesia ! *Exulta, et lauda, hatatio Sion ! quia magnus in medio tui Sanctus Israel* sai. XII, 6). — O Sacerdos Dei *Magni !* o Minister erbi *Sancti !* o serve *Regis æterni !* quam purum, uam sanctum esse te opertet. De legis antiquæ

sacerdotibus (*Levit.* XXI) scriptum legitur : *Qui consecrati sunt Deo suo, et panes propositionis offerunt : sint ergo sancti, quia ego Sanctus sum, Dominus, qui sanctifico eos. Homo, qui habuerit maculam non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium ejus ; nec accedat ad altare, quia maculam habet : contaminare non debet sanctuarium meum.* Novæ legis Sacerdos, isthæc animo volvens, secum ita ratiocinetur : Severissime jubebantur esse sancti, qui sanctitatis figuram solum et umbram gerebant : qui jam ego, cui datum est, ipsam tractare rem ipsam veritatem, imo ipsissimum *Sanctum sanctorum* ? Quæ hic proportio ? quæ comparatio ? nempe quæ finiti ad infinitum, quæ umbræ ad lucem. Nonne justum et æquum erit, ut pro Dignitatis discrimine sit etiam disparitas seu præstantia morum integritatis ? Etc.

S. Attonitus olim Propheta Jeremias (c. 3) vaticinatus est : *Creavit Dominus novum super terram ;* id est, rem novam et inauditam facere decrevit, quasi novum creationis opus. Et quodnam opus illud tam grande ? — *Femina circumdabit Virum ;* id est, Virgo mater utero virginali circumdabit Deum Hominem. Jam ecce ! in altari modica et exigua panis species, ad Consecrationis verba circumdabit occultabitque Deum *magnum*, Verbum *sanctum, Regem æternum.* Quis non timeat accedere ad talem mensam ? *Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti hujus ?* — Facile perspicis, o Sacerdos ! quanta sit puritas cordis tui, quo Deum tam magnum Regem adeo sanctum et æternum hodie suscepturus es hospitem.

4. Isaias (c. LII. v. II.) ait : *Mundamini, qui ferunt vasa Domini.* Quam puros igitur esse oportet Sacerdotes Catholicos, qui non modo vasa Domini

)ominum magnum, Sanctum sanctorum, ilium, Regem immortalem, manibus ;, et tum sibi tum aliis communicant? quorum in cordibus sæpissime cir- nguis sanctissimus sanctissimi JESU? ercipiendum hoc terribile mysterium, sufficit puritas ab omni peccato sive munda, sed opus est insuper insigni ;core exornetur anima, altaris Sacra- ;ceptura : totum enim et omne quod in tum est, magnum est, Divinum et al- eoque credibile, quia incredibile. Pro ıuc fidei tuæ sustentaculo, lege sequen- Ecclesiæ Patrum testimonia :

III. In LITURGIA Græca cui præfixum no- i (Murator., *de reb. Liturg*, t I, p. 170), Sa- «Emitte præterea super nos, et super panes iritum Sanctum tuum, ut eos sanctificet et ıquam Deus omnipotens; et faciat panem us (Populus respondet : Amen), Calicem au- ;m novi Testamenti ipsius Domini Dei et summi Regis nostri Jesu Christi.»

. JACOB., Ep. Nisiben., Serm. III, *de jejunio,* num ostium est domus tuæ, et ipsa est tem- 'rofecto nefas est, et omnino non decet, o r ostium, per quod ingreditur Rex, extrahas ıue sordes, sed ut abstineas ab omni immun- sumas Corpus et Sanguinem Christi, cauteque tuum per quod Rex ingressus est : neque licet, o homo, educere per os tuum verba im-

CHRYSOST, homil. XVII, *in epist. ad Hebr.* 10, na voce, terribili clamore tanquam præco,

manum tollens in altum, stans excelsus et omnibus manifestus, et in tremendo illo silentio vehementer vociferans, alios quidem vocat, alios vero arcet Sacerdos..... Nam quando dicit : Sancta Sanctis, hoc dicit : Si quis non est sanctus, non accedat; non solum, inquit, a peccatis purus, sed etiam sanctus. Sanctum enim non facit solum liberatio a peccatis, sed etiam præsentia spiritus et bonorum operum copiæ : non solum inquit, volo vos a cœno esse liberatos, sed albos esse et speciosos »

Eodem Sec. V. S. Cyrill., Ep. Alexandr., *Exposit. in Evang. Joan.* c. 7, ait : « Hæc est lex ipsius Paschæ (*Exod.* xii) : Omnis alienigena non comedet de eo, etc. Alienigenam prorsus arcet, eum, qui nondum per fidem Christo conjunctus est, significans. Eum autem, qui peccato servit, et diabolo quodammodo mancipatus est, si prius purgatus sit, sacras attingere Carnes opportune tunc sinit. Puri enim pure Christi participes erimus; juxta illud quod in ecclesiis concinne decantatur : Sancta Sanctis. » — Hæc etiamnum in Græcorum Liturgiis ante Communionem inclamat Diaconus.

Sec. VI. In Liturgia Mozarabica, qua per tot secula usæ sunt Hispaniarum Ecclesiæ (Ibidem t. i, p. 146), *post Orationem Dominicam* more Græcorum, legitur : « Sancta sanctis, et conjunctio Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi sit sumentibus et potantibus nobis ad veniam, etc. »

Sec. VII. Isychius, Presb. Hierosolym., l. vi, *in Levitic.* c. 22, ait : « Sancta Sanctorum sunt proprie Christi mysteria; quia ipsius est Corpus de quo Gabriel ad Virginem dicebat : Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit; ideo quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.

III. S. Germanus, Ep. CPolitan, *in contempla-*
um ecclesiastic., ait : « Deinde clamat Sacerdos,
inquiens : Videte, ut sanctificati sitis; quia Chris-
s participes estis futuri, sanctus Deus est, et in
ecumbit : Sancta Sanctis. Sanctos ait eos, qui a
nscientia mundati sunt, et in sancta fide sincere
Populus fatetur et ait : Unus Sanctus, unus Do-
esus Christus, etc. »

II. Petrus *Cellens.*, Ep. Carnot. lib. *de Panibus,*
multiplici mensa, ait : « In mensa ista (in altari)
m et gratiam ponit Deus ; homo fidem et obedien-
irabilis potentia Dei, qua panis in Carnem, vinum
tur in Sanguinem.... Gratia naturæ usum et cur-
nsiliens, de pane, mirabili conversione, efficit
Christi, contegens specie panis id, quod veritate,
n pro nobis agit Advocatum; ipse Offerens, et Oblatio, ipse Victima, ipse et Sacerdos ndum ordinem Melchisedech. Christus enim, *od maneat in æternum, sempiternum habet Sa-ɔtium* (Hebr. VII), *semper vivens ad interpellan-pro nobis*. Age jam, o Minister summi Sacer-s! accede ad aram, et cum omni fiducia Deo i offer Hostiam sanctam, JESUM Christum, æque n atque perennem humani generis Advocatum. reali autem ipsius præsentia in Eucharistiæ amento cave dubites; copiosa enim atque di-la hujus veritatis exstant documenta :

:. *VII.* S. ISIDOR., Ep. Hispal., *quæst. in* I, *Reg.* I, ait : « Quod dicit, qui venit, *Dimitte me, obsecro, nam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam* r, sacerdotalem partem corpus Christi, id est, Eccle-dicit, cujus plebis ille Sacerdos est mediator Dei et num, Homo Christus Jesus..... In hac parte sacerdo-ostulat comedere buccellam Panis. Quibus verbis ip-Sacrificium Christianorum eleganter expressum est, ıo dicit Sacerdos ipse : Panis, quem ego dabo, Caro est pro mundi vita. Ipsum quippe est Sacrificium, secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem hisedech. »

:. *VIII.* S. GERMANUS, Ep. CPolitan., *Contemplatione n eccles.*, ait « Habemus Christum Advocatum apud em et Propitiationem pro peccatis nostris, utpote cu-anctum Corpus nobis coagmentatum sit et pretiosus uis..... Ipse dixit : *Hoc est Corpus meum;* et : *Hic est uis meus.* Ipse et Apostolis et per eos toti Ecclesiæ facere jussit. Ait enim, *Hoc facite in meam comme-itionem.* Haud plane jussurus, nisi, ut possent facere, tem esset inditurus..... Hæc sacerdotii virtus : hic Sa-

cerdos. Non enim, cum se semel obtulerit ac in
rit, sacerdotio cessit, sed eo perpetuo nostram
functionem obit, qua et pro nobis apud Deum
Advocatus existit. Idcirco nulla Fidelibus de l
sanctificatione dubitatio superest. »

Sec. IX. Hincmarus, Ep. Remens., *in opusc.* 1
destinat., c. 31, ait : « Sunt et alia, quæ vocum n
delectantes, unde sibi inanes comparent ran
contra fidei Catholicæ veritatem dicunt, videli
sacramentum altaris non verum Corpus et veru
sit Domini, sed tantum memoria veri Corporis e
nis ejus. » — Ergo censebat Hincmarus ejusm
nes pugnare *contra fidei Catholicæ veritatem*, eos
hæreticos esse. »

Sec. circ. X. Expositio super Missam, *ex*
Einsidl. (Gerbert., *Monum. vet. Liturg. Alem*
habet : « Nobis quoque peccatoribus,... de m
miserationum tuarum sperantibus, etc. Non m
tris veccamur ad regnum sanctorum, sed sola bon
per Christum Dominum nostrum, quem Advo
bemus apud Patrem, Cujus pietate ac beata Pa
conciliati sumus Patri..... In mysterio grati
(Eucharistiæ) nobis traditur ejus Corpus et Sang

Sec. XI. S. Lanfranc., Ep. Cantuar., l. *de*
Sang. D, c. 18, ait : « Credimus terrenas sul
quæ in mensa Dominica per Sacerdotale minist
vinitus sanctificantur, ineffabiliter, incomprehe
mirabiliter operante superna Potentia converti
tiam Corporis, reservatis ipsarum rerum spe
quibusdam aliis qualitatibus, ne percipientes
cruenta horrerent, et ut Credentes fidei præmia
perciperent; ipso tamen Dominico Corpore ex
cœlestibus ad dexteram Patris immortali, inv

:c. Hanc fidem tenuit a priscis temporibus, et nunc Ecclesia quæ per totum diffusa orbem Catholica atur. »

XII. HILDEBERT., Ep. Turonens., Serm. *de SS. Eu-tiæ sacramento,* ait : « Quisquis hoc Sacramentum ıribus attrectat sensibus, addat necesse est etiam ıres... Alii experiuntur quod in pane et in vino na-eservat : alii quod in utroque gratia subministrat. nc quippe mensam quinque sensus corporis, tan-forinseci convivæ recumbunt, et speciem panis at-ıt,... quod gratiæ est, quinque sensibus mentis de-ıunt. Gratiæ autem est substantiam panis in m converti, Viaticum præparari ad patriam, uniri ram Creatori, fœderari Advocatum, quo jam pro manducantibus agente, mereamur inter agnos in-»

PRECES ANTE MISSAM.

entibus animis apparemus hodie coram tre-a Majestate tua, Pater omnipotens, æterne ! ut immolemus tibi sanctissimum Missæ ıcium, atque per illud adoremus et glorifice-:e, Creatorem ac Conservatorem nostrum. ı bona nobis ad salutem proficua præstare te novimus, quia omnipotens es; et velle te ubitamus, quia misericors et infinite bonus ıiversæ quidem creaturæ, tam in cœlo quam ra, te DEUM optimum maximum laudare de-at nunquam pro merito laudare sufficiunt. s vilissimi peccatores ad laudandum et oran-te, heu, quam indigni sumus ob innumera a nostra! Te quotidie in multis offendimus ı. *Qua igitur ratione* nos servi tam inutiles *ımus gratiam in* conspectu tuo?

Respice, Pater, unigenitum Filium tuum propter nos peccatores in mundum mis indutus Carne nostram apud te causam Respice nostrum hunc *Advocatum*, assiduur cessorem, atque Sacerdotem æternum, metipsum tibi hodie per manus nostras i oblaturus est. Benigne respice dilectu Filium tuum, in quo tibi bene complaces; nomine tibi nunc gratias agimus pro eade tate tua, qua nobis Unigenitum tuum dedis *catum* fidissimum. En, optime Pater! offeri cunctas ejusdem Filii tui preces supplicatio quas *in diebus carnis suæ, cum clamore lacrymis,* obtulit tibi pro nobis clientibus s rissimis. Offerimus tibi omnes illius cogi sanctissimas, orationes, desideria, verba e universa denique Incarnationis ejus, vi sionis ac mortis merita ut ex immenso thesauro suppleatur quod nobis deest, a ipsum velut unicum *Advocatum* nostrum tibi, Pater, obsequium servitutis nostræ. P Victimæ virtutem, et per infinita Red nostri merita, dimitte nobis, Pater, debit piacula quotidiana; et aufer a nobis, Divinæ Majestati tuæ in nobis displicet. mentes nostras ab omnibus vanis et alie tationibus, ut in spiritu et veritate te ad quæ ad aram petimus, facilius impetren eumdem D. N. J. C. Filium tuum. Memei cipue NN.

AD CHRISTUM.

Jesu, Fili Dei! qui, nostrum ut ageres *tum*, ultro peccatoris habitum induisti; *miserrimus* peccator, et plane indignus *tuus*, oro suppliciter ut causam meam *apud Patrem* tuum, qui diligit te, et exa

ntia. Si tu me deseras, o bone Jesu! res a est, actumque de salute mea. In tuam ro clientelam. Esto (precor) *Advocatus* scipe causæ meæ patrocinium, tuoque reconcilia. Gratiam hanc spero a te, cle- ie Jesu, et in multitudine misericordiæ bo in domum tuam. Ad celebrandum per- nendum altaris mysterium fidenter ac- niam tu es, Domine, Spes mea. Resumo itum, et propero ad mensam tuam, ubi i sanctissimo Corpore et Sanguine tuo. speret in te? quis non diligat te, o Amor *Advocate* optime? — Advolo, advolo ad um convivium tuum, o bone Jesu! æstuat i! charitas urget me: aviditas mea nullas oras.

PRECES POST MISSAM.

iavissime! quid dicam modo? Fili Dei ns! Verbum Caro factum! quid despica- peccator loquar tecum? — « Desiderium me loqui tecum; summa vero indignitas itium mihi imperat. Multæ meæ infirmi- iecessitates loqui me urgent; sed peccata aceam, suadent. Anima mea intimo vexa- e, et oculi mei lacrymas concupiscunt. ! quoniam cordis mei puritatem ob igna- am contaminavi. Quis me deplorabit? consolabitur? Tu solus Salvator meus pro gnitate afflictum me consolari vales. » iem.)

us *Advocatus*, et Defensor meus, vacillan- iam meam firmare potes. Te igitur obse- ignissime Jesu! erige jacentem, consolare animam meam, quæ ob multiplices suas s merito Patris tui reformidat iram. Per

eximiam illam charitatem quæ traxit te in Virginis uterum; per amorem illum inenarrabilem quo mihi jam toties sacratissimum Corpus et Sanguinem tuum dedisti in cibum et potum, obtestor et oro te, ut misertus mei, tanquam *Advocatus* meus, respondeas pro me, tuoque Patri reconcilies me peccatorem miserrimum. Intercede pro me, fratrum tuorum minimo, ac inæstimabilem mihi exora Patris tui gratiam, ut cujus iram expavesco, clementiam sentire merear.

Domine Jesu, in te solo (potentissimo reorum Patrono hominum) spem meam habeo repositam. Stupendus sane et immensus est amor tuus, quo jam inde a seculis æternis decrevisti perditorum hominum causam, imo et ipsam eorum Naturam in te suscipere, ut eos ab æterna morte liberares. Angelis peccantibus non pepercisti, Deus! sed rudentes inferni detractos in tartarum tradidisti cruciandos sine fine. Horum infelicium angelorum ut suppleres numerum per homines salvandos, humanis te artubus velasti, factus Homo. Egisti hoc, o Jesu admirabilis! non necessitate compulsus, non utilitate propria permotus, sed ex mera et liberrima charitate tua, quæ de largifluo Bonitatis fonte, sua suis nunquam desinit dona conferre. Egisti hoc, ut arctiori et perpetuo charitatis vinculo nos tecum constringeres. Multum enim vero tibi debeo, dulcissime Jesu, pro tua clementia, qua propter me miserum peccatorem Homo factus es, ut fieres *Advocatus* meus apud Patrem. Plus debeo tibi pro favore speciali, quo me non tantum Fidelibus, sed et Sacerdotibus tuis adnumerasti. Plurimum vero pro charitate tua, qua *præter* alia dona quotidie mihi teipsum largiris in *altaris sacramento*, ibique familiariter apponis ergo *me cor tuum*.

Tu es, Domine! a quo bona cuncta proce-
Tu es Fons vitæ, tu Autor salutis æternæ.
o equidem apud me ut et ego tibi de meo
d offeram; sed cum omnia pectoris mei
revolvo, nihil ibi præter vitiorum tribulos
nas invenio. Vide ergo, Domine, miseriam
; vide tantæ paupertatis inopiam, mihique
nctionis gratiam tribue, quæ tergat rubigi-
nimæ meæ. Expelle, obsecro, omnem tor-
ex pectore meo, et in me dulcissimæ chari-
æ flammam accende. Aut quid, Domine?
nensam tuæ bonitatis abundantiam, quam
ra totius mundi crimina non poterant su-
, vincere poterit iniquitas mea? cum totus
undus idololatriæ ac improbitati esset de-
quis te rogare præsumserit, ut tu ipse Dei
quem cœli cœlorum non capiunt, uteri
lis angustias habitaturus invisceres, et mor-
nostræ carnem susciperes, mortisque
simæ tormenta perferres, ut nos, inimicos
b æternæ mortis supplicio liberares? Quia
o clementissime Domine, misericordiæ tuæ
udinem non vicerunt infinita totius mundi
, num unius canis mortui peccata illam
bunt? Absit hoc a te, Domine! absit a te,
isti : Nolo mortem impii. » (S. Pet. Damian.)
nunc ingentique recreatus solatio, re-
ad negotia Vocationis meæ. Tu, mi Jesu,
es unica Spes ac consolatio mea, unicum
m atque refugium meum, unicus protector
catus meus. Tibi ac clientelæ tuæ me meos-
gulos enixe commito. Ad te in omni tenta-
c necessitate confugio : in te confido, nec
cam, quoniam tu, Domine, singulariter in
stituisti me. Qui vivis, etc.

FERIA III.

Jesus humiliavit se, factus obediens.

MEDITATIO.

1. Christus Jesus, *cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem. mortem autem crucis* (Philipp. II). « Vide, quantus factus sit tantillus; qui cum in forma Dei esset, semetipsum exinanivit, formam servi accipiens. Sic accepit quod non erat, ut non perderet quod erat : manens Deus Hominem assumpsit. Initium omnis peccati superbia, unde sanaretur tumor superbiæ, nisi Deus dignatus esset humilis Homo fieri ? Vide ergo quæ Majestas, quæ Potestas, quæ Sublimitas venit propter nos ad indumentum formæ servilis; et intellige a tanto Magistro viam humilitatis. » (S. Aug.)

2. Considera, Sacerdos ! quantorum fons sit bonorum humilitas, quantorum origo malorum superbia. Ens supremum optimo jure a creaturis suis exposcit fidem humilem et obedientiam humilem. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Beati pauperes spiritu et humiles corde. O infausta superbia ! quo trahis homines ! quo elevas ? quo præcipitas ? — Quot arrogantes presbyteri misere prolapsi sunt in flagitia, in errores, in hæreses, in obstinationem ? Unde tot lites, discordiæ, seditiones, controversiæ ? unde, nisi a superbia ? — Verbi incarnatio novis ethnicis stultitia est, eoquod ipsi per superbiam evanuerunt in cogitationibus suis et stulti facti sunt. »

sapientiæ disciplina in vera humilitate
quam Dominus Jesus ab utero Matris,
supplicium crucis, et elegit et docuit. »
gn.)

bescat homo esse superbus, quia factus
s Deus. Quid superbis, o homo? Deus
humilis factus est. Puderet te fortasse
nilem hominem; saltem imitare humilem
S. Aug.) « Esto humilis; nemini te præ-
nium te minimum existima; nihil de te
, nihil boni tibi tribuas. Superbia angelos
tumor regna dissolvit, arrogantia subli-
iat : humilitas casum nescit. Cognosce,
rande! quia humilis Deus venit, et se-
us exemplum. Qui sibi vilis est, ante
gnus est, et qui sibi displicet, Deo pla-
gitur parvus in oculis tuis, ut sis magnus
Dei. » (S. Anselm.)

: præsertim esto parvus et humilis,
acris operaris. Nam ecce, Sacerdos!
inus qui semetipsum exinanivit, formam
piens, — idem Dei Filius qui humiliavit
m, factus obediens usque ad mortem, —
is qui dixit : *Descendi de cœlo, non ut*
luntatem meam, sed voluntatem ejus qui
— Is ipse humilem tibi præstat obe-
in altari, nam ubicunque vel quando-
lacuerit tibi Rem sacram peragere, mox
atem tuam, ad Verba Consecrationis,
n patrat miraculum, panem et vinum
t in Corpus et Sanguinem suum; adeo-
xiguis eucharistiæ speciebus totum sese
Esus humilis et obediens. O tremendum
aritatis mysterium! o vere mirandum
s prodigium! — Ad fidem tuam magis

firmandam, corde docili et demisso lege sequentia Patrum testimonia :

Sec. V. S. Augustin. *Tract.*, 26, *in Joan.* vi, c. 40, ait : « Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem ; et qui manducat me, et ipse vivet propter me. Non ait, sicut manduco Patrem, et ego vivo propter Patrem ; et qui manducat me, et ipse vivet propter me. Non enim Filius participatione Patris fit melior, qui ei natus est æqualis, sicut nos participatione Filii, per unitatem Corporis ejus et Sanguinis efficimur meliores. Vivimus ergo nos propter ipsum, manducantes eum, id est, ipsum accipientes æternam Vitam, quam non habebamus ex nobis : vivit autem ipse propter Patrem, missus ab eo, qui semetipsum exinanivit, factus obediens usque ad mortem crucis. Si enim secundum id accipimus, *vivo propter Patrem,* quod alibi ait, *Pater major me est,* sicut et nos vivimus propter ipsum, qui major est nobis : hoc ex eo, quod missus est, factum est. Missio quippe ejus exinanitio suimet ipsius est et formæ servilis acceptio..... In quam sententiam, si recte accipiuntur hæc verba, ita dixit : Sicut me misit vivens Pater, et ego vivo propter Patrem ; et qui manducat me, et ipse vivet propter me ; ac si diceret : Ut ego vivam propter Patrem, id est, ut ad illum tanquam ad majorem referam vitam meam, exinanitio mea fecit, in qua me misit. Ut autem quisquam vivat propter me, participatio facit, qua manducat me. Ego itaque humiliatus vivo propter Patrem ; ille erectus vivit propter me..... Nec tamen dicendo, Qui manducat me, et ipse vivet propter me, eamdem suam et nostram æqualitatem significavit, sed gratiam Mediatoris ostendit. »

Sec. IX. Theodorus, Studites, Serm. *catechet.* 64, *ait :* « Quid fieri oportuit, quod Christus non fecit? Homo *factus,* cum Deus esset, humiliavit seipsum, factus obe-

usque ad mortem crucis. Corpus vescendum præbendumque Cruorem, nec dedignatus est nominator, frater, caput, magister, sponsus, coheres, etc.»

n. *XI.* Hugo, Ep. Lingon., *Tract. de Corp. et Sang.* ait : « Dei incommutabile Verbum, humiliter concarnatum mortalibus, sicut nos inhabiles et minus idoneos sacramentorum fidem in novam transtulit creaturam, quemadmodum videre potest, qui nonnisi distinctiones membrorum in nobis considerat, sic ipsam Mysteriorum magnitudinem summa sibi concorporavit virtute ; quod ideo invisibiliter est credendum, quia invisibiliter est factum. »

n. *XII.* S. Anselm., Ep. Cantuar., *Meditat.* xi, ait : « Christus, quod Patri placiturum, et hominibus profuturum intellexit, hoc sponte fecit..... Sic itaque Patri liberam obedientiam exhibuit, cum hoc quod Patri placiturum fuit, sponte facere voluit..... Hoc modo obediens fuit usque ad mortem. Et sicut mandatum dedit illi Pater, sic fecit.... Ecce, anima Christiana ! hæc est causa salutis tuæ ; hoc est pretium redemptionis tuæ. Captiva es, sed hoc modo es redempta.... Hoc ruminet cor tuum, et ejusdem redemptoris tui Carnem et Sanguinem accipiens es tuum. »

Inc. *circ. XIII.* Anonymus, de actione Missar. (*ex cod. Msc. Sanblasino* (Gerbert, *Monum. vet. Liturg. Alem.*, t. iv, p. 293), ait : « In mysterio Corporis et Sanguinis Dom., quod in sancta Ecclesia per universum mundum pro ejusdem mundi salute offertur, maxime nobis humilitas commendatur. Viam enim nobis fecit idem Dominus Jesus Christus per humilitatem : quia per superbiam recesseramus a Deo, redire autem ad Deum nisi per humilitatem non poteramus, et quem nobis proponeremus ad imitandum non habebamus. Omnis enim mortalitas hominum superbia tumebat. Et si existeret

aliquis vir humilis in spiritu, sicut erant Prophetæ et Patriarchæ, dedignabatur genus humanum imitari humiles homines. Ne ergo dedignaretur homo, imitari hominem humilem, Dominus factus est humilis, ut vel sic superbia generis humani non dedignaretur sequi vestigia Dei. »

PRECES ANTE MISSAM.

Quam bonus es, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus ! quam misericors atque benignus in nos homines peccatores ! Pro humana superbiæ remedio, misisti ad nos Filium tuum coæqualem, qui humilem tibi præstaret obedientiam usque ad mortem crucis, ut ex ipsius meritis et exemplis debitum capiamus fructum, et vitam consequamur æternam. Elegisti nos in Filio tuo ante Mundi constitutionem, ut essemus sancti in terris, et beati in cœlis : *Diligis enim omnia quæ sunt, et nihil odisti eorum quæ fecisti. Parcis autem omnibus; quoniam tua sunt, Domine, qui amas animas.* (Sap. XI.) Quantumvis itaque reus sim et peccator nefandus, spem tamen omnem pono in te, misericordissime Pater ! « Desperare utique potuissem propter nimia peccata et vitia mea propter culpas et infinitas negligentias meas quas admisi, et quotidie indesinenter admitto corde, ore, opere, et omnibus modis quibus humana fragilitas peccare potest. Desperare potuissem, nisi Verbum tuum, Deus meus, Caro factum, habitasset in nobis. Sed desperare jam non audeo, quoniam Filius tuus humiliavit semet ipsum, et factus obediens tibi usque ad mortem crucis, tulit chirographum peccatorum nostrorum et affigens illud cruci, peccatum crucifixit et mortem. » (S. Aug.)

Confisus igitur Incarnati Verbi tui meri

'o securius, et magna cum fiducia progre-
ad altare tuum, æterne Deus! ut eumdem
ɔnitum tuum, Deum-Hominem, offeram supre-
Majestati tuæ, in contestationem humillimæ
ɛctionis nostræ et dependentiæ a summo
inio tuo. Ascendat salutaris hæc Hostia ad
ɔrum sublimia, ad thronum gloriæ tuæ, in
iarum actionem pro insigni exemplo humilita-
et obedientiæ, virtutum tibi gratissimarum,
s Unigenitus tuus exhibuit a primo Incarna-
is suæ momento ad ignominiosam usque mor-
ı crucis. Eumdem dilectum tibi Filium, forma
vili coopertum, in spiritu humilitatis offerimus,
satisfactionem omnium delictorum nostrorum,
rum maxime quæ per superbiam aut inobe-
ntiam admisimus. Petimus insuper a te, bone
ne, necessarium gratiæ auxilium, ut secundum
tui exemplum semper faciamus sanctissimam
ntatem tuam.

Quo facilius autem obtineamus quæ petimus,
ı nobis omnibus animam unam, cor unum, cor
mile, cor contritum, quale nunquam despicis;
m cunctis superioribus seculis respexisti in
ationem humilium, et non sprevisti preces eorum.
ec superbi ab initio placuerunt tibi, sed humilium et
nsuetorum semper tibi placuit deprecatio. (Ju-
ith. IX.) Propterea largire nobis, amantissime
eus, spiritum veræ humilitatis et demissionis,
ı et preces et actiones nostræ semper tibi pla-
eant. Effice, quæsumus, ut tam in prosperis,
am in adversis nosmetipsos humiliemus, et
mnia de manu tua gratis animis suscipiamus.
ater æterne! qui superbis resistis, humilibus
utem das gratiam, da nobis per merita hujus
ictimæ paulo post offerendæ, ut Superioribus
ostris exhibeamus obedientiam, inferioribus et

æqualibus humilitatem, omnibus charitate servantiam. Suscipe hoc sacrificium in illorum Defunctorum qui, humilitatis vel tiæ legibus adversati, nunc luunt in po peccaverunt in vita. Memento NN.

PRECES POST MISSAM.

Magnus Dominus et laudabilis nimis corde peccatoris despicabilis nimis! – Universi hujus, in sinu vilissimæ crea Dei Filius, Dominus dominantium, in pec sui abjectissimi! — Quid hoc? nescio p ratione, quid dicam, aut quid cogitem. satis non erat amori tuo, benignissim jam semel *humiliatum*, servi formam vel potius formam vermis et non hom nunc denuo apud me infimum terræ ve divertere dignatus es? Quare pateris, o ut tam fætidus peccator Sanctum sanct cumferat in corde suo squalido? Sed n est patientia et humilitas tua, Domine! eo mirabilior, quo profundior et diutu ego pulvis et cinis, humiliter adoro te milem. Maximas simul, quas possum, gr tibi pro humillima tua obedientia, qua n Patri tuo, sed et mihi Sacerdoti tuo ind paruisti, dum mox ad voluntatem et voc ingens illud Transsubstantiationis mirac trabas, et absque mora te præsentem in bas. Grates tibi pro inscrutabili benefic qua teipsum mihi hodie rursus in cibum dedisti.

O Jesu humilis corde et obediens mortem crucis! doce me æternam ani salutem magis æstimare ac solicitius

Proximorum saluti solertius invigilare,
i te, qui vel ideo tam humilis et obediens
, ut salvares immortales animas nostras.
ɔnimvero tam multa fecisti, tam præclara
ım indigna tulisti, ut nihil in orbe terra-
ıs habere videaris, quam animas nostras.
ı hunc mundum, humillime Jesu! non ut
um secularem acciperes, non ut Imperii
ı obtiueres monarchiam, non ut omnium
m captares plausum atque favorem; sed
sti, ut perditum recuperares genus huma-
nstrueres nos verbo, informares exemplo,
ɜ lavacro, roborares auxilio, redimeres
patibulo, et pasceres sacro Corpore et
tuo. O charitas! — o miranda humilitas!
s mihi est, Domine! te opitulante, posthac
insistere vestigiis tuis, et sequi te Deum-
ı humilem et obedientem. Cum melior sit
ia quam victimæ, in omni timore et reve-
bjiciam me Superioribus meis, eorumque
ac consiliis humiliter parebo, fretus illo
e promisso : *Vir obediens loquetur victo-*
(Prov. xxi.) Te igitur obsecro, Domine
servilem accepisti formam, et humiliasti
um, factus obediens usque ad mortem :
, meosque omnes, quorum me cura fati-
e nos veram animorum demissionem, et
t Optimatibus nostris exacte semper obe-
ita ut totum peregrinationis nostræ curri-
hil aliud sit quam continuum obedientiæ
m ac juge voluntatis nostræ sacrificium.
n ex obedientia Carofactum! tolle a nobis
superbiam et ambitionem, ne animis un-
eramur, nec ulla in re gloriemur, præter-
te; ut neminem despiciamus, de nobis
ɜ sentiamus, et si quid boni habere videa-

mur, id non ex nobis ipsis, sed a te solo (bonorum omnium fonte) descendere agnoscentes, non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo demus gloriam et honorem. Amen.

FERIA IV.

Jesus, Deus fortis, venit confortare nos.

MEDITATIO.

Scriptum est in Isaia Propheta : Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. Fuit Joannes in deserto baptizans, et prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Et prædicabat dicens : *Venit Fortior me post me, cujus non sum dignus procumbens solvere corrigiam calceamentorum ejus.* (Marc. I. 1—8).

1. Christus est, de quo Joannes Baptista dixit: *Venit Fortior me post me.* Christus est, de quo Isaias (cap. IX) ait : *Filius datus est nobis; et vocabitur nomen ejus, Deus, Fortis.* Christus est, de quo Propheta Sophonias (cap. 3) prænuntiavit : *Dominus Deus tuus in medio tui Fortis; ipse salvabit.* Filius enim virtute, potentia, etc., per omnia coæqualis Patri. *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* In universo terrarum orbe nihil reperire est, nihil amplissimis cœlestium orbium cancellis circumscribitur, nulla res, nulla virtus in cœlo eminet, cujus Autorem et arbitrum Verbum Dei fortissimum fateri non debeamus. Jesus, *Deus, Fortis,* innumera per seipsum patravit miracula; dehinc per paucos illiteratos et pauperes *Apostolos* propagavit Evangelium in universo *mundo. Eversa* jacent idolorum templa, prostrata *tot impiæ* superstitionis simulacra, populosæ

abiles ad Christi legem conversos novi-
æc omnia per ipsum facta sunt, sine quo
est nihil.

minus JESUS, *Fortissimus Deus.* (Gen. XLVI)
nostras ut confortaret ad superanda quæ-
is peregrinationis incommoda vel obsta-
o inscrutabili sua in nos bonitate, seipsum
vivum nobis tribuit manducandum. Pro-
lias. (III. Reg. XIX) ab impia Jezabel ad
quæsitus, timuit, aufugit, et perrexit in
n. Cum viam unius diei jam confecisset,
labore fractus sedit subter juniperum, et
Deo ut per mortem ab his angustiis et
s liberaretur; projecitque se, et obdormi-
umbra juniperi. Et ecce Angelus Domini
um et dixit illi : *Surge, et comede.* Res-
t ecce ad caput suum subcinericius panis
aquæ : comedit ergo, et bibit, rursum
ivit. Reversusque est Angelus Domini se-
et tetigit eum, dixitque illi : *Surge, comede;*
enim tibi restat via. Qui cum surrexisset,
et bibit; et ambulavit in fortitudine cibi
uadraginta diebus et quadraginta nocti-
que ad montem Dei Horeb. — His omnibus
itur Panis cœlestis, Cibus eucharisticus,
leo datus, ut ærumnosi hujus exilii malis
nos roboraret, viresque ad pergendam sa-
am suppeditaret. Quo dignius quis sacro
ie vescitur, eo facilius inimicorum machi-
s declinabit, eo animosius semitam manda-
Dei perambulabit, eoque securius ac facilius
nationem hanc continuabit *in fortitudine*
us, usquedum ad supernam perveniat pa-

itholici omnes, maxime nos Sacerdotes,

indigemus ejusmodi cibo spirituali Potuq
simo in via nostræ peregrinationis, in ha
ficili ac lubrica, ubi periculis undique c
miseriis gravibus premimur, variis cala
et injuriis vexamur, tentationibus crebri
mur, multisque laboribus atque negoti
mur. Hæc omnia ut superemus fortiter, l
ter indigemus Epulo. « Cibo siquidem fo
qui manum miserunt ad fortia. Vivant
Ægypti, qui serviunt in operibus luti. No
fortior Cibus est necessarius, quoniam n
dis restat via, ut ambulemus in fortitu
illius. Ipse est Panis Angelorum, Panis
nis quotidianus. Hic est, de quo nobis p
est, quia centuplum accipiemus in h
Sicut enim mercenariis et cibus quotidi
in opere, et merces servatur in fine, si
vitam æternam in fine reddet, et interim
exhibet. » (S. Bernard.)

4. Omnino liberalis in nos est *Deus*
longe munificentior in nos Sacerdotes,
in Eliam. Beneficium huic Prophetæ
multo minus est ac posterius eo quod
statur a Domino. Elias semel tantum in
panem et aquam accepit ab Angelo : nc
in hac lacrymarum valle degentibus, ip
gelorum præbet Panem sanctum vitæ
Calicem salutis perpetuæ, nec semel
sed quotidie. Ne pro tali beneficio nos p
ingratos; oportet nos non quiescere v
mire sub umbra terrenarum vanitatum,
ter ambulare, non per viam latam et
quæ ducit ad perditionem, sed per viam
quæ ducit ad vitam. Id docet nos Eli
iteratam panis sumptionem, relicta jur

as difficiles ad montem Dei contendit. —
ulum viaticum, Sacerdotibus commune
anum, aliud non est quam verum Corpus
Sanguis Christi : nam ipsemet, utpote
tis, ac Creator omnipotens, simul ut a
verba Consecrationis pronuntiantur, in
in ictu oculi, mox transmutat panem et
sanctissimum Corpus et Sanguinem
hic quædam Patrum testimonia :

'HEODORET., *Commentar., in Psalm.* 35, ait :
ntur ab ubertate domus tuæ, et torrentibus
uæ potabis eos. Per hæc innuit non solum
inæ flumina, sed et mystici Cibi perceptionem.
vero horum Bonorum torrenti assimilavit;
idem, quoniam a principio hæc hominibus
t : deinde omnes homines adhortans, ut acce-
nt, quod non sit perenne flumen, sed torrens,
s fluens. »

IONAS, Ep. Aurelian., lib. II, *de institutione*
18, ait : « Sacrosanctum Corpus et Sangui-
I. C. quidam reverenter et salubriter, quidam
indigne percipiunt. Sunt etiam nonnulli qui
menti participatione, ob reatuum suorum
, Sacerdotis judicio, merito privantur. Sunt
ie, qui ab hoc sacramento, partim incuria,
lia, adeo se subtrahunt, ut vix in anno, nisi
ntum Festis præclaris, ex consuetudine po-
t devotione faciant; nescientes, aut scire no-
sicut corpus sine cibo et potu, ita et anima
Cibo moritur. »

DELMANN., *Ep. Brix., in epist. ad* Berengar.,
gnum est Creatori panem in Corpus suum

invisibiliter convertere, quem quotidie in corpus nostrum invisibiliter facit transire? Unde ossa et nervi, nisi ex cibis variis ?.... Unde vero sanguis, nisi ex his quæ potando haurimus? Quod cum nemo dubitet verum esse, nemo tamen, quomodo fiat, ullo sensu corporeo deprehendere valet. Ideo Apostolus, Justus, inquit, ex fide vivit. Et ipse Dominus ait : Beati, qui non viderunt et crediderunt. Si ergo beati qui credunt, miseri sine dubio qui non credunt. »

Sec. XII. Petrus, Ep. Carnot., *Tract. de disciplina claust.* c. 23, *de Communione Corp. et Sang. D*, ait : « Elias ad caput suum invenit panem subcinericium, et ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus. Et dubitas te in fortitudine Panis, qui de cœlo descendit, posse ambulare non usque ad montem Dei Horeb, sed usque ad montem, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. »

Sec. XIII. S. Thomas Aquin., in lib. *sentent.*, dist. VIII, quæst. 1, art. 3, q. 2, ait : « Videtur, quod ante adventum Christi debuerit institui *eucharistia ; nam* hoc sacramentum dicitur Viaticum, quia tendentes ad patriam in via confortat ; sed patres, qui erant ante adventum Christi, ad patriam tendebant, hospites et peregrinos se vocantes super terram, etc. : ergo ante adventum Christi debuit hoc sacramentum institui. Sed contra. Hoc sacramentum continet Verbum Incarnatum realiter ; ergo institui non potuit ante Incarnationem Verbi. Præterea, hoc sacramentum continet gratiæ plenitudinem, unde et eucharistia dicitur ; sed tempus plenitudinis incepit ab Incarnatione Christi. Ergo ante Incarnationem hoc sacramentum institui non potuit.... Quamvis antiqui patres in via essent tendentes ad patriam ; non tamen erant in statu perveniendi ante Christi Incarnationem ; et ideo non compete-

ıpore illo Viaticum esse, quo statim ad patriam
r. »

PRECES ANTE MISSAM.

r hujus Universi præpotens, rerum om-
.or Deus! cujus admirandæ Fortitudini
nino creatura resistere potest, tibi jam
ıfirmitatem meam substerno, supremam
estatem reverenter adoro, tuamque in
ineffabilem Potentiam submississime ve-
fero tibi hodie, Pater omnipotens, Uni-
tuum per omnia tibi coæqualem, qui
hunc mundum ut infirmos nos homines
et verbo, exemplo, auxilio et præcelso
bili sacramento. In gratiarum actionem
; omnibus aliis beneficiis tuis, immolabo
r altare tuum immaculatam Hostiam,
benigne respicias, et pro salute nostra
r acceptare digneris, omni qua possum
nissione peto. Multum quidem peccavi-
ıiquitatem fecimus. In misericordiis au-
plurimis non fecisti nos in consumptio-
ue dereliquisti nos : *Quoniam Deus mise-
:t clemens tu es. Nunc itaque, Deus noster,
rtis, et terribilis, custodiens pactum et mise-
ne avertas a facie tua omnem laborem, qui
:.* (II. Esd, IX, 31.)
mensa Unigeniti tui merita, oro te, Do-
cte, Pater omnipotens! conforta nos in
ıo, ut ab inimicorum nostrorum insidiis
immunes. Libera nos, Deus fortis, a
ıe operantium iniquitatem, nobisque tam
largire gratiam, ut in bonis propositis,
spirante concepimus, firmo semper in
pede incedamus. Et quia humana fragili

tas nostra sæpius a mandatis tuis aberrat, fortissimo brachio tuo clementer eripe nos ab hac miseria et animorum inconstantia. *Quæso, Domine Deus cœli, Fortis, magne atque terribilis, qui custodis pactum et misericordiam cum his qui te diligunt et custodiunt mandata tua, et ipsi servi tui, et populus tuus, quos redemisti in fortitudine tua magna; obsecro, Domine, sit auris tua attendens ad orationem servi tui et ad orationem servorum tuorum* (II. Esd. I.) Memento Fidelium NN.

AD CHRISTUM.

Domine Jesu! *Deus, Fortis!* omnipotens Verbum! *Splendor gloriæ, Figura substantiæ ejus, portansque omnia verbo virtutis tuæ!* (Hebr. I, 3), qui in sinu Mariæ Virginis inexplicabili modo incarnatus atque gestatus es: teipsum et ego, minister tuus indignissimus, gestabo hodie in manibus meis, gestabo in corde meo. Tremendum mysterium! — o terribilis hora! — imo felix, felicissima hora! — Ad te namque venio, te gestabo in sinu meo, bone Jesu! qui non solum *Deus* es *fortis*, sed etiam infinite misericors et liberalis in adorando altaris sacramento. Maxima proinde spe et fiducia, accedo ad te Jesum meum, miser ad Deum, infirmus ad Fortem, debilis ad Omnipotentem. Accedo securus ad mensam tuam, accepturus ibi nutrimentum animæ solidum, Cibum potumque fortem, quo alacrius posthac, *in fortitudine Cibi illius*, ambulare valeam usque ad montem Dei. Grandis enim mihi restat via, via molesta et difficilis, via dura et angusta. Jam itaque humiliter oro te, Domine! miserere debilitatis meæ, et largire mihi gratiam digne *manducandi* te Panem Angelorum, ut exinde *roboratus*, inoffenso pede ad supernam patriam *ambulare*, illucque pertingere possim, ubi munifi-

ı Majestatem tuam æternis laudibus prosequar. en.

PRECES POST MISSAM.

Venite, audite, et narrabo, omnes qui timetis Deum, ıta fecit animæ meæ : Dominus meus et Deus us, factus est mihi Cibus et Potus; Cibus suasimus, Potus saluberrimus, vere *Fortitudo mea, aus mea Dominus, et factus est mihi in salutem; Deus meus, omnipotens nomen ejus;* (Exod. xv.) ıedicite, omnia opera Domini, Domino. *Non est ctus, ut est Dominus, et non est Fortis, sicut Deus ter* (I. Reg. II.) In medio cordis mei *Fortissimus ıs Dominus* (Josue XXII.) — Supplex adoro te, mine Jesu! Deus de Deo! Omnipotens de Omniente! *Dextera tua, Domine, magnificata est in fordine; et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti adverios tuos. Quis similis tui in fortibus, Domine? Dux ıti in misericordia tua populo, quem redemisti; et tasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum m.* (Exod. xv.) Laus tibi, Domine Jesu! qui assiım servorum tuorum curam geris. Benedictio et s tibi, o *Deus Fortis!* qui necessitatibus nostris ɔortuno tempore subvenis. Dicat inimicus: Perıuar et comprehendam, secure pertransit Pous tuus. Moliatur Jezabel omnia quæ potest; ıas quantum vult admoveat, Elias, servus tuus, protegente ac corroborante non formidat. Quis ıuam in te speravit et confusus est?

ʒuocirca fiducialiter obsecro te, Deum non do Fortem sed etiam benignissimum, per quem *us fortium superatus est et infirmi accincti sunt ɔre* (I. Reg. II), conforta similiter animam meam ıis *infirmam, eamque* corrobora gratiæ tuæ *ilio. Miserere mei, Domine! quoniam infirmus sum, tversarii fortes quærunt* animam meam. Sed

tu longe Fortior illis, tu vere Deus *Fortis et in prœlio;* succurre mihi, servo tuo, qui foliis et arundine fragilior, crebros inter tentat impetus, huc illucque vacillat. Ne derelinqu Domine Deus, *Fortitudo mea, et Robur meum, fugium meum in die tribulationis.* (Jerem. XVI.) mihi, precor, adjutor fortis! in pugna spi quo facilius et vitiosam meam consuetudin ponam et hostium incursionibus resistam.

« Me jam pridem ex delictorum cœno em conantem, ipsa peccata, quæ adversum me luere, præpediunt. Quin etiam pestilenti humani generis hostis nunquam a mei op tione desistit, cum illi certum in animo suis me telis confossum sternere ac profliga Domine JESU, qui mortalium firmissimum e sidium, esto mihi turris fortitudinis a facie i Tuam opem imploro, in teterrimo hoc cer constitutus. (S. Ephræm.)

Eamdem victricem gratiam a te, Domine. menter efflagito pro omnibus Proximis meis sertim illis quorum de salute mihi cura e time nosti, *Deus fortis!* quot et quantis corr rum illecebris exposita sit tota nostra pereg in terris. Corrobora nos igitur adversus salutis nostræ. Auxiliare nobis, o Verbum potens! ut nec minis nec blanditiis hujus cedamus, neque prosperis seducamur, neq versitatibus opprimamur. Inimici visibiles æ invisibiles undique nos oppugnant, et in e nos secum ruinam pertrahere nituntur. *Co consurge, induere fortitudinem, Brachium I consurge, sicut in diebus antiquis.* (Isai. LI.) E *bis* JESUS, et salva nos, sicut jam innumer *vasti.* « Omnem tuam exerce fortitudinem *per multa* secula sanctos tuos de periculis

nos tua fortitudine protegas. » (S. Hieron.)
ine Deus! ecce tu fecisti cœlum et terram in line tua magna (Jerem. XXXII); adesto nobis
s tuis, neque patiaris tentari nos supra id
possumus. Indigemus adjutorio tuo in hoc
peregrinationis nostræ; grandis enim nobis
via ad patriam, via spinis et laqueis plena.
bone Deus et fortis, ut per omnes miserias
imitates, per omnes tentationes et persecu-
, per omnes labores atque fortunæ vicissitu-
illæsi ac fortes in fide transeamus, tandem-
curi perveniamus ad patriam cœlestem, ubi
mercenariis tuis, non modo centuplum,
in hac vita, sed mercedem dabis magnam
cujus nobis certissimum pignus in altaris
nento reliquisti. Qui vivis, etc.

FERIA V.

JESUS venit salvare quod perierat.

MEDITATIO.

mmensa plane et incomprehensibilis est Dei
as in homines peccatores, quorum primus,
transgressione mandati, universos secum
ros in extremam præcipitavit miseriam et
ionem. Noluit Deus totum genus humanum
; dum vero condignam divinæ justitiæ satis-
nem præstare creatura non poterat, misit
Filium suum in terras, ut humanam assu-
naturam, plurimas susciperet laborum mo-
s, et mortem denique subiret turpissimam
ominibus turpissimis. Sic Deus dilexit Mun-
ut Filium suum unigenitum daret : sic Uni-
dilexit nos homines, ut propter nos Homo
Quid amor non potest in ipsum Deum! —

At quibus nostris meritis? Nullis; sed cum peccatores essemus, Filius dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis, ut a perpetuo nos vindicaret interitu. Eo fine in hunc mundum venit, prout ipse semel atque iterum testatus est. Postquam docuisset quam sit a pusillorum scandalo cavendum (Matth. XVIII), subjunxit : *Venit enim Filius hominis salvare quod perierat*. Ad Zachæum divertens, quibusdam murmurantibus (Luc. XIX) idipsum affirmavit, dicens : *Venit enim Filius hominis quærere et salvum facere quod perierat*. Perierat genus humanum : ut recuperatum salvaretur, misit Pater dilectum Filium suum ad paupertatem, ad labores, ad opprobria, ad cruciatus, ad mortem. — O vere miranda charitas! —

2. « Num pro minimo habet Deus hominem, propter quem mori voluit Unigenitum suum? Attendamus ad indicium dilectionis. Promissionis Dei tales arrhas accepimus; tenemus mortem Christi; tenemus sanguinem Christi. *Christus* (ait Apostolus ad Rom. V) *pro impiis mortuus est*. Qui donavit impiis mortem suam, quid servat justis, nisi vitam suam? Erigat ergo se humana fragilitas, nec desperet. Qui promisit, Deus est; et venit, ut promitteret. Apparuit hominibus; venit suscipere mortem nostram et promittere vitam suam. Venit ad regionem peregrinationis nostræ, accipere hic, quod hic abundat, scilicet opprobria, flagella, colaphos, sputa in faciem, contumelias, spineam coronam, suspensionem in ligno, crucem, mortem. Hæc abundant in regione nostra, et ad talia venit Christus. Promisit nobis quod ibi futuri simus unde ipse venit. Ubi nos eramus, fuit nobiscum; ideo, ubi ipse nunc est, erimus cum illo. » (S. Aug.)

3. « *Filius* Dei propter homines factus est Homo

ɔilis, passibilis, mortalis ; non amittens quod
, factus est quod non erat, ut, quod perierat,
niret ; ut sanaret semimortuos, illuminaret
os, discordesque Conditoris sui revocaret ad
em. In signum ergo fœderis sempiterni Huma-
ı assumpsit naturam, per quam universæ morta-
ıis aboleret culpam. Sic quippe dilexit nos, ut
ılienis amicos, de extraneis nos faceret filios,
que Corpore pasceret, ac proprio Cruore pota-
Quod suscepit propter nos, hoc in peregrina-
ıis nostræ solatium, in dilectionis signum, in
ımonium miserationis, et in pretium redemp-
ıis nostræ exhibuit, seipsum namque visibilem,
psum in altaris mensa manducabilem fecit. »
Laur. Just.) — Si hac super re plura Patrum
limonia e remotissimis temporibus requiras,
erdos ! ecce habes hic præ manibus :

ec. *IV*. Eusebius Emissen. vel Gallican., *Homil. in*
. II *post Pasch*, ait : « Sumat unusquisque agnum ;
autem agnus absque macula. Christus agnus est ; de
enim dicitur : Ecce agnus, qui tollit peccata mundi.
autem Agnus iste absque macula ; quoniam (sicut
ptum est. *I. Pet.* II.) peccatum non fecit, nec dolus
ıntus est in ore ejus.... Et agnus quidem per domos
editur ; per quod apertissime designatur Sacrificium,
d modo in ecclesia sumitur. »

ec. *V*. S. Chysost. *Homil.* XXV *in Matth.*, ait : « Paulus
pistolis suis ubique pro orbis totius bonis gratias agit.
itaque pro nostris, pro alienis, peo parvis, pro magnis
due gratias agamus.... Ut autem alia omnia mittam,
arenam numero vincunt, quid par est pro nobis factæ
ırnationi ? Quod enim Deo pretiosissimum omnium
, unigenitum Filium pro nobis inimicis dedit ; nec

dedit modo nobis, sed et illum in Mensam nobi suit. »

Sec. VI. S. Cæsarius, Ep. Arelat. *Homil.* vii. d ait : « Magnitudo cœlestium beneficiorum, angus manæ mentis excedit. Et propterea ita ordinavi Providentia, ut, quod capere in nobis ratio, reru victa, non poterat ; fides devota conciperet, et intu credulitas robusta nutriret.... Quia nec nos hab unde viveremus ; nec ille, unde moreretur ; mate nostra mortalitate suscepit, ut mori posset Vita p tuis. Et quia Corpus assumptum ablaturus erat nostris et sideribus illaturus, necessarium erat sacramentum Corporis et Sanguinis consecraret, retur jugiter per mysterium, quod semel offerel pretium ; ut, quia quotidiana currebat pro h salute redemptio, perpetua etiam esset redemptior tio.... Unica et perfecta Hostia est, fide æstiman specie ; nec exteriori censenda visu, sed interiori Unde merito cœlestis confirmat autoritas : Quia C vere est cibus, etc. » (Joan. vi.)

Sec. XI. S. Bruno, Ord. Carthus. Institut. *Ex Psalm.* 21, ait : « Ei, qui Carnem in utero Virg sumptam Verbo suo personaliter et ineffabilite potuit... panis et vini materiam in sui Corporis guinis naturam transferre possibile est. »

Eodem sec. XI. Guitmund. Aversan. Ep. l. iii. *tate Eucharistiæ,* ait : « Attende jam quid B. Am dicat : Incarnationis exemplo astruamus mysterii tem : liquet, quod præter naturæ ordinem Virgo vit ; et hoc, quod conficimus, Corpus ex Virgine e quæris naturæ ordinem in Christi Corpore, cum naturam sit ipse Christus partus ex Virgine ? Quid

æso, quid apertius dictum quæris? Si enim sacramenta aris umbra tantum et figura Dominici Corporis essent, id hic præter naturam fieret, cum agnus non præter turam, sed per suam naturam, id est, per innocentiam, similiter cetera Christum figurent?

Sec. XII. Anonymus (Bibl. PP. T. XXV. p. 313.) *Epist. ad Folmarum*, perverse de eucharistia sentientem, ait: Manducat Ecclesia totam et integram Carnem Christi, ne diminutione, sine divisione, ineffabili et incogitabili modo,... dicente Augustino : Corpus illud dico offerri in tari, quod natum est de Virgine, quod pependit in uce, etc. Corpusne illud, quæso, sine ossibus et nervis perit Virgo? sine ossibus et nervis pependit in cruce?

Sec. XIII. Urbanus IV., Pap. (Labb. t. XI. p. 818), *Epist. ad omnes Prælatos*, de altaris sacramento, ait : Hoc est memoriale dulcissimum, memoriale salvificum, a quo gratam redemptionis nostræ recensemus memoriam; in quo a malo retrahimur, et in bono confortamur, et ad virtutum et gratiarum proficimus incrementa : in uo profecto proficimus ipsius corporali præsentia Salvatoris. »

PRECES ANTE MISSAM.

Nisi tua me animaret immensa benignitas, o ater Optime Maxime! esset profecto cur tuum gredi Sanctuarium timerem, pedemque tremeindus retraherem; ego enim non solum homo iser ac miserabilis, sed et homo peccator sum, lignus proinde, qui in templo sancto tuo Sacrium longe augustissimum offeram. Verumtamen, e doctus, Filium tuum unigenitum ideo a te sse missum in terras, ut carne nostra mortali opertus *salvum faceret quod perierat* : singulari

nunc confidentia templi tui limina tango, intrepido sacri tui altaris gradus conscend

« Domine Deus, qui visitasti nos in mi die et commiseratione, et nobis abjectis ribus ac indignis servis tuis consessisti denter accederemus ad Sanctum altare t offerremus tibi venerandum et incruentu ficium pro nostris peccatis et ignorantiis respice in me servum tuum inutilem, et viscera misericordiæ tuæ delicta mea, redde labia mea et cor meum, et idon fac virtute Spiritus tui sanctissimi ad hoc ministerium. Respice me tua bonitate acc ad sanctum altare tuum. Et placeat tibi, quæ offerimus Dona manibus nostris, acc sint; meisque infirmitatibus condones, et jicias me a facie tua, neque indignitaten averseris, sed miserere mei secundum misericordiam tuam, et secundum multi miserationum tuarum dele iniquitates mea qui propter magnum atque ineffabilem erg nes amorem, misisti Filium tuum unigen mundum, ut ovem errantem reduceret, seris nos peccatores, tremendum hoc et i tum Sacrificium attrectantes; non enim de justitia confidimus, sed de benigna mise tua, qua genus nostrum redimis. Suppl et imploramus Bonitatem tuam, ne mysteri quod ad salutem nobis dispensatum est, demnationem populo sit, sed in abolition catorum. » (Liturg. S. Jacobi Ap.)

Sanctissime Pater! nostram hanc obl tibi acceptam faciat ipse Filius tuus Jesu stus, qui operatus est salutem in medio ter de cœlo descendens, in hunc mundum v genus humanum salvum faceret, quod p

lam namque humanæ prævaricationis pri-
universalem ruinam, nemo dominationem
nemo vincula diræ captivitatis evaderet;
uam aut reconciliatio ad veniam, aut redi-
et ad vitam, nisi coæternus et coæqualis
s tuus, etiam hominis Filius fieri dignatus
miens quærere et salvare quod perierat. »
ap.)
rtutem et efficaciam incruenti hujus sacri-
pitiare tam hæreticis quam ceteris omni-
rodoxis, eisque Fidei donum ac conver-
ratiam misericorditer largire, ne pereant
æ ad imaginem tuam creatæ. Miserere,
ssime Pater! miserere tot ethnicorum,
n, Judæorum, hæreticorum, atheorum, ac
m infidelium, qui omnes in præsentissimo
damnationis periculo versantur. Efficaci
a præveni hos miseros, fidei radiis col-
more salutari confige, et amica quadam
trahe illos ad te, ne tot immortales animæ
uum separentur a te. Memento Fidel. NN.

PRECES POST MISSAM.

atem tuam gratuitam, Domine Jesu, qua in-
miserosque nos homines amplexaris, satis
nequeo. A via veritatis et justitiæ aberra-
ius humanum : et ultro venisti in hunc
, *quærere et salvum facere, quod perierat.*
otidie culpas ac negligentias admittit pec-
ima mea : nihilominus ei denuo tribuisti
ctum Corpus et Sanguinem tuum in cibum
n. Quid jam cogitem aut dicam, nescio.
more quid tibi tribuam, Domine, penitus

imas interim tibi gratias habeo, Fili Dei!

qui propter nimiam charitatem tuam, qua nos, ad filios hominum delapsus es, e demptionem magnificentissime operatur quoque tuam, Domine, imploro clementian peccatori propitius sis. Largire mihi, Dom ob sacrosanctum Corpus et Sanguinem tu ego indignus suscepi, ut indulgentiam c optatissimam. » (S. Ephræm.)

« In unione doloris tui, quo causam do assumpsisti, et animadversionem pro pecc suscepisti, Domine Jesu Christe ! una cum tate dolentium et vere pœnitentium, con peccata mea, mala commissa, et bona on non pure aut negligenter facta, sicut tu e numero, pondere, et mensura ; et dies vitæ meæ, in quibus te offendi, et Proxim in casum traxi. Suscipe, Domine, de n vita mea residuum annorum meorum. Pro annis quos vivendo perdidi, quia perdite contritum et humiliatum Deus non despic mei sicut umbra declinaverunt et perie fructu ; impossibile est enim ut revocem placeat tibi ut recogitem eos in amaritudi meæ. Domine ! profundissimæ miseriæ m sus abyssum invocat altissimæ Misericor ne contineas in ira miserationes tuas, e inexhaustæ Bonitatis tuæ circa me exci permittas propter peccata mea, qui mise nium, dissimulans peccata hominum pro nitentiam. Miserere mei, Domine ! quia te gratiæ et miserationis. Et dum tempus e dationis, da mereri gratiam benediction die consummationis me feriat verbum m *nis. Fac me* assueta mala relinquere, et ti *opera peragere*, ut, ubi abundavit deli *gratia reabundet*. Rogo te per temetips

iissimæ Matris tuæ Mariæ Virginis, et per
onem omnium Sanctorum tuorum, ut
nihi omnia peccata mea, neque in finem
nala mea. Recordare, Domine Jesu! quia
est perdere quidquam ex eo, quod Pater
, tibi. Tuum est proprium misereri sem-
cere, neminem perdere, sed quærere et
acere quod perierat; quia Pater tuus
n mundum, non ut judices mundum, sed
iabeamus per te; ut sis pro nobis, non
s. Quod enim debuimns, tu solvisti; quod
is, tu luisti: quod negleximus, tu sup-
roficiat ergo, Domine, nunc et in extre-
plenaria imo et superflua satisfactio tua,
isi sanguinis tui, et renovatio satisfactio-
enerabile mysterium Corporis et Sangui-
ad promerendam in præsenti gratiam,
i mereor, et ad obtinendam in futuro
et gloriam, quam tua nobis amarissima
etravit. Imperfectum meum viderunt oculi
.u, Jesu misericors, ne permittas me de-
bro vitæ. Inclinet te ad misericordiam
tio fragilitatis humanæ, quia nosti quæ
s substantia. Conserva me Opus Bonitatis
icassum circa me laboraveris, et ne in-
sit in me Sanguinis tui effusio atque
atio. Præsta, Domine Jesu! ut emunda-
ccatorum sordibus, et illiminatus acie
ognoscam te, atque agnoscens in direc-
lis mei, jugiter ad te tendam et adspi-
lici tandem exitu ad te merear pervenire,
riste! qui cum Deo Patre, in unitate Spi-
ti, vivis et regnas in secula seculorum.
S. Bernard.)

FERIA VI.

Jesus, eximium patientiæ specimen.

MEDITATIO.

1. Intentiori mentis oculo considera nunc, Sacerdos, quot ærumnas et miserias, quant incommoditates atque molestias, incarnatus I Filius pertulerit, a primo Conceptionis suæ n mento, usque ad mortem crucis. Innumeras plu gravissimasque hujus vitæ calamitates et æru nas subiit Verbum Caro factum, et quidem mera merissima in nos charitate ac benevolent Nam hoc fine Christus tot incommodis et di cultatibus premi voluit, ut nos Patri suo rec ciliaret, nobisque præclara patientiæ exem præberet.

2. Hæc quidem Jesus pro nobis. Quid aut nobis agendum? quid aliud facere possum quam Redemptorem nostrum, *eximium hoc patien Specimen*, sedulo imitari, eumque reciproca co plecti charitate? — Diligendus est equidem Cl stus Dominus noster, eoquod in seipso sum bonus et amabilissimus est; nam (ut S. Augu nus ait), Qui pulchra fecit, pulchrior est omnib qui fortia fecit, fortior est omnibus; qui ma fecit, major est omnibus; qui amabilia fecit, a bilior est omnibus, et qui cuncta quæ bona s fecit, melior est omnibus. Attamen ideo ma diligi a nobis meretur Jesus, quia et ipse dil nos, et ita dilexit, ut propter nos Incarnat innumera humanæ mortalitatis incommoda pati tissime sustinuerit, quin immo seipsum totum no donaverit in adorando eucharistiæ mysterio. Lapidei proinde sunt, et plus quam lapidei,

·bi Incarnati dilectionem intuentes, ex-
emolliuntur. — Ipso frigore frigidiores
d tale charitatis divinæ incendium non
neo in amorem reciprocum exardescunt.

em videmus hominem nobis communi-
rsa bona sua, gravissimasque pro nobis
libenter subire, hunc absque dubio in-
r amicos numeramus, eique vicissim
tra animo lubenti ac utraque manu tra-
ratissimi pro ejus amore dira quævis
icommoda , neque sic existimamus di-
ios rependere vices. — Quid jam nos
s, quid nos Sacerdotes oportet agere
o unigenito Dei Filio, qui propter nos
is, tali nos etiamnum amplectitur amo-
, ut totum se quotidie nobis tradat in
o altaris sacramento? Panis vivus, qui
escendit, quotidie nos reficit, quo faci-
præsentis incommoda perferre ac cum
ous quotidianis conflictari valeamus. Pa-
orum fit cibus viatorum. Quam inæsti-
neficium! Panem Angelorum manducat
dignus comedere panem terrenum, ves-
cœlesti de mensa Divina.

stus in hoc amoris sui mysterio gra-
sæpius injurias accipit, tum ab infideli-
a Christianis indigne communicantibus.
men interim relinquit has injurias,
d se nihil eæ pertinerent. Quam negli-
m in hoc sacramento tractatur a quibus-
dotibus? Impuris Ministrorum suorum
fferri se ac contingi permittit purissimus
·bum Caro factum. O *eximium patientiæ*
— Num forsan dubitas de reali ac sub-
hristi præsentia in eucharistia? Recole

paululum quid de hoc sacramento sens primorum Ecclesiæ seculorum.

Sec. III. Tertullian., Presb. Carthag., c. 14, ait : « Stationum diebus non putant p ficiorum orationibus interveniendum, quo venda sit accepto Corpore Domini. Ergo obsequium eucharistia resolvit? an magis De — En igitur acceptum Corpus Domini, er Missæ sacrificium, quod non paucis absolve nibus. »

Sec. IV. Cæsarius, frater Gregorii Nazia 3, ait : « Ipse sanctus Sermo nostri similis viam inter nos agens, inquit ad sacrum cœtum, panem distribuens : Accipite, com omnes, Hoc est Corpus meum : et, Accipit est Sanguis meus, etc. Et videmus sanctum hodie in ara incruenta, tempore divini et my sacra propositum mensa.

Sec. V. S. Cyrill., Ep. Alexand. l. xi, c *Joan.* xvii, ait : « Servator ipse, cum ad Judæ faceret, ac multa de sua Carne diceret, ca vivificum et verum vocaret, Panis enim, inq dabo vobis, Caro mea est, quam ego dabo pr illis vehementer attonitis, et quomodo te natura æternam vitam conciliare posset, respondens ajebat : Caro non prodest quidq est, qui vivificat. Hic rursus nihil juvare po ait, ad sanctificationem eorum qui suscipiun tum ad Carnis Humanæ spectat naturam ; se ligatur et credatur Verbi templum omnino sa et vitæ reconciliatrix erit, quanquam non ut se, sed propter unitum Deum. »

S. FULGENTIUS, Ep. Ruspens., Serm. I, *de*
, ait : « Ut Panem Angelorum manducaret
tor Angelorum factus est Homo, utrosque pas-
eger permanens.... Ut suam charitatem Deus
et in nobis, Filius ejus naturam nostram sus-
ıis, et Deus unigenitus, qui Panis est Angelo-
m hominum se faceret Panem, simul hominis
scepit et Carnem. »

)URAND., Abb. Troarnens, l. *de Corp. et Sang.*
v, in fine, ait : « Quemadmodum credimus
carnatum et indubitanter tenemus; sed qua-
arnatum, nulla ratione novimus : ita et in
acramento panem, qui cernitur, nihil aliud
sti Carnem, quæ percipitur, intelligimus,
capere vel disserere nequeamus. Hoc autem
uoniam ipsa eadem Divinæ virtutis efficacia,
cæ Incarnationis extitit creatrix, hujus quoque
ramenti semper est efficax potensque opera-

STEPHANUS, Ep. Eduens., *Tract. de sacramento*
. 16, ait : « Apparet sensibus, quod non est;
st. Sensus, quod vident, judicant inanimatum,
viventium sensibus videtur corporale alimen-
Panis vivus, qui de cœlo descendit. Fides
iligit ipsum. »

. BERNARD., Anonymus (Inter opera S. Bern.,
7), serm. *de dignitate Sacerdot.*, ait : « David,
m eximius,... cœlestis consilii sanctus inter-
anter concinit : *Panem Angelorum manduca-*
nde ad exprimendam rei tam fructuosæ certi-
ucide signavit præteritum pro futuro : *Panem*
ngelorum manducavit homo. O stupenda Dei
Verbum carnem, Deus cinerem, Figulus

lutum, Vita morticinium induit, ut jumenta man
Panem Angelorum. Homines jumenta erant: *Ho*
cum in honore esset, non intellexit; comparatu
mentis insipientibus, etc. Non est indignum, ipso f
recolere in quanta sublimitate homo conditus fu
operæ pretium est consequenter attendere quam
corruit. »

PRECES ANTE MISSAM.

Accedo nunc iterum ad mensam tuam d
Domine Jesu Christe! Deus magne et admi
Deus Sancte in omnibus operibus tuis.
timens ac tremens ad terrificum illud alta
sterium, quod nec Cherubim nec Seraph
ullæ cœlorum Virtutes plene valent com
dere. Tibi soli, Domine Jesu, qui hoc sac
tum instituisti, libi soli notum atque perspec
quanto amoris excessu nos dilexeris ab
quanta caritate te jam in utero Virginis ad
ma quæque propter nos peccatores obtul
etiamnum quotidie pro Fidelium salute P
super aram in hostiam laudis et placationis
Universi Angelorum ordines, omnes Sa
justi, investigabilem hanc dilectionis tuæ
ditatem, et *Patientiæ* tuæ magnitudinem ob
cunt, atque sanctissimum altaris sacran
(ineffabile hoc fidei mysterium) summa ani
demissione venerantur; eoquod teipsum
terræque Dominum, qui redempturus homi
tormenta et opprobia in terram descendis
denuo videant pro salute homimum, mod
mirabili per manus Sacerdotum immolari,
libus manducari, et innumeris impiorum
exponi. O mi Jesu! tam altum est atque ex
Opud istud, quod operaris in altari, ut

sine timore illuc suspicere audeat. Quo-
te, patientissime Jesu! largire mihi ve-
ilitatem ac reverentiam, ut tremendum
ificium decenter peragam. Amabilissime
qui propter immensam charitatem tuam
gelorum et Cibus noster esse voluisti, da
tiam tuam, ut Panem hunc Angelorum
esuriam, et digne comedam. Amen.

AD PATREM.

sancte, Pater omnipotens, æterne Deus!
mus hodie augustissimum altaris sacrifi-
em intentione qua ipse Unigenitus tuus,
tatim Incarnationis suæ momento, semet
it ad omnia dura et aspera pro nobis
. Offerimus tibi, Pater, omnes illas angus-
mnas et molestias, quas Verbum tuum
um in utero Matris suæ per novem men-
avit amore nostrî. Recordare, benignis-
r, illius singularis Patientiæ, qua dilectus
us, Salvator noster, in utero Virginis
obtulit caput suum spinis, oculos lacry-
as colaphis, aures blasphemiis, faciem
inguam aceto, manus pedesque clavis,
nceæ, totum corpus plagis ac cruciatibus
s. Offerimus tibi sacrificium istud in gra-
tionem pro bonitate tua, qua nobis *tam*
m patientiæ Specimen in ipso Filio tuo
i, nec non in plenam expiationem impa-
ostræ, et in satisfactionem pro injustis
iis atque lamentis, quibus et aures alio-
l ipsum quandoque cœlum complevimus.
Deus, huic nostræ sensualitati, tuamque
tiam concede, ut *per patientiam curramus*
ilum nobis certamen (Hebr. XII), aspicientes
patientiæ Specimen Jesum. Fac, amantis-

time Pater! ut in omni eventu adoremus Pro
tiam tuam, et de manu tua paterna qu
afflictiones libenter accipiamus. Per hujus
ficii efficaciam, esto propitius tot Christia
patientibus et delicatis, qui præsentis vita
stias aut horrent, aut intoleranter ac ægr
nent. Miserere Fidelium illorum Defunctor
in vita sua panem tribulationis rigabant la
et potum amaritudinis cum fletu misceba
admissos autem impatientiæ motus adhuc
purgante retinentur. Memento NN.

PRECES POST MISSAM.

Usquequo patientiam tuam producis, bon
Ergone amori tuo satis non erat tantas oli
talitatis molestias propter me subiisse, qui
denuo Majestatem tuam adorandam inclin
angustias cordis mei? O charitas admiral
bonitas ineffabilis! Non est similis tui, Dom
non est secundum opera tua. — Tui sunt
tua est terra : nulla re indiges, in teipso
felicissimus. Quid igitur est causæ quod
humiliaveris, et intra Virginalis claustri an
incluseris te, magne Deus, cujus immensæ
tati vel ipsa hujus Universi latitudo nimis
est? Cur e Virgine pauperrima, ex una mo
Adami filiarum, mortalem assumpsisti C
Eccur eandem Carnem tuam mihi servorum
minimo dedisti manducandam? — Quia vi
charitate perpetua dilexisti me: ideo non h
Virginis uterum; ideo tam patienter in
tulisti incommoda; ideo teipsum mihi pe
jam multoties dedisti manducandum. *O e*
patientiæ Specimen!

Domine Jesu! quis hominum tuis insis

bis renuat? quis tuam imitari patientiam recu-
ti? Fallitur, quisquis in servitio tuo sperat vel
ist vivere vitam ab omni molestia remotam. In
undum venisti, Domine! non ut temporaneam
bis afferres jucunditatem, sed felicitatem perpe-
tem. Non venisti, nobis comparare transitoria
culi gaudia, sed æterna cœli bona; neque venisti
mdicare regnum Mundi, sed regnum Dei. Non
nisti adimere nobis hujus peregrinationis mise-
ia, sed perducere nos ad cœlestis patriæ deli-
as. Ad has ut tendamus ardentius, variis nos
lamitatibus exagitas; et ne deficiamus in via, tu
mis Angelorum factus es cibus viatorum. Non ad
o venisti, o Jesu patientissime, ut mundanam
bis ac perituram acquireres beatitudinem; sed
l hoc venisti, ut hominum mores informares,
rores dedoceres, vitia resecares, virtutes im-
itares, viamque veritatis et vitæ monstrares.
l hoc venisti, o Verbum incarnatum! ut admira-
li tua humilitate dissolveres opera diaboli, et
tientiæ nobis exempla præberes.

O suavissime Jesu! utinam semper ante oculos
bis constituamus te, qui gravissimas olim mo-
stias invicta pertulisti constantia. Utinam sæpius
spiciamus tanquam in speculum, in præclarum
militatis et patientiæ tuæ exemplum. « Cum tu
se, Domine Deus omnipotens, causam nostram
mis malam, humilitate ac patientia tua bonam
ceris, factus obediens Patri usque ad mortem;
mantum nos humiles, quantum oportet esse pa-
ntes, qui si quid laboris aut doloris accipi-
us, nunquam nisi nostro merito sustinemus? »
. Leo Pap.)

Tuis itaque vestigiis inhærebo, Domine! et
quidem dederis gratiam) alacriter imitabor in-
dibilem patientiam tuam, eamque, quoad po-

tero, adumbrare conabor. Quascunque mihi p
inflixeris, prompto gratoque animo de man
paterna acceptabo. Et quia fortasse tunc, i
tribulationis certamine constitutus, propter
tudinem dolorum meorum, te (ut par est) la
non potero, jam nunc te laudo, tibique g
ago. Quandoquidem tam gravia te pro me t
incommoda scio, teque Panem Angelorum in
tua quotidie comedo; paratus, paratissimu
amore tui quævis adversa patienter suffer
unum a te rogo, Domine! ut mihi const
rerum humanarum tolerantiam, delictorum
niam, charitatis augmentum, tuamque divina
tiam et Benedictionem impertire digneris
vivis, etc.

DIE XXIV DECEMB.

VIGILIA NATALIS DOMINI.

JESUS, Propitiatio pro peccatis nostri.

MEDITATIO.

Liber generationis Jesu Christi, Filii David, filii Ab
Abraham genuit Isaac, etc. Christi autem gener
erat: Cum esset desponsata mater ejus Maria J
antequam convenirent, inventa est in utero hab
Spiritu Sancto. Joseph autem vir ejus, cum esset,
et nollet eam traducere, voluit occulte dimittere
Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini a
in somnis ei, dicens: « Joseph, fili David, noli tim
« cipere Mariam conjugem tuam: quod enim in
« tum est, de Spiritu Sancto est. Pariet autem
« et vocabis nomen ejus Jesum; ipse enim salv
« ciet populum suum a peccatis eorum. » (Matth.
21. 24—25.)

1. DEI Filius, Verbum Patris, Homo fact
participando carni et sanguini, *ut per n*

ret eum qui habebat mortis imperium, id est, m, et liberaret eos qui timore mortis per totam bnoxii erant servituti. Unde debuit per omnia is similari, ut repropitiaret delicta populi (Heb.) Veteris Testamenti hostiæ non poterant n Numen, hominum peccatis offensum, per- placare. *Nunquid placari potest Dominus in s arietum, aut in multis millibus hircorum pin* (Mich. VI, 7)? Etiamsi omnes omnium mor- vitæ sacrificarentur, neutiquam tamen pos- ivinæ justitiæ vel pro una tantum culpa nam præstare satisfactionem. Christus unus potuit cumulate et abundanter satisfacere o omnibus hominum delictis, et salvum fa- opulum suum a peccatis eorum.

hoc apparuit charitas Dei in nobis (I. Joan. IV), *n Filium suum unigenitum misit Deus in mun- t vivamus per eum. In hoc est charitas : non nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior nos, et misit Filium suum Propitiationem pro nostris.* — Quis peccator desperet ? Propter eras quas hactenus admisimus culpas ac entias, nec spem abjiciamus nec animum, m fiducia confugiamus ad Salvatorem nos- ESUM. *Ipse est Propitiatio pro peccatis nostris* II, 2), *non pro nostris autem tantum, sed etiam tis mundi.* — Angelus dixit ad Joseph : *Pa- tem Filium.* « Non dixit : pariet tibi, sed in- e ac indeterminate illud posuit, ut ostende- od Christum paritura sit universo terrarum (S. Chrysost.) — *Vocabis nomen ejus Jesum.* s Hebræo sermone Salvator dicitur. Etymolo- rgo nominis significat dicens : *Ipse salvum opulum suum a peccatis eorum* » (S. Hier.)

ere beatus populus, cujus JESUS Dominus

Deus ejus, quia ipse salvum facit populum suum a peccatis eorum. Vereor autem, ne multi se profiteantur esse de populo ejus, quos tamen ipse non habet pro populo suo. Vereor, ne plerisque, qui quasi in populo ejus religiosiores esse videntur, ipse aliquando dicat : *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.* Vis scire an pertineas ad populum ejus, vel potius vis esse de populo ejus? Fac quæ dicit Jesus; et computabit te in populo suo. Fac, quæ jubet in Evangelio Dominus Jesus; et eris de beato populo ejus, quem elegit in hereditatem sibi. » (S. Bern.)

4. Contemplare, Sacerdos! et admirare Patris æterni benignitatem, qui coæternum ac coæqualem sibi Filium in terras misit, ut Homo fieret mortalis, et per sacrificium vitæ suæ in crucis ligno positæ, Justitiam divinam nobis peccatoribus redderet placabilem. — Cruentum illud sacrificium incruento jam modo quotidie renovatur in Ecclesia. Quotidie in altaribus nostris offertur eadem Hostia sancta, idem Jesus Christus, qui est *Propitiatio pro peccatis nostris,* qui venit salvum facere populum suum a peccatis eorum. Ipse est Panis vivus, qui de cœlo descendit, qui nutrit animas nostras in vitam æternam. O felix Ecclesia, quæ talem ac tantum meruit habere Salvatorem, talem ac tantum comedere Cibum! — Porro in sacra eucharistia realiter adesse Verbum incarnatum, patet ex vetustissimis hisce documentis :

Sec. III. Origenes, homil. xiii, *in Levitic.*, n. 3, ait : « Erunt panes in commemorationem appositi, etc. Si referantur hæc ad Mysterii magnitudinem, invenies Commemorationem istam habere ingentis Repropitiationis effectum. Si redeas ad illum Panem qui de cœlo descendit

lat huic mundo vitam, illum Panem propositionis, m proposuit Deus Propitiationem per fidem in sanne ejus, et si respicias ad illam Commemorationem, qua dicit Dominus, *Hoc facite in meam commemoranem*, invenies, quod ista est Commemoratio sola quæ ipitium facit hominibus Deum. Si ergo intentius Ecclestica Mysteria recorderis, in his quæ Lex scribit, futuveritatis invenies imaginem præformatam. Sed de his n est plura disserere, quod recordatione sola intelligi ficit. »

Sec. IV. S. Gregor. Nyssen. Ep. *in orat. catech.*, 37, ait : « Dei verbo sanctificatum panem in Dei Verbi rpus credo transmutari.... Panis, sicut dicit Apostolus, nctificatur per Verbum Dei et orationem : non quidem nod per manducationem in Verbi Corpus migret, sed nod statim per verbum in Corpus Verbi transmutetur, icut dictum est a Verbo : Hoc est Corpus meum. »

Sec. V. S. Augustin. Serm. I, *de tempore*, ait : « Apropinquante jam sacratissima solemnitate, qua Salvator oster inter homines nasci misericorditer voluit, fratres karissimi ! attentius considerate, qualiter oporteat nos in iventu tantæ Potentiæ præparari, ut Regem et Dominum ostrum læti atque gaudentes, cum gloria et laudibus ıereamur suscipere. Et ideo rogo et moneo, ut, quantum ossumus, cum Dei adjutorio laboremus, ut in illo die ım sincera et pura conscientia, et mundo corde et casto rpore, ad altare Domini possimus accedere, et Corpus Sanguinem ejus non ad judicium, sed ad remedium iimæ nostræ mereamur accipere. »

Sec. circ. VI. In Sacramentario Leon. (Murator., *de liturg.*, t. I, p. 198), hæc *Præfatio* habetur : Vere dinum, etc. « Quis enim aut possit aut audeat a tua laude ssare, perpendens mirandæ dispositionis effectus, quod

de substantiæ genere peccatricis immaculata. E
retur, cujus pro ejusdem naturæ reatu possis
placari? » — Habes hic *Hostiam*, quæ in
cruento quotidie immolatur, id est, Christum
ad Deum placandum erga nos peccatores :
hæc ad crucis, sed ad Missæ sacrificium sum
giæ more referenda.

Sec. XI. S. Petrus Damian. Serm. *in Vig*
Dom., ait : « Quid *audistis?* Sanctificamini, f
estote parati, quia crastina die descende
(Exod. xix.) Credo vos esse filios Israel sanc
ratos ad diei crastinæ sacramenta, et solicit
et devota solicitudine. Quid enim aliud his
ejus Adventui dedicatis egistis? Vidi ego sene
oblitos, adstare vigiliis sacris juvenili alacrit
nes, juventute sepulta, senilis gravitate
Divinitati assistere. Plena erant subselli
bus, etc. Psalteria erant præ manibus, psalm
corde devotio, etc. Inspexi Sacerdotes vigil
primos diei ortus subtiliter indagare, se
indui vestimentis, introire ad altare Dei, ad
Corpus et Sanguinem Redemptoris. »

Sec. XII. S. Bernardus, Serm. I, *i*
Dom., de pronuntiatione Martyrologii
Christus... nascitur in Bethlehem Jud
quod in Bethlehem Judæ nascitur; e
quomodo Bethlehem Judæ inveniaris,
quidem suscipi dedignatur. Bethlehem
panis, Juda sonat Confessionem. Tu er
pabulo repleas animam tuam, fideliter
certe quanta potes devotione suscipias
de cœlo descendit, et dat vitam v
videlicet Corpus Jesu,... Bethlehem

Confessio ad salutem : et securus jam suscipe eum, Bethlehem Judæ nascitur, Jesum Christum Filium

PRECES ANTE MISSAM.

nipotens sempiterne Deus, Pater D. N. J. C., rior dilexisti nos, et misisti Filium tuum *iationem pro peccatis nostris;* clementer res- sacrosanctum et incruentum Sacrificium, a hodie peragendum. Benigne suscipe imma- m Hostiam, quam Majestati tuæ tremendæ iciter offerimus in cultum latriæ tibi soli ım, in contestationem supremi Dominatus tui nes creaturas, et in signum nostræ subjectio- ımississimæ, simulque in gratiarum actionem ıniversis beneficiis tuis, maxime pro tua ate perpetua, qua sic dilexisti nos homines, um Unigenitum tuum carne humana vestires, ne *pro nobis omnibus* (Rom. VIII) traderes. ɜterna, quia Filius tuus ipse est *Propitiatio eccatis nostris,* o misericordissime Pater! nus tibi hoc Sacrificium in expiationem et ıctionem pro cunctis hominum iniquitatibus flagitiis. Aspice, Pater, hanc Hostiam pro- ɔriam oculis misericordiæ, et dimitte nobis nostra. Multæ quidem ac turpes sunt ne- tiæ atque culpæ nostræ, quibus tuam in ɜm atque vindictam quotidie provocamus; tamen est apud te, Domine, misericordia, iosa apud Unigenitum tuum redemptio, qui *ɜalvum facere populum suum a peccatis eorum;* iam pro illis copiosissime tibi satisfecit, ɜrbam in cruce mortem obeundo; cujus in riam hodie Rem sacram facimus, et incruen- *ɔi Hostiam immolamus.*

ɜue, cum in isto Sacrificio præ manibus

habeamus Verbum tuum incarnatum, Christum Domium, omnis gratiæ Fontem nostræque salutis Autorem : eumdem offerimus tibi, clementissime Pater, ut per nomen ejus, per Sanguinem ejus, per omnia merita Passionis et mortis ejus obsecrantes impetremus quod meritis nostris impetrare minime valemus. Imprimis autem oro te, Pater amabilissime, pro memetipso miserrimo peccatore qui præ mille hominibus speciales obtinui gratias a te, at præ mille hominibus magis ingratus extiti erga te. Agnosco et ingemiscens fateor ingratitudinem meam. Quantumvis autem magna sit iniquitas mea, major tamen est Oblatio mea, Donum majus, quod a me super altare ponitur, tibique offertur. *Non sicut delictum, ita et Donum.* (Rom. v. Donum hoc tibi complacitum, Majestatem tuam reddat mihi peccatori placabilem.

Adhuc unum modicum est (Agg. II), et introibo ad altare tuum, ad mensam purissimam, ad convivium dulcissimum. *Adhuc unum modicum est*, et manibus gestabo Filium tuum, JESUM meum, qui misericordia motus descendit de cœlo, ut salvum faceret populum suum a peccatis eorum. *Adhuc unum modicum*, et cibabis esurientem animam meam pretioso Verbi tui incarnati Corpore et Sanguine. O liberalissime Pater! qui mihi donasti Filium tuum unigenitum, da mihi, quæso, copiam mundum et auxilium tuum efficax, ut eumdem tibi decenter in altari offeram, et (quoad ejus fieri potest) digne comedam. Memento NN.

PRECES POST MISSAM.

Beatus ego, omni ex parte beatus. — Jesum *meum habeo* ; Salvatorem meum charissimum possideo. *Nihil* deest mihi, quia totus et unicus Am

ere meus est. — Complector te ulnis
, Jesu suavissime! tibique debitas
pro admirabili bonitate tua, qua
e peccatorem divertere dignatus es.
benevolentia ac charitate non dubito;
isi diligeres, toties ad divinam men-
ı admitteres. Utinam et ego semper
bone Jesu! utinam nullo unquam
minum Deum meum offendissem. At
negligentias negligentiis usque adeo
in elapsos vitæ meæ annos siccis
ere haud valeam. O me vecordem et
erdotem, qui tot bonis et donis, tot
oribus, tot diebus et horis, tot sanc-
idiis, ad offensionem Dei Salvatoris
nentum salutis meæ turpiter abusus
nitissime Jesu! habes fatentem reum.
ı et humiliatum non despicies. Spero
meæ veniam ab infinita Bonitate tua.
vivus et pretiosus, qui nunc circum-
meis, animat fiduciam meam. Ineffa-
itas, qua in mundum venisti, peccato-
acere, multum erigit spem meam.
m metu nimio de peccatis suis pœni-
, cujus in corde ipsissima *Propitiatio*
stris moratur?
us, Domine, dixit ad Joseph : *Vocabis*
esum; ipse enim salvum faciet populum
s eorum. O verbum dulce! o solatium
ccatore pœnitente! Tuus ille Angelus,
rudelibus, non a barbaris aut tyran-
lis temporalibus, sed quod majus est,
summis malis nos fore liberandos
Fidelis sermo, et omni acceptione dignus
ia venisti in hunc mundum pecca-
ccere. Jam inde ab origine mundi

benignus semper ac clemens fuisti erga ingratos. « Homines te contemnentes, a discedebant; tu autem amans hominum, ad venisti. Dilexisti immundos, ut faceres dilexisti fœdos, ut faceres pulchros; dile pios, ut faceres justos; dilexisti infi faceres robustos. Captivos dilexisti, ut li perditos dilexisti, ut recuperares; mortuos ut vivificares. » (S. Aug.)

Et hæc dilectio tua, Domine, non erat : ria, sed omnino gratuita. Non prævenerur nec interpellarunt preces, ut nos mis amares. *Non ex operibus justitiæ, quæ fe* (Tit. III), sed secundum magnam mise tuam salvasti nos : Oblatus es, quia ipse —Da igitur, amantissime Jesu, ut et ego, e mei, quorum salutis cura me tangit, tota a intentione diligamus te, atque pro glori simi nominis tui nos totos impendamus. nobis totum donasti; proin vere dignum est, ut et nos totos ac integros offeramu beneplacitum tuum.

« Totus tu noster esto, Domine Jesu pariter toti efficiamur tui : æquissimus e tuus te nobis dedit, ut nostra per te vuln rentur; a Patre tu nobis datus fuisti, et t lubensque Noster factus es. Nobiscum i semper, o Salvator! cum Dominus noster niam in terris moram nobiscum trahere tasti, nostras admitte preces, et susci fundunt lacrymas peccatores pœnitentes que piacula omnino dele. » (S. Ephræm. nobis gratiam, ut æquanimiter feramus h miserias. Venisti quidem *salvum facere tuum*, attamen non a miseriis et calamitat *ab injustis* vexationibus, sed *a peccatis eo*

nos vexant mala, a quibus ut liberes nos, liter deprecamur. Effice, Jesu misericors! ut, es *Propitiatio* et Salus nostra in hoc seculo, ra fias Merces in futuro. Qui vivis.

Die XXV Decemb.

IN NATALI DOMINI.

Jesus natus ex Maria Virgine.

MEDITATIO.

ndit Joseph a Galilæa de civitate Nazareth in Juam, in civitatem David, quæ vocatur *Bethlehem;* eoód esset de domo et familia David, ut profiteretur cum aria desponsata sibi uxore prægnante. Factum est auam, cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret. Et rerit Filium suum primogenitum, et pannis eum involit, et reclinavit eum in præsepio, quia non erat eis cus in diversorio. (Luc. II. 1-7).

. Solemnitas adest inclyta, qua laudes et grates ino Numini per orbem terrarum sancta reddit lesia pro eximio Dominicæ Nativitatis bene-). — Videmus ac consideramus hodie Filium , natum ex Virgine, pannis involutum, et recliam in præsepio. Quæ nova hæc et admiranda am facies? quæ divinæ Providentiæ dispositio? d ineffabile mysterium? quale stratagema adsus diabolum? Quis divini amoris excessus in homines? — Deus in carne, Omnipotens in nis, Immensus in præsepio, Verbum Infans! — t verba, tot prodigia. — Miramur et veneramur bum Incarnatum, Judæis quidem scandalum, tibus stultitiam, nobis autem salutem et Dei ientiam.

. Jesus natus est in Civitate David, quæ voca-*Bethlehem*. « Bene! non solum propter indicium

regii stemmatis, sed et propter nomini tum, Dominus in Bethlehem nascitur quippe *Domus panis* interpretatur. Ip est, qui ait : *Ego sum panis vivus, qui d cendi.* » (Ven. Beda.) Hunc Panem Ar manducaret homo, Dominus Angeloru Homo, et positus est in præsepio Bethl hoc publico peregrinorum stabulo nc cuit fœnum animalium, sed et Panis factus cibus viatorum, vere Panis filior

3. Maria Virgo neonatum mundi reclinavit *in præsepio.* Congruus san locus, ut in præsepio poneretur *Pabulu* mentum electorum, Refectio animarum nam ad præsepe consuetum animalia f runt, ibique debitum labori stipendiur bulum) quærunt, ut exinde refecta por valeant. Et ecce ! Salvator pusillus, Infa animas nostras multum hic laborante in præsepio est positus; et quia nondu lus voce potuit, jam quasi vagitu clam *ad me omnes, qui laboratis et onerati esti ciam vos : ego sum Panis vitæ; qui veni esuriet, et qui manducat me, et ipse vivet*

4. Quam felix es, Sacerdos, cui hodi tantum, sed ter ascendere licet ad alta sam Dómini, ut vires labore fractas ite *Pabulo* vitæ æternæ. Accede fide indubi que reverenter operare, memor optati vitatis Domini. — Tam per *Corporale* quo Corpus Domini ponitur, quam per c *nis speciem*, sub qua latet Homo-Deus, s illi *panni candidi*, quibus Virgo Maria Sal cens natum involvit. —Eucharisticæ au sequentia favent Patrum Testimonia :

:. *V.* S. Maximus, Ep. Taurin., homil., v, *de Nativ.*
it : « Hodie nobis, sicut Evangelii lectione cognovi-
, secundum Carnem natus est Christus.... Obvolvitur
lis, et ponitur in præsepi. Vilitas ista Infantis pretio-
Dei est sacramentum : in pannis enim nostras infir-
tes, nostra se indicat suscepisse peccata. Quod vero in
epi, ubi pastus est animalium, sua collocari membra
nittit, in æternam refectionem vescendum a mortali-
suum Corpus ostendit. »

odem. Sec. V. S. Chrysost., homil. *de S. Philogonio,*
: « Hæc (altaris) mensa vicem explet præsepis, in quo
us est Christus : nam et hic ponitur Corpus Domini-
, non quidem fasciis involutum, ut tunc, sed undique
ritu Sancto convestitum. »

ec. VI. In Liturgia Græca, quæ sancto Chrysostomo
uitur (*Rituale* Græc. apud Goar), hæc habentur :
sacerdos inclinans caput ante sanctam Mensam, preca-
hoc pacto : ... Domine, non sum dignus ut sub sordi-
n tectum animæ meæ ingrediaris; sed quemadmodum
natus es in spelunca et præsepio brutorum recum-
e;... ipse quoque dignare in præsepe animæ meæ
redi.... Dignare me participem effici sanctissimi tui
poris et Sanguinis. »

ec. VII. S. Eligius, Ep. Noviom , in homil., viii, *de*
na D., ait : « Sicut vere carnem corporis nostri Chris-
assumpsit, et vere homo, qui ex Maria Virgine natus
Jesus, Dei Filius est, ... ita vera est Caro, et verus est
guis ejus, quem ad manducandum et potandum in
sterio sumimus. »

ec. VIII. S. Beda, *Commentar. in Luc.*, cap. ii, ait :
Qui major est omni laude, parvulus natus est nobis, ut
viri possimus esse perfecti. Qui totum Mundum vario

vestit ornatu, pannis vilibus involvitur, ut nos primam recipere valeamus.... Qui Panis est Ange in præsepio reclinatur, ut nos quasi sancta animali nis suæ frumento reficiat. Qui ad dexteram Patris in diversorio loco eget, ut nobis in domo Patris sui mansiones præpararet. »

Sec. IX. Amalarius, Diac. Metens., lib. IV, *de eccles.*, c. 40, ait : « In Nativitate Domini, nocte cel Missa propter Nativitatem Panis, qui nunc quotidi ducatur ex altari. »

Eodem Sec. IX. S. Paschasius Ratbert. *Comm in Luc.*, c. 3, ait : « Bethlehem Domus panis int tur,... gerit enim figuram totius Ecclesiæ, quæ Panis non inconvenienter dicitur, in qua quotid dentes... aluntur Cibo Angelico.... In Bethleh nascitur, quia vera Domus Panis sola Ecclesia C norum ostenditur, extra quam Panis ille cœles invenitur. »

Sec. X. Osbertus, Scriptor. Catholic., *in vit stani, Cantuariensis Episcopi,* hæc de eo scribit versus ad altare, panem et vinum in Corpus et San Jesu Christi immaculata benedictione convertit. »

Sec. XI. S. Lanfranc, Ep. Cantuar., lib. *de C Sang. D.*, c. 15, ait : « In Sacramento, quod.... fre Ecclesia, Caro Domini quotidie immolatur, di comeditur ; et Sanguis ejus de Calice Fidelium ore Utraque de Virgine sumpta. Sumitur quidem Caro et Sanguis per se, non sine certi mysterii ratione ; q totus Christus manducari credatur. »

Sec. XII. Guerricus Igniac. Serm. V, *de Nati* ait « Beata sane simplicium fides pastorum ! quæ, *venisset Infantem* pannis involutum, nequaquam

a est ad incredulitatem.... Quanto namque se
ofundius humiliatam illius exhibuit majestas,
us et plenius (si digne de eis sentire volumus)
n affectus sibi illius rapuit et vindicavit chari-
s! et vos invenietis hodie Infantem pannis
et positum in præsepio altaris. Videte, ne
ninis offendat aut perturbet obtutum vestræ
atem reverendi Corporis sub aliis rerum formis
Sicut enim Mater Maria quibusdam pannis
fantem; sic mater gratia dispensatoriis specie-
, ejusdem sacri Corporis nobis obtegit verita-
tus tamen, cui nec in pannis istis Christus est
:ut nec merces pretiosæ prudenti vilescunt
:eres, quibus amiciuntur, sacculos. »

/. Concilium Oxoniense, an. 1222 (Labbe t. XI,
p. 6, ait « Verba Canonis, præsertim in Conse-
orporis Christi, plene et integre proferantur.
ıutem, postquam Dominicum Corpus sumpserit
in eodem die Missarum solemnia ipsum cele-
teat iterato, vinum digitis superfusum sumere
mat. »

7. Concilium Toletan., an 1324 (Labbe t. XI,
. 7, statuit : « Nullus excepto Die Nativitatis
æsumat nisi unam Missam celebrare in die :
felix est, qui celebrat digne unam. »

PRECES ANTE MISSAM.

I.

ordissime Pater, æterne Deus, qui gra-
ıos in dilecto Filio tuo; sanctissima ce-
altaris mysteria, Divinæ majestati tuæ
:ferimus grates pro beneficio illo omnium

maximo, quod unigenitus Filius tuu
tulit, dum propter nos homines Hon
effabili Nativitate sua hunc mundum
dignatus est. « Vere dignum et jus
tibi semper et ubique gratias agere
hostiam jugiter immolantes, cujus
justus instituit, agnus quoque legalis
lebravit Abraham, Melchisedech sa
buit, sed verus Agnus et æternus P
natus Christus implevit. Immensæ l
misericors Deus, Hostiam laudis
actionis offerimus, coæternum tibi l
mentibus adorantes, qui propter n
egenus factus in præsepi jacere vol
involvi. » (Liturg. Leon. et Gregor.)
pacificam offerimus tibi, clementissi
satisfactionem iniquitatum nostrarun
petranda ope tua divina, qua summ
mus. Præsertim mihi famulo tuo indi
gire gratiam tuam, ut decenter hodie
menda altaris mysteria.

II.

Jesu, Fili Dei! qui temetipsum us
nanivisti, ut formam servi, formam
pere dignatus sis : *Ne, quæso, indig*
si loquar. (Gen. XVIII.) Cur toties ad
sacra mysteria tua? cur iterato vi
meum, omni vitiorum sorde fœdatum
— quis ego? — Tu summa Sanctita
rum sentina. Ergone satis non erat
stabulo fœtenti natum te fuisse, e
præsepio? Visne rursum ad me incli
tem tuam, ac collocari in corde m
— *Sed scio*, Domine Jesu! misera
te; charitas urget te. Deliciæ tuæ

minum. Ideoque non admittis tantum, sed invitas quoque et vocas nos ad te; nec invitas solum, sed comminaris etiam, affirmans : *Nisi manducaveritis Carnem Filii hominis, non habebitis vitam in vobis.* — Attonitus hæreo, stupore defigor, — vox torpet, ac mente confusus, quid respondeam, ignoro. *Humiliatus sum usquequaque, Domine!* Haud aliud nunc possum, quam gemens orare : *Miserere mei, Deus, etc.*

III.

Quoniam ita vis, o bone Jesu! iterum ibo ad mensam tuam sanctissimam. Prius tamen supplex te precor, ut animam meam frigescentem accendas ardore charitatis tuæ. Fac, ut absque mentis evagatione Rem sacram peragere, Te corde puro suscipere, et amore tenerrimo complecti merear. Veni, Domine Jesu! esto Cibus animæ meæ semper esurientis te; veni, o Panis Angelorum! veni, et noli tardare. Sed veniat (obsecro) tecum illa multum desiderabilis bonitas et misericordia tua, ut inde excusetur et adjuvetur miseria mea. Positus es in præsepio velut pabulum animalium; en Domine! *ut jumentum factus sum apud te.* Pasce me denuo, refice me vilissimum jumentum tuum. « Idem sacratissimum Corpus tuum, Domine, quod recubuit in præsepio, et Mariæ quievit in gremio, verissime percipimus in altaris sacramento, in propria quidem natura, sed sub aliena specie, nec absque maximo sapientiæ tuæ mysterio. » (S. Laur. Just.) Terrificam ibi majestatem tuam abscondis, o Jesu, quo fidentius ad aram tuam accedamus, et tecum familiarius agamus. Veni jam, o dulcissime Salvator! veni in cor meum, ejusque duritiam *emolli, et totum in amore tui* consume. Amen.

PRECES POST MISSAM

I.

Fili Dei incarnate! Jesu parvule candide et rubicunde! suppliciter gentique perfusus lætitia laudo et Tu es Christus Filius Dei vivi, qui dum venisti. O quantuum differs ab parebas in præsepio! Hominum o vident in te neonato Salvatore, qua guum, vagiens et algens in stabul fides docet, te esse Deum verum, mensum, omnipotentem. Terret me sed erigit bonitas tua. Fidenter Pusio amantissime! quia te ideo fe vulum et amabilem, ut sine timore semus. — O Amor mi suavissime! q est clementia tua! — Ut te vitæ Pa deres, natus es in Bethlehem et p sepio. Non erat tibi locus in divers æternas mansiones paras in cœlo. charitas, Domine! ut pro nobis pe parvus fieres atque humilis? — Qu Angelis, natus es in stabulo, ut ev Angelorum consortium. Qui firmame stellis exornasti, vilibus involutus nos immortalitatis stola vestires. — Jesu dulcissime! ne patiaris me in rire, cujus pro salute tam mirabili temetipsum.

II.

Vere miranda est tua in nos bo sime Jesu! speciatim vero in m tuum, quem novis quotidie beneficii

super Cherubim et Seraphim, qui appendis
ı digitis molem terræ, et cœlos palmo pon-
, reclinatus es in brutorum stabulo. — Qui
nis circumdedisti mare, Virginis Mariæ bra-
tunc constringi voluisti; nunc autem suavis-
animæ meæ complexu foveri te sinis. O
a charitatis mysteria! — Cœlum sedes tua,
scabellum pedum tuorum; et tu jacebas in
nca pecorum propter flagitia hominum. In-
vagiebas in præsepio stabuli, qui tonas ful-
que in nubibus cœli. Tu Deus magnus et
ilis, propter nos peccatores factus es Par-
amabilis. E vinculis delictorum ut eximeres
pannis vilibus involutus es. Manus et pedes
ibi fasciis ligari permisisti, ne cogaris ali-
lo nos ligatis manibus pedibusque a te pro-
in tenebras sempiternas. Qui cœlum pariter
rram moves, immotus jacebas in præsepio.
Parvulo dilectissime! qui præ mille aliis
ıibus elegisti et dilexisti me *charitate perpe-*
lilectionis flammas in corde meo accende,
erque fove, ut et ego diligam te charitate
tua. Longius ac longius a me separa, quæ
are me possent a charitate tua.

III.

nine Jesu! Verbum Caro factum! ubinam
rum satis inveniam ad digne celebrandam
nitatem tuam? Unde mihi cor satis amplum
lens, ad te satis diligendum? Infinitus amor
nimium transcendit tam intellectus quam
ı mei limites. Mortalium nemo capit ingen-
haritatem qua genus humanum complexus es.
ıtri coæternus et *Antiquus dierum*, factus es
ı unius diei. Vix natus, imbellis Puer acuta

sentiebas frigora : tremebas in præsepi gelido, q terræ fundamenta tremore concutis. In spelu illa tremebas, Deus tremendæ majestatis, cu ad nutum universa natura contremiscit. Judæor et tempestatis injurias, hominum et aeris in mentiam æquo tolerabas animo. Jacebas in s bulo ut jumentorum socius, qui fulges in co ut Angelorum Dominus. — Te Regem excels præ regibus terris, non exterruit fimi horr non speluncæ squalor, non brutorum præsen non fœni asperitas, non præsepis angustia, r frigoris acerbitas. — Charitas tua ignea super hæc omnia. — O Jesu! fac me imitari patienti tuam! et qui Viatorum in stabulo natus es, eff precor, ut angelico Pane tam liberaliter ho refectus, quasi peregrinus super terram, assi cursu ad supernam festinem patriam, ubi vivis regnas, etc.

Die XXVI decemb.

Jesus in præsepio, virtutum exemplar.

MEDITATIO.

1. Maria Virgo neonatum Filium suum Jes Christum involvit pannis, et posuit in præsep Cogitatione tua illuc perge, Sacerdos! et acc tiori mentis oculo cuncta Nativitatis Domini m cula circumspice. En civitas parva, domus pau cula, supellex exigua; nulla ædium ambitio, reclinatorium in stabulo. Tale elegit Fabric mundi hospitium. Maria et Joseph non habeb servulum, non ancillam, non jumentum. M *sedet in* fœno, Filius jacet in præsepio, Nutric *stupore* defigitur atque silentio. — Quid aliud *vides*, Sacerdos, nisi præclara paupertatis, hu

patientiæ, et ceterarum virtutum exempla? ssus egenus factus est, cum esset dives, ut num avaritiam sanaret. Qui regnat in cœlis, liter jacuit in pannis, ut humani generis tumo- sanaret.

« Quoniam Lex infirma erat, ipse naturæ or advenit, non sonitu perstrepens tanquam , neque tonitruis aures percutiens, neque nube mamictus et ignem terribilem in nube demon- s, neque tubæ sonitu auditores terrens, sicut Judæis apparuit; sed venit omnium Dominus rvi forma, paupertate circumdatus, ut prædam absterreret. In ignobili nascitur oppido, ob- ım pagum ad nativitatem eligens ; de paupere ne nascitur, et omnia vilia suscipit, ut sine ıitu ad salutem hominem venaretur. Nam si ıdidis natalibus ortus esset, et divitiis multis ımdatus accessisset, dicerent utique infideles, ıiam divitiarum largitas mutationem orbis ter- m fuisset operata. Si maximam Romam elegis- rursus potentiæ Civium mutationem orbis arum tribuerent. Si filius fuisset Imperatoris, ntiæ utilitatem adscriberent. Sed quid facit? peris omnia opera, atque vilia, omnia modica, ılerisque obscura, ut Divinitas sola cognosce- ır Orbem terrarum transformasse. » (Theodot. yr.)

ı. Dei Filius in cœlo erat, et non adorabatur : nıiliter descendit in terram, et adoratur. Deus gnus, qui tanto tempore tonavit in cœlo, et non vavit, vagiit in præsepio, et salvavit. Nunquam vat superbia, sed salvat humilitas, Quomodo ıerbia intumescere audeat servus, dum majes- ım *suam tanta humilitate* compressit Dominus? *ıid enim ! Adhuc tu superbis*, o terra et cinis!

(inquit Sapiens, Eccli. III.) *magnus es, nun*
omnibus, et invenies gratiam coram Deo, qu
ut tibi fieret exemplum, cum esset maxi
nium, factus est humillimus et omnium mi
(Guerric. Igniac.)

4. « Quid magis indignum, quid dete
amplius, quid gravius puniendum, quam
Deum cœli parvulum factum, apponat u
nificare se homo super terram? Intolera
pudentiæ est, ut, ubi sese exinanivit
vermiculus infletur et intumescat. » (S. I
Jam ecce, Sacerdos! Dominus Jesus, qu
præsepi, nec in cruce habuit ubi caput re
totum se hodie in sinu cordis tui reclinar
tur. Ardentissimo itaque charitatis affectu
Jesum tuum parvulum, candidis specieb
fasciis involutum; et quam diligenter p
tende, ne fortasse cor tuum, pro tanto
paratum, velut stabulum commune pateat
turbis cogitationum. Colligo nunc animum

deponitur; populorum pastorem Pabulumque se testans. »

V. S. Ephræm Syrus, *Consilio de vita spiritual.*, t: « Quid proderit in laquearibus inauratis jacere? tentes parietes? quid splendida tecta?... Ne tibi mirationi momentanea atque caduca ista, quæ eræ liquescunt. Sed isti, inquies, cum divitibus adinem habent. At tu cum omnium Rege Deo per m conversaris, et Corpus unigeniti ejus Filii as, et Sanguinem ejus bibis. Gaude ergo, et lætare, erueris templum ejus fieri. »

'. S. Eleutherius, Ep. Tornac., *Serm. de Natali* « Gaudeat genus humanum : Christus enim nast vilibus pannis obsitus in præsepi animalium .... Filius hominis inter vilia ponitur animalia : enim Vita hominum, Cibus Angelorum, et Pabuentorum. Oportet ergo, ut ille, qui erat Panis viir duo animalia in cunis vagiens poneretur. Ipse est ti ait : Ego sum Panis vivus, qui de cœlo descendi. Agnus mundus, cujus illibatum Corpus, post- Sacerdote fuerit attrectatum, et ab omni fideli comestum, permanet illæsum et inconsumptum. »

VI. S. Anastasius, Sinaita, *Odegi*, c. 13, Timothei m hæresim ita refellit : « Si sola Divinitas est naristi, sequitur, Nativitatem Christi esse solius tis, involutionem in fasciis solius divinitatis, etc. minum hæc audeat affirmare? Impius igitur est eus, cum ait : *Natura Christi post incarnationem divinitas*. Si enim Christus est sola divinitas, diviro sub visum et tactum non cadit, neque sacrifiest, membrorum simul et esus expers : liquido ur, Timotheum Judæorum instar inficiari Sacrifi- Communionem sacratissimorum mysteriorum

Corporis et Sanguinis Christi,... quod off
verbis populo : *Corpus et Sanguis Domini*
ris Jesu Christi. Si enim solam divini
Christi esse asserit (teneri autem, et fran
in partes distribui, et effundi et exhauriri,
tate prorsus abhorret) in alterutram fove
incidat oportet, ut aut divinitatem passibi
lem statuat, aut neget Corpus et Sanguine
offert et manducat in mystica mensa, trad
populo : *Corpus et Sanguis D. N. J. C.*
potius sumentem ita alloqui : *Sola divini*
Verum enimvero Incarnatio apud Timoth
cum obtinet. »

Sec. VII. S. Sophronius, Ep. Hiero
Bibl. PP. t. I, p. 233), homil. *in Christi*
« Deus vilibus abjectisque panniculis inv
est qui, si quid forte vile abjectumque occ
nitatis particeps fiat, obviis ulnis id non
enim alia de causa humana paupertate s
Deus, quam ut nos gratia deos efficeret. A
mista David,... disertis olim verbis expo
Dii estis et filii Excelsi omnes. Deus inter n
nos hominem exuti, ipsumque (quoad ej
æmulati, divini efficiamur. Celsissimus f
nus; et nos nostræ quoque mentis prop
desideria sursum erigamus, divinorum
capaces nos reddere studeamus. Deus in p
proponitur; nobisque. . . . seipsum ult
exhibet. »

Sec. XII. Odo, Ep. Camerac., *Exposit.*
distinct., 4, ait : « Qui semet Verbi sui Co
Virgine, quotidie de pane creat ejus Carn
Sanguinem. »

Eodem Sec. XII. LOMBARD. Magister sententiar., l. IV, st. 10, hæc habet : Augustinus (ut refertur de Consecr., st. 11, cap. *Utrum*, etc.), ait : « Sicut per Spiritum Sanc- n vera Christi Caro creatur, ita per eumdem ex substan- panis et vini idem Corpus Christi et Sanguis consecra- .... Ex his constat, verum Corpus Christi et Sanguinem altari esse. »

Sec. XIII. S. BONAVENTURA, Cardinal., in eumdum IV, *sent.*, dist. 10, art. 1, quæst. 1, *Utrum Corpus isti verum sit in altari*, ait : « Objicitur quod homo humiliatur in hoc sacramento. Dicendum, quod no, quia in signo exteriori visibili est humiliatio. eterea in hoc super omnia humiliatur et captivatur ellectus hominis, quia credere compellitur quod nul- nus potest comprehendere. Propter hoc etiam in hoc ramento est exemplum totius humilitatis, quia Domi- s majestatis tam modico et paupere pallio adhuc in mplum humilitatis et paupertatis vestitur. »

PRECES ANTE MISSAM.

Fideles nos servi tui, ad thronum divinæ Majes- is tuæ provoluti, unanimiter oramus : *Pater ter, qui es in cœlis*, qui Unigenitum tuum ad nos sisti, ut ipse nobis esset omnium virtutum exem- r : *Sanctificetur Nomen tuum*. Optamus sincere, lementerque desideramus, ut gloriosum Nomen m a cunctis hominibus, præsertim a nobis dentibus, digne colatur, morumque nostrorum ctimonia sanctificetur. Per hoc sacrificium gra- agimus tibi, Pater, pro insigni virtutum docu- nto, quod neonatus Salvator, in præsepio jacens, mitandum nobis proposuit.

dveniat regnum tuum. Da nobis, ut Filii tui mplo edocti, non quæramus quæ sunt super

terram, non opes, non honores, non de
regnum tuum, regnum gratiæ et gloriæ.
de potestate tenebrarum, et transfer n
gnum Filii dilectionis tuæ, ut aliquando
accipere regnum decoris de manu tua.

Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, et in ter
Pater, hæc est voluntas tua, sanctifica
Ideo misisti ad nos Unigenitum tuum,
omnium virtutum, ut discamus ab ips
sanctitatem. Voluntas tua est ut ma
incarnati Verbi corpus, et bibamus eju
nem. Quis indignitatis suæ conscius id
deret, nisi tu ipse unacum Filio tuo pera
velles atque præciperes? Sed quia ita vis
fiat voluntas tua.

Panem nostrum quotidianum da nobis h
lices nos Sacerdotes, qui in domo tua
Ecclesia semper abundamus panibus
veritatis! Præcipuus autem illic Cibus
ille Panis vivus, qui de cœlo descendit,
venalis exponitur in *Bethlehem*, ceu do
Fac, amantissime Deus, ut Panis iste
nobis prodest quotidie, quotidie parite
ea qua decet præparatione, manducetur.

Et dimitte nobis debita nostra, quorum
factionem offerimus tibi Hostiam sanct
Filium tuum, et per lacrymulas illas, qu
sepio fudit pro nobis inimicis suis, ora
condones nobis delicta nostra, *Sicut et n*
mus debitoribus nostris, sectantes vesti
martyris Stephani. « Da nobis, quæsumu
quod colimus, ut discamus inimicos
quia ejus hodie natalitia celebramus,
etiam pro persecutoribus exorare Domin
Filium tuum. » (Sacr. Gregor.)

Et ne nos inducas in tentationem. Iml

ostræ memores, ad te confugimus, omnipotens eus! tuamque opem fiducialiter imploramus tot ater discrimina. Auxiliare nobis per virtutem hu- as sacrificii, ut secundum Incarnati Verbi tui xemplar, universas Seculi vanitates animose res- uamus, neque permittas ut rerum terrenarum llecebris transversum agamur.

Sed libera nos a malo. Præcipue nos Sacerdotes nos serva, Pater, ab omni fastu, ab auri cupidi- ate, ab impatientia, ab omni peccato; ut dilectum Filium tuum ad aram digne semper offerre, ac corde puro suscipere valeamus. *Amen.*

PRECES POST MISSAM.

O quam incomprehensibilis est tua in me be- ignitas, suavissime Jesu! — Indignus sum ad e levare oculos meos, utpote pulvis ego et cinis, erræ vermiculus, peccator nefandus, qui præter eternitatem igneam promerui nihil. Ne dignum uidem me fateor, illud osculari præsepe, ubi uondam Infans amore mei jacuisti. Et tamen unc ultro venisti ad me! subiisti miseram cordis ei speluncam, quo familiarius tecum agere pos- em. O clementiam ineffabilem! En corde contrito t in spiritu humilitatis, exosculor manus tuas, uas ibi pannis involvi ac ligari passus es, ne li- atis ego manibus æternum projiciar a facie tua. — iceat mihi (precor) et genas tuas osculari, quas præsepio propter scelera mea multa, multis gasti lacrymis, ne fletu æterno meipsum infeli- m miserumque lamentari cogar.

« Puer natus es nobis, o Jesu! non tibi, non ngelis, sed nobis, factus redemptio nostra. Quam ix et amabilis est Nativitas tua, Domine, quæ pravatam nativitatem nostram emendat, ut, si

quem pigeat damnabiliter esse natu
cissime renasci. Quotquot enim r
dedisti eis potestatem filios Dei fiei
tuitæ Nativitati tuæ, per quam glo
gloriæ filiorum Dei. Vere tu es Pu
quem sola Misericordia Puerum f
bonus Parvulus, natus es nobis : nos
non augmenta tua, nascendo quæs
nasci dignatus es, ut nos humiliatic
cares. » (Guerric.)

« O miranda et admiranda digna
immensæ gloriæ, propter nos vermis
fieri non despexisti. Tu Dominus on
vus servorum videri voluisti : Tu Do
sorum, qui nullius indiges, inter ip
tatis initia, non horruisti abjectissin
degustare incommoda. Non erat tibi
sorio; neque cunabula, quæ teneri
exciperent, habuisti; sed in vili præ
tis stabuli tu, qui terram palmo co
natus es; et hoc ipsum præsepe a b
bus Mater tua quasi mutuo accepit.

« Bone Jesu ! cujus cor non er
accendatur ad amorem, non excitet
nem, non moveatur ad compassioi
mam inopiam tuam, admirabilem h
ferventissimam tuam erga nos charit
O quam cito pro nobis pati cœpisti, I
autem, o dulcissime Jesu ! tam inop
fieri voluisti? Certe, ut beatam nos
litatem, sanctamque nobis commen
tatem. » (Ludov. Blos.)

Vulpes foveas habent, et volucre
tu autem, et nascens in stabulo, et
tibulo, non habuisti ubi caput re
te Verbo magno, apparente in Car

civitas parva, parens inops, exiles fasciæ, sæpe angustum, modicum fœnum, curta supel-. In tali rerum penuria natus es, Domine, ut gnum nos paupertatis pretium doceres. O Præ-tor a Deo misse! doce me (precor) e præsepio quam e cathedra, vilipendere honores, divitias, etera Mundi crepundia, quæ mergunt hominem nteritum et perditionem. Fac me imitari tuarum mpla virtutum, quæ hominem ad cœlos sublei-it. Aliud non quæro, nec aliud in votis habeo, mine, quam ut te amabilissimum thesaurum um semper possideam in tempore ac per omnem ernitatem. Amen.

Die XXVII decemb.

Jesus Infans adoratus a pastoribus.

MEDITATIO.

incarnatum! te fidenter amplector ulnis
meæ, Deus meus et omnia! Te diligo, t
contineo, nec ultra dimitto, o Deus cordis
pars mea Deus in æternum! — Procul hinc
terrena! longe recedant a me creaturæ et
vanitates. Tu solus mihi sufficis, Amor mi
lissime! tu solus mihi cordi es; tu solus in
mihi. Fac me gustare et videre, quoniam
es, Domine! — Paululum mihi præbe delit
de magna dulcedine, qua justus Simeon fu
fusus, dum in ulnas suas excepit te.

Domine Jesu! *Lumen ad revelationem g*
dispelle, quæso, mentis meæ tenebras;
mihi Sacerdoti agenda sunt, videam; et qu
Officii mei strenue ac integre perficiam. O
verum, illumina oculos meos, ne unquam
mjam in morte, sed ut procul abjectis o
tenebrarum, abhorream a moribus Gentiu
tatis luce carentium. Jesu! *Gloria plebis t*
ut quidquid æterna confusione dignum
dulo fugiam, et gloriam meam in eo solu
quæram, ut te cognoscam, te diligam, te
studeam. Absit mihi gloriari, nisi in te et i

eam in ulnas animæ meæ hinc emigrantis. Con-
le mihi præterea, Jesu suavissime! ut tunc de-
nbens super lectum doloris, in extremo certa-
ne positus, possim adhuc imaginem crucis tuæ
pentibus gestare manibus, moribundis aspicere
lis, devotis venerari suspiriis, et pallescentibus
culari labiis, ad aliquale solatium agonizantis
imæ meæ, donec tandem *in pace* in idipsum
rmiam et requiescam. Amen.

DIE IV JANUARII.

Jesus plenus sapientia, et gratia Dei.

MEDITATIO.

seph et Maria, Mater Jesu, tulerunt illum in Jerusalem,
ut sisterent eum Domino. — Et ut perfecerunt omnia
secundum legem Domini, reversi sunt in Galilæam, in
civitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat, et
confortabatur, plenus sapientia, et gratia Dei erat in
illo. (Luc. II. 39-40.)

1. Maria et Joseph tunc primum reversi sunt in
ivitatem suam Nazareth, postquam in templo
lierosolymitano perfecissent *omnia secundum legem*
Domini. Idipsum tibi documento habe, Sacerdos!
t peracto Missæ sacrificio non statim e templo
liscede, nec continuo domum revertere ad nego-
ia tua domestica vel ad res minoris momenti;
ed tunc primum revertere postquam in templo
erfeceris omnia secundum legem Ecclesiæ. Post-
quam debitum tempus dederis gratiarum actioni
ro quotidiano Angelorum Pane; postquam Deum-
Dominem in corde tuo realiter præsentem ali-
quamdiu supplex adoraveris; postquam Salvatori
uo sedulam vitæ emendationem promiseris, et ab

illo gratiæ auxilium tibi tuisque Proximis sarium petieris : tunc demum ad domest reverti poteris quæ quidem oportet face illa non omittere. (Luc. XI.)

2. *Puer autem* Jesus *crescebat et confor* Adolescebat ætate *Primogenitus in multis fr* (Rom. VIII.) Verumtamen non sibi, sed nob lescebat Puer Jesus. *Crescebat* Lux vera, post illuminatura totum terrarum orbem. *tabatur* innocens Victima, pro nobis pecca immolanda. *Crescebat* Ovis mansuetissima, nos ad occisionem ducenda. *Confortabatur* num Amator ad suscipiendos labores gravi ad bajulandum crucis patibulum. « *Puer crescebat et confortabatur, plenus sapientia; e Dei erat in illo.* Notanda distinctio verboru Jesus Christus in eo quod Puer erat, i. e. h humanæ fragilitatis induerat, crescere et tari habebat; in eo vero quod etiam Verb et Deus æternus erat, nec confortari indige habebat augeri. Unde rectissime plenus sa perhibetur et gratia : sapientia quidem, *ipso habitat* (Col. I) *omnis plenitudo Divinit poraliter;* Gratia autem, quia eidem Mediat et hominum magnâ gratiâ donatum est, ut, Homo fieri cœpisset, perfectus esset et De simile est, quod Joannes scribit eum plen tia et veritate. » (Ven. Beda.)

3. « Quandoquidem Evangelista Deum vera Carne indutum inducit, propterea s *Puer autem crescebat et confortabatur.* Sun isthæc ad assumptam Carnem referanda; sec corpus namque crescebat et confortabatur. *sapientia et gratia.* Puer Jesus non imp gratia et sapientia, quod aliquod gratiæ

ıtiæ incrementum per temporum intervalla ipsi ɔderet, (semper enim, ut Deus, earum rerum ıus erat) sed quod Dei Verbum, sapientiam et tiam, qua pollebat, juxta corporis incrementum, gis magisque subinde proderet. (Titus Bostr.) e, Sacerdos, novum quotidie sapientiæ incre-ntum a Domino sapientissimo. *Si quis indiget ientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter.* c. I). Hac præsertim ætate Sacerdotes indi-nt sapientia, ne decipiantur illa Mundi sapientia, æ *stultitia est apud Deum.* (I. Cor. III.)

4. Jam ecce, Minister ecclesiæ! Dominus Jesus, quo enituit *gratia Dei*, id est, mira quædam nustas, summa comitas, et divina amœnitas sive nabilitas, Jesus iste amabilis vult esse Cibus ıus delectabilis. Ideo namque *crescebat* istud *Fru-ctum electorum*, ut in Sacramento fidelibus fieret 'anis vitæ æternæ : ideoque *crescebat* ista *Vitis era*, ut in sacra mensa præberet Credentibus *Vi-um germinans Virgines.* — O stupendum supra ɔmnia miraculum! o memoriale præcipuum divini ımoris! Accede, Sacerdos, ad mensam Domini, ut ıretioso illic Cibo et Potu recreatus, crescas in ıapientia et confortcris in gratia Dei. Fides autem ıt devotio tua circa tremendum altaris myste-ium, haud parum firmabitur sequentibus Patrum estimoniis :

Sec. III. S. DIONYSIUS, Ep. Alexand., *Epist. ad Paulum 'amosaten.*, ait : « Mysterium illud inenarrabile sic ab ıso (Christo) vocatur novum Testamentum, dare seipsum obis in mystica cœna. Non sicuti illi olim carnes ani-ıantium ratione carentium super altare imponebant;... unc autem non sic; sed ipse Dominus et Deus Israel alvator ait : Qui manducat me, vivet propter me. » —

Figurata hæreticorum eucharistia, manducatio est rerum *ratione carentium*, proinde simillima veteris Testamenti sacrificiis, imo his longe inferior, quia v. g. agnus paschalis planius et apertius significat Christum, quam modica panis micula. Nec illorum eucharistia dici potest *Mysterium inenarrabile*, cum vel puer decem annorum enarrare sciat ejusmodi pane Christum significari. Ergo S. Dionysius *in mystica Cœna* realem Christi præsentiam credidit.

Sec. IV. S. Gregor. Nyssen., *oratione catechet.*, c. 37, docens, eucharisticum panem in Christi Corpus eodem modo transmutari quo ipse Puer, sensim ætate procedens, panem converterit in carnem suam, ait : « Nutrimentum homini præcipue est panis et potus;... hæc enim in me recepta, sanguis ac corpus congrua quadam ratione fiunt, nutrimento scilicet per vim alterandi in corporis formam translato. His a nobis hoc modo declaratis, ad ea quæ sunt proposita, revocanda est cogitatio. Quærebatur enim, quomodo Corpus Christi vivificet omnem hominum naturam, in quibus est fides, omnibus distributum et ipsum minime diminutum. Fortasse ergo non procul absumus a probabili ratione.... Nam Corpus, quod Deum suscepit, cum panis alimentum accepisset, quadam ratione idem erat cum eo alimento, transeunte in naturam corporis.... Corpus autem, Dei Verbi inhabitatione, ad divinam transmutatum est dignitatem. Recte igitur nunc quoque Dei verbo sanctificatum panem in Dei Verbi Corpus credo transmutari. » — In his quære, si potes, Calvini somnia : nihil hic invenies, nisi veram Ecclesiæ doctrinam de Transsubstantiatione.

Sec. V. S. Cyrill., Alexandrin., l. iii, *Commentar. in Joan.*, c. 6, ait : « Vivificat sanctum Christi Corpus eos in quibus fuerit.... Corpus enim ipsius Vitæ secundum

n intelligitur, totam habens in seipso uniti Verbi
m.... Quæ cum ita sint, intelligant demum, qui-
baptizati sunt, divinamque gratiam gustarunt, si
ıter et vix ecclesias adeant, et longo temporum
Eulogiam frequentare desinant, et eoquod nolunt
tice communicare, damnosum metum ac religio-
ætexant; æterna vita se ipsos excludere, dum vi-
renuunt : et recusationem illam, tametsi a metu
;ione profecta videtur, in laqueum cedere et scan-
Eniti quippe magis eos omni studio ac viribus
, ut a peccato statim mundentur, honestumque ac
ı vitæ institutum amplexi, ad Vitæ participationem
cum fiducia properent. »

IX. Jonas., Ep. Aurelian., lib. II, *de instit. laical.*,
it : « Cum conventus Christianorum ad ecclesiam
æcipue institutus sit, ut participatio Corporis et
nis Domini celebretur; satis mirari non possum,
ısus valde reprehensibilis irrepserit, ut quidam
acramento se privari non pertimescant; et si con-
ut aliquo interveniente peccato ab eo separentur,
ore, nec contritione cordis conterantur. »

XII. Euthymius, Zigabon. Græcus, cap. 64,
ntar. in Matth., *de cœna mystica*, ait : « Qui edit,
Christus, meam Carnem, et bibit meum Sangui-
n me manet et ego in illo. Verbum siquidem per
ptionem Carni unitum est : hæc rursus Caro unitur
per participationem. »

XIII. S. Bonaventura, Cardinal., in lib. IV,
t., dist. 10, art. 1, quæst. 1, *Utrum Corpus Christi*
ıltari secundum veritatem, ait : « Caro Christi vere
ns. Sed cibus, qui non exponitur ad cibandum, est
.. Ergo si Caro Christi non est frustra, exponitur ad

cibandum, sed non visibiliter, ne generet horror est vera Caro Christi sub sacramento. »

PRECES ANTE MISSAM.

Verbum incarnatum! Fili Dei! accedo l altare tuum, oblaturus temetipsum, Hostia tam et immaculatam, Panem sanctum vitæ ad gloriam et honorem divinæ Majestatis gratiarum simul actionem pro omnibus b tuis, pro exaltatione Ecclesiæ tuæ, pro c conversione infidelium, hæreticorum, ac in Christianorum. Pro impetranda demum sa mortalis animæ meæ, teipsum offero Patr per infinita Vitæ ac Passionis tuæ merit quar gratiam semper crescendi in fide, charitate, crescendi in omni perfectione ac sanctitate. Omnem fiduciam meam pono in vator amantissime, qui sensim adolescebà quo graviora pro nobis vulnera atque t sufferre posses. *Crescebas*, Victima sacra, p immaniter trucidanda! *Confortabaris*, Hosti tiatoria, pro nobis in ara crucis immola *Crescebas*, o Agnus Dei, in ligno durissimo candus, ut tolleres peccata mundi! Paula *fortabaris*, o bone Jesu! quia pœnam, nostris debitam, nobis autem intolerabile rare pro nobis voluisti.

Pueritia tua, Domine Jesu, omni virtutum præcellentissima fuit; ego autem a puerc animi vitiis laboravi. Illud de meipso since quod servorum tuorum quidam de se confit *Tantillus puer, et tantus peccator*. — Pro e diligerem, respexi in vanitates et insanias Pro eo, ut declinarem a malo, et facerem declinavi sensim a bono, et feci malum. apud me pretii fuit temporis pretium, nec

ssimum æternitatis pondus. Deus, tu scis
ım meam, et delicta mea a te non sunt
a. Heu! quantum abludit dissoluta juven-
sacratissima juventute tua! — Agnosco,
er deploro malitiam meam; simulque per
ıdolescentiam tuam oro te, et obtestor :
ventutis meæ et ignorantias meas ne memi-
o quidem, attamen serio nunc firmiterque
deinceps obtemperare mandatis tuis,
n meam sacerdotalem jugiter præ oculis
c omni virium contentione eo adniti, ut
magis crescam in amore tuo, morumque
e.

ad hæc omnia, Domine Jesu, summopere
cœlesti Pabulo, Pane vivo, sanctissimo
Corpore tuo, quod ex ineffabili tua caritate
altari manducandum reliquisti. Admitte
or, ad dulcissimum hoc Convivium, o Jesu,
a juventute mea! Imbecillem me conforta
eto Pane vitæ et Calice salutis perpetuæ.
ihi nunc accedere ad aram tuam, ibique
et Sanguinis tui participatione vires ani-
instaurare, ut tali cibo potuque recrea-
omni bono fructificare, in sapientia et
i crescere, ac in virtutum exercitio con-
leam. Amen.

PRECES POST MISSAM.

ılor supplex manum tuam, o liberalissimo
jam denuo satiasti animam meam inæsti-
bo et Potu, nempe sanctissimo Corporis
inis tui mysterio. Vere bonus et miseri-
Dominus erga me famulum tuum longe
imum. Præ mille hominibus ego ab
etate offendi te; tu autem mihi præ mille
ıs innumera dedisti beneficia. Præ mille

aliis ego magna in dies contraho debita mihi præ mille aliis magna quotidie m giris. — Obstupesco, Domine Jesu! nec tantopere demiror specialem tuam in m lentiam. Diligo te ex toto corde meo, am Jesu! Suaviter quiesco in sinu tuo vere quo me foves, protegis, nutris, doces, consolaris.

Immortales tibi grates habeo, Don magna longanimitate tua, qua tamdiu me sustinuisti, quin etiam auxilium mil pus concedis lugendi delicta juventutis m dandi mores meos, crescendi in omni b hac vita non tantum amandi et laudandi augustissimo etiam altaris mysterio tei rendi, sumendi, amplexandi. Talia mihi tribuis, Amor mi suavissime, non prop mea, quæ nulla sunt, sed propter nimia tem tuam, qua dilexisti me a seculis æte ut et ego ferventissimo amore tibi post parabiliter adhæream, et in omnibus sa voluntati tuæ morem geram. Conforta m adversus inimicorum incursiones, ne si in spirituali certamine.

Jesu, Sapientia increata! en prostratu tuos supplico ut cor meum præmunias impiorum illorum opiniones et doctrin qui evanuerunt in cogitationibus suis, qu *se esse sapientes, stulti facti sunt.* Horum erroribus ne decipiar ego minister tuus simus, indigeo cœlesti sapientia. *Servu ego; da mihi intellectum, ut sciam testimon* et bonam voluntatem, ut custodiam mar Redde me parvulum morigerum et humil nam intellectum das parvulis. O sap Deus! scio quod ignorantia nullum hab

sit in te, qui perfecte comprehendis et distinc-
time cognoscis omnia, præterita, præsentia, et
ura : o Sapientia æterna! ex immenso lucis tuæ
endore radium aliquem diffunde (precor) in
ntem meam, quo facilius discernam verum a
so, clariusque videam et peccati fœditatem et
rtutis pulchritudinem, ut peccatum horream, ac
rtutem diligam. Eamdem sapientiæ lucem tribue
oximis meis, quorum salutem sincerissimis
topto votis, ut omnes in omni bono quotidie
escamus, nec crescere prius desinamus, quam
vere. Amen.

Die V januarii.

VIGILIA EPIPHANIÆ.

Jesus in civitate Nazareth nutritus.

MEDITATIO.

functo Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Ægypto, dicens : « Surge et accipe Puerum « et Matrem ejus, et vade in terram Israel : defuncti sunt « enim, qui quærebant animam Pueri. » Qui consurgens, accepit Puerum, et Matrem ejus, et venit in terram Israel. Audiens autem, quod Archelaus regnaret in Judea pro Herode patre suo, timuit illo ire; et admonitus in somnis, secessit in partes Galileæ. Et veniens habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth. (Matth. II, 19—23.)

1. S. Joseph, Virginis Mariæ sponsus ac custos,
Angelo monitus, obedire non cunctabatur, sed
atim surgens festinabat exsequi mandata Dei, et
sque mora proficiscebatur, quocunque Domini
luntas ipsum vocabat. — Ita et tu, Sacerdos,
n tardes illuc pergere, quo te Vocationis et

Dignitatis tuæ officia arcessunt. Nec mi
omnibus viis tuis, in quolibet eventu, hu
adora divinam Providentiam, *quæ attingit
usque ad finem fortiter* (Sap. VIII), *et disponit
suaviter*. Adora Providentiam, quæ Christi
tium, unacum Virgine Maria, modo huc, mo
per vias mirabiliores quam duriores d
Summa animi demissione adora Providé
quæ non solum *arenam maris* (Eccl. I) et
guttas, *et dies seculi* dinumeravit, *sed et ca
pitis* tui (Luc. XII, 7) *omnes numerati sunt.*
seph, faber inops et pauper, semper habu
sacram familiam suam aleret. Quapropter
abjice curas, et Deo committe res tuas. *Hab
ciam in Domino ex toto Corde tuo* (Prov. III) e
*nitaris prudentiæ tuæ. In omnibus viis tuis
illum; et ipse diriget gressus tuos. Time D
recede a malo. Tunc ambulabis fiducialiter in
et pes tuus non impinget : si dormieris, non ti
quiesces, et suavis erit somnus tuus.*

2. *Defuncti sunt*, dixit Angelus ad Jo
Defuncti sunt, qui quærebant animam Pue
ubinam sepulti? Procul dubio in inferno, u
fine deplorabunt iniquitatem suam. — Quid (
dicitur et deinceps dicitur de tot Ecclesi
secutoribus? *Defuncti sunt, qui quærebant*
Religionis orthodoxæ fulcra subvertere; *
sunt, qui quærebant Epicureismi venenum
pulos longe lateque diffundere, ac per
erroribus suis hominum animos implicare.
admodum impii Novatores hactenus frustr
rebant Ecclesiæ catholicæ fidem funditus
pare; ita et posthac incassum oppugnabunt
nam et Traditionem Apostolicam. *Non est s*
(Prov. XXI), *non est prudentia, non est co*

ra Dominum. Consilium autem Domini in æter-
ı manet.

. Quocirca, Sacerdos! in fide nihil hæsitans,
je, et vade in domum Dei; *vade* ad tremendum
ıre, ad mensam Domini. *Surge, et accipe Puerum*
um, qui olim in civitate Nazareth enutritus,
ɔc in Ecclesia sua nutrit fideles proprio Cor-
re et Sanguine suo. Magna cum fiducia et
ıritate *surge, et accipe* Jesum tuum desiderabi-
ı, qui certo certius in præcelso ac venerabili
aris sacramento præsens est, nec figurate tan-
n, prout pertinaciter contendunt hæretici. Ad
fellendos autem istorum errores circa eucharis-
ım, plurimum faciunt hic subnexa Patrum ortho-
ıorum documenta :

Sec. III. S. Cyprian., *serm. de Cœna Dom.*, ait : « Hujus
nis figura fuit Manna, quod in deserto pluit.... Panis
e Angelorum omne delectamentum habens, virtute
rifica omnibus qui digne et devote sumunt, secundum
um desiderium sapit. »

Sec. IV. Eusebius, Emissen. vel Galican., *Homil.* v, *de*
ch., ait : « Cum ad reverendum altare, salutari cibo
ıque reficiendus accedis, sacrum Dei tui Corpus et
ıguinem fide respice, honore mirare, mente continge,
dis manu suscipe, et maxime haustu interiore assume.
infra : Ad agnoscendum et percipiendum sacrificium
ı Corporis ipse te roboret, Potentia consecrantis invi-
.... Christi Corpus Sacerdote dispensante, tantum est in
guo, quantum esse constat in toto; quod cum Ecclesia
ılium sumit, sicut plenum in universis, ita integrum
e probatur in singulis.... Si forte panem esurientibus
ıoneremus, non ex toto perveniret ad singulos, quia
ticulatim et minutatim pro portione sua unusquisque

t. V, p. 1045), confirmat dogma hoc catholicu
Corpus Christi in singulis portionibus singuli to
piant. Testimonium ejus extat *apud Gratian. de c*
Distinct. II, in hæc verba : « Ubi pars est Corpori
est et totum. Eadem ratio est in Corpore Domi
Manna ; quod in ejus figura præcessit, de quo (E
dicitur : Qui plus collegerat, non habuit ampliu
qui minus paraverat, habuit minus. Non enim e
tas visibilis in hoc æstimanda mysterio, sed vir
menta spiritualis. »

Sec. VI. In SACRAMENTARIO Gelas. (Murat.
t. I, p. 199), *in Vigilia Epiphaniæ,* hæc *Orati*
« Tribue, quæsumus, Domine, ut eum (non ta
imaginem) præsentibus immolemus sacrificiis
mus, quem venturæ solemnitatis pia munera pr
tur. » — Hujusmodi Orationes in aliis quoque S
tariis antiquissimis habentur.

ırnem Domini mutatur. » — Quid, quæso, clarius?

:. *XII.* Lombardus, Magister sententiar., l. iv, dist. 11, *ıcram. euchar.*, ait : « Sub utraque specie totus su- r Christus. Nec plus sub utraque, nec minus sub a tantum sumitur. Eadem enim ratio est, ut ait Hila- , in Corpore Christi, quæ in Manna præcessit, de quo ıd. xvi) dicitur : Qui plus collegerat, non habuit am- s; nec qui minus paraverat, habuit minus. »

ec. *XIII.* S. Thomas Aquin., in lib. iv *sentent.*, .11, quæst. 2, art. 1, hanc ponit objectionem : « Videtur d non debeat esse duplex materia hujus sacramenti ; ıeria enim sacramenti debet respondere ei, quod est ıamentum et res in sacramento, quia est signum ejus ; totum illud quod est res et sacramentum, continetur ı specie panis, scilicet totus Christus ; ergo panis est ı materia hujus sacramenti, etc., in solutione ait : ımvis totus Christus sit sub specie panis secundum veritatem, non tamen est ibi ex vi sacramenti nisi pus ejus, et secundum quod venit in usum fidelium. »

PRECES ANTE MISSAM.

dundi Creator et gubernator! Deus Pater nme potens, clemens, sapiens, juste, sancte, et sericors! en ego servus tuus et Sacerdos indi- us cupio te laudare et decenter magnificare ; ad c enim me creatum, redemptum, atque speciali ılia tua vocatum agnosco. Verum, o quam ma- a majestas tua! — quam exilis parvitas mea! — ı Creator es omnipotens, Dominus cœli et terræ ; ;o vilissimus terræ vermiculus, pulvis et cinis ; ıo quod indignius adhuc, creatura rebellis, ser- ıs malus et iners, peccator ingratus. Heu! quo- odo ausim venire ad sacrificandum tremendæ ac ;sæ majestati tuæ? Quo pacto mihi tantum su-

graviter offenderim te, Dominum Deum
Patrem meum optimum, Ens amabilissim
cum et summum Bonum meum. Avert
tuam a peccatis meis, et clementer r
faciem Christi tui, Salvatoris mei, quem
altari sacrificaturus sum. Hic est dilect
tuus, in quo tibi bene complacuit, quem
peccatoribus redimendis, in mundum m
ærumnas, ad labores, ad vincula, ad fla
spinas, ad contumelias, ad mortem cruci
Filius tuus, quem ideo tot gratiæ donis c
ut de plenitudine ejus nos omnes acciper

Pater clementissime! offerimus tibi ho
aram tuam Jesum Christum, Redempto
trum, quem olim Parvulum sanctissima
ria, et castissimus ejus sponsus Jose
mandatum tuum, modo huc modo illuc, ci
bant, in omnibus semper submississ
præstantes obedientiam. In eodem spirit

uit; ad impetrandam denique hanc gratiam, ɔr varias hujus nostræ peregrinationis ærum- ›rovidentiam tuam proni adoremus, atque in spe ac charitate stabiles semper et immobiles aneamus. Miserere infidelium, quærentium ›licam subvertere Ecclesiam. Ad frugem re- miseros istos, antequam morte defungantur. ento NN.

PRECES POST MISSAM.

binam, quæso, hanc a te promerui gratiam, o ı dilectissime, ut me rursum ad mensam tuam ıitteres, ac convivio longe pretiosissimo, tuo ɔlicet Corpore et Sanguine pasceres? — Tan- ı abest, ut ineffabili hoc nutrimento me dignum stimem, ut ne cibo quidem humano seu pane reno vesci promerear ego nefandus peccator. l nempe talis et tanta est tua in homines muni- ɛntia, ut non solum corpora nostra in dies ıtrias pane terreno, sed etiam animas nostras are digneris Pane cœlesti, proprio tuo Corpore ›anguine.

›ratias ago tibi, Domine, pro efficacisssimo hoc aento, quod hodie super mensam tuam accepi consolationem et salutem animæ meæ. O mi u! o dulcis Refectio animarum nostrarum! uisti a parentibus tuis post varias itinerum mo- lias in civitate Nazareth educari et nutriri, ut dem aliquando eucharistiæ sacramentum insti- re, ac cunctos Fideles per universum orbem ›ratissima tua Carne et Sanguine pretioso enu- ɛe posses. Est omnino, cur admiremur inenarra- em hanc tuam in nos bonitatem et misericordiam. Quis nostrùm adeo indurati cordis esse possit, te non laudet, non glorificet, non diligat? Sal-

tem ego nunc sincerissime cupio te digne la-
dare, et ex toto corde diligere te, o Jesu Nazare-
qui omni possibili amore dignissimus es. Accen-
obsecro, dilectionis tuæ flammas in præcord-
meis, ut te super omnia creata diligam, et
amore cuncta Vocationis meæ munia libent-
obeam, alacriterque perficiam. Fac, ut Præposi-
rum meorum voluntati tam promptam ac cœc-
præstem obedientiam, qualem exhibuit Nutri-
tuus Joseph, qui ab Angelo monitus, sine cunct-
tione surrexit, illucque festinavit, quo cœlit-
fuerat evocatus. Adjuva me, bone Jesu! ut quocu-
que vocaveris me ore Superiorum meorum, illic-
surgam et voci tuæ morem geram sine queri-
sine obluctatione, sine murmuratione.

Exemplum putatitii patris tui Joseph mihi pla-
ostendit, quam mirabili modo cuncta disponis
ordinas. Non vidi justum derelictum, o Adjutor in-
opportunitatibus, in tribulatione! Dirige omnes
gressus meos, o Jesu providentissime, qui non
derelinquis sanctos tuos. Adjutor meus esto; ne
derelinquas me inter tot satis acerbos vitæ huma-
næ casus. Dirige me in semitam rectam propter
inimicos meos, qui diu noctuque insidiantur ani-
mæ meæ. Ne tradideris me in manus tribulantium
me, sed deduc me in via salutis æternæ. Nec per-
mittas me mori infausta morte impiorum illorum,
qui, postquam diu satis fanatico furore sanctos
tuos afflixerunt, tandem misere *defuncti sunt* et se-
pulti in inferno; sed effice, precor, ut certamine
finito, cursuque consummato, moriar morte justo-
rum. Amen.

DIE VI JANUARII.

EPIPHANIA DOMINI.

JESUS Rex regum a Magis adoratus.

MEDITATIO.

m natus esset Jesus in Bethlehem Judæ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes : *Ubi est, qui natus est Rex Judæorum? Vidimus enim stellam ejus in Oriente; et venimus adorare eum.* (Matth. I, 1-12.)

1. « Audistis modo Evangelistam dicentem : *m natus esset Jesus in Bethlehem, etc.* O novum iraculum! o incomprehensum mysterium! Christs Dominus in Bethlehem Judæ nascitur, et præ mnibus a Magis videtur. *In diebus Herodis.* Ergo ierum principium accipit, qui principii exsors istit? In specu nascitur, et omnia portat manu. i præsepi ponitur, atque omnium esca efficitur. asciis involvitur, cujus munere a peccatis solvitur. Gestatur ut infans, atque ut Deus noscitur. agos advocat, et repellit Judæos. Canes alit, et lios percutit. Verum cum hæc audis, ne crudelitis accuses Dominum, sed Judæos ignaviæ, acti sunt canes filii, vicissimque filii canes. Mutata est appellatio, siquidem et mores mutati sunt. enientes itaque Magi Hierosolymam, interrogant Judæos : *Ubi est, qui natus est Rex Judæorum? idimus enim stellam ejus in Oriente, et venimus dorare eum.* Hoc futurum Isaias (c. VI) ante præixit : *Ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in lendore ortus tui : de Saba venient, aurum et thus eferentes.* David autem : *Reges Tharsis et insulæ unera offerent; reges Arabum et Saba dona adducent.*

Verum, quidnam illud est, quod Magis, et domo, et patria, relicta, tanta itineris spatia transire, Puerumque adorare persuaserit? Fecit procul dubio tum stella, quam viderant, tum a Deo donata lux, quæ illorum mentibus, quasi aliud quoddam sidus effulserat; neque enim Christum cognoscere poterant, nisi dignationis divinæ gratia illustrati. » (S. Chrysost.) Sciebant equidem Magi, quam periculosa res sit, vivente rege, alterum profiteri vel quærere. Verumtamen considerantes Regem futurum, non timebant præsentem. Nondum viderant Christum, et jam erant parati pro illo mori. Magi vere beati, qui, priusquam Christum agnoscerent, facti sunt Confessores Christi.

2. *Audiens autem Herodes rex turbatus est.* Nato Rege cœli, conturbatus est rex terræ; confunditur enim altitudo terrena, dum cœlestis celsitudo prædicatur. Herodes, rex ambitiosus, velit, nolit, Christum fatetur Regem, quando se ab eo putat esse regno pellendum. Ecce, in præsepio jacentem pertimescit armatus; contremiscit humilem rex superbus; vagientem expavescit infantiam tyrannus; obvolutum in pannis metuit purpuratus. Semper enim grandis potestas majori subjecta est formidini. Sicut rami arborum in montis cacumine positarum, etsi levis aura flaverit, moventur; ita et ambitiosi, in culmine dignitatis existentes, levi nuntii fama perturbantur : humiles autem, velut in convalle, plerumque in tranquillitate persistunt. Quem Herodes noluit regnare in Judæa, videmus dilatasse regnum suum per universum terrarum orbem. Timeamus hunc Regem regum, ad dextram Patris sedentem, quem rex impius timuit in cunis jacentem.

3. *Herodes congregans omnes principes sacerdotum, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur.* Ut

lixerunt ei : In Bethlehem Judæ; sic enim scriptum *per Prophetam, etc.* Sacerdotes isti Magis viam Christum monstrabant, sed eamdem ipsi stolidi ebant ambulare, nec quærebant Jesum tam viam : similes facti fabricatoribus arcæ Noe, qui s ubi evaderent præstiterunt, et ipsi diluvio perunt; similes lapidibus milliariis, qui viatoribus ctam ostendunt viam, sed immobiles in loco suo manent. — *Tunc Herodes mittens illos in Bethlem, dixit : Ite, et interrogate diligenter de Puero : et m inveneritis, renuntiate mihi, ut et ego veniens lorem eum.* Simulabat se velle adorare quem onabatur occidere : at spe sua frustratus est. lagi, sicut antea pastores simplices, venerunt ad hristum; solus Herodes, fraude ac sævitie teer, ad illum pervenire non potuit. Christum namque non potest invenire perfidia. Deus non crudeitate, sed credulitate quærendus. — Magi *cum audissent regem, abierunt.* Judæos dimittebant cripturam inaniter lectitare; ipsi pergebant Christum fideliter adorare. *Et ecce, stella, quam viderant Oriente, antecedebat eos. Videntes autem stellam, visi sunt gaudio magno valde;* nam exinde spes orum magis firmata est, quod tanti itineris laboem non frustra susceperint. Per hujus stellæ obequium intelligebant, novi Regis majestati et ignitati cedere omnem omnium regum mundanoum excellentiam.

4. *Et intrantes domum, invenerunt Puerum*, non 1 lectulo deaurato, sed in præsepio jacentem, nnis vilibus involutum. Nec tamen ejus pauperte fuerunt offensi, quia non Regem terrenum, ed cœlestem quæsiverant; et quamvis nihil reale viderent in eo, solius tamen stellæ atque cripturæ testimonio contenti, gaudebant inve-

nisse et aspicere Puerum humilem, que
terior in cordibus eorum monstrabat Deu
bilem. Itaque *procidentes adoraverunt eum*
in terra genibus, summa cum reverentia
latriæ adoraverunt Infantem pauperculu
agnoscebant Regem æternum, Deum ve
Salvatorem hominum. *Et apertis thesauris*
tulerunt ei munera, aurum, thus et myrrham
offerebant ut *Regi*, thus ut *Deo*, myrrham u
pro hominum salute morituro. Non sine ca
divino afflati spiritu, tria hæc munera obt
ut scilicet *aurum* significaret Regiam Ch
testatem, *thus* Divinam ejus majestatem,
Humanam ejus mortalitatem. — Magi, p
his muneribus atque honoribus Jesum aff
responso accepto in somnis ne redirent ad H
per aliam viam reversi sunt in regionem suam

5. Nonne felices reputas Magos, quibu
est Dominum Jesum, ***Regem regum***, stella
venire, et in cunis jacentem adorare? S
illis difficultates superandæ? quanta itin
commoda? quot viarum molestiæ? — Tib
facillimus est aditus ad ***Domum Panis***, u
tuus candidis speciebus panis obvolutus in
Perpauculos numeras passus ad Salvatore
quem hodie non tantum adorabis, sed
etiam manibus, et manducabis ore. Jes
regum, erit personaliter in altari coram
sens, immolandus Patri suo, suscipiend
tuo. O amoris incendium! Quid adeo tepes
dos Domini? festina in ***Bethlehem***, in domu
vivi. Propera ad Jesum amore et desideri
tissimo, nec tamen absque timore salutari
siquidem nefas est indecenter accedere
menda altaris mysteria, ubi ***Rex regum, De***

issime præsens, a Fidelibus adoratur. Hæc an-
orum Ecclesiæ Patrum fides est :

ec. *IV*. In LITURGIA S. Basilii, quæ celebris est apud
ecos (Murator., *de Liturg.*, t. I, p. 204, ex Rituali Græ-
um apud Goar.), *Sabbato ante pascha*, post consecrata
ra Dona, Sacerdos dicit : « Sileat omnis caro humana,
stet cum metu et tremore, et nihil terrenum in se
gitet. Rex enim regnantium, et Dominus dominantium
egreditur, ut immoletur, et detur in cibum fidelibus.
im autem præcedunt chori Angelorum, etc. »

Sec. V. S. CHRYSOST., *contra Anomæos*, homel. VI, ait :
Festum Epiphaniorum est festum omnium festorum
aime venerandum.... Rogo vos omnes, ut eidem summo
adio, summaque cum alacritate velitis adesse; sed
ias suam quisque domum evacuet, ut videamus Domi-
m nostrum in præsepi jacentem ac fasciis involutum.
emendum sane ac stupendum spectaculum!... Si cum
e accesserimus, procul dubio videbimus illum in præ-
i jacentem, siquidem hæc sacra mensa vicem explet
esepis.... Qui mysteriis initiati sunt, jam intelligunt
e dicuntur. Ac Magi quidem nihil aliud, quam adora-
unt : tibi vero, si cum pura accesseris conscientia,
mittemus, ut sumas, et sumpto domum abeas. »

Eodem *Sec. V*. THEODOCTUS, Ancyran., *Homilia in
t. Ch. quæ lecta est in Concilio Ephes.* (Labbe, *Concil.*,
II, p. 1001), ait : « Stetit stella supra locum ubi erat
er. Ergo relinquens altitudinem stella, quæ apparebat,
milior facta est, ut statu suo nativitatem Regis osten-
et. Nam tanquam Regem quærebant Magi, Regis nati-
item interrogantes : Ubi est, qui natus est, Rex Judæo-
n?... Sed iste, qui tunc Magos ineffabili virtute ad
tatem traxit, idem lætam hanc festivitatem hodierne

die constituit, non jam in præsepi positus, se
salutari mensa propositus : propterea in illo es
ut in ista edatur, et Fidelibus fiat salutaris Cibu

Eodem Sec. *V.* S. Chrysologus, Serm. cx
« Doleo, certe doleo, quando lego, Magos Christi
decorasse auro, et video Christianos altare
Christi vacuum reliquisse. »

Sec. circ. VI. In Liturgiis, Gregoriana, Go
Mozarabica (Murat., *de reb. Liturg.*, t. I, p.
sacrum diem Epiphaniæ, Oratio ista occurrit : «
tuæ, quæsumus, Domine, dona propitius intuer
non jam aurum, thus, et myrrha profertur ; s
eisdem muneribus declaratur, immolatur, et
i. e. Corpus et Sanguis D. N. J. C »

Sec. XII. Guerricus Igniac. Serm. iv, *de E*
Dom., ait : « Cum tria sint quæ nos faciunt Chr
fides, baptismus, et altaris participatio ; hodie
fidem nostram initiavit, baptisma consecravit, a
cœlestis miracula præformavit. Quomodo sar
Gentium illuminatio fidem nobis initiaverit ;
Christus baptizatus baptisma nostrum conse
qualiter illa conversio aquæ in vinum, mutatione
in Convivio mensæ Dominicæ præostenderit ; ne
jam opus est ut doceamus. Sed illud arbitror o
tium ut nosmetipsos commoneamus, ne fides i
suis degeneret initiis ; ne vacuetur in nobis gr
tismi ; ne cedat nobis in judicium participati
Christi. »

ino devotam reverentiam cordis et corporis humiliter
ere. »

c. *XVI.* Concilium Tridentin., an 1546, sess. XIII,
5, ait : « Nullus dubitandi locus relinquitur, quin
es Christi Fideles, pro more in Ecclesia Catholica
per recepto, Latriæ cultum, qui vero Deo debetur,
: sanctissimo sacramento in veneratione exhibeant.
ue enim ideo minus est adorandum, quod fuerit a
isto Domino, ut sumatur, institutum. Nam illum
dem Deum præsentem in eo adesse credimus, quem
gi procidentes adoraverunt. »

PRECES ANTE MISSAM.

Festino, Deus Pater omnipotens, ad Jesum di-
tum Filium tuum, cujus temporalem nativitatem
minibus prædixisti per Prophetas, annuntiasti
r Angelos, manifestasti per novi sideris appari-
nem. Gaudio magno valde ad altare tuum pro-
o, suppliciter illic adoraturus *Regem regum*,
m-*Hominem*, cujus ad incunabula virtute mira-
i Magos ex Oriente vocasti, traxisti, perduxisti.
lentissimo inflammatus amoris desiderio, vado
ic in ecclesiam, o Conditor Solis atque Stella-
n! ut ibi Jesum meum decenter offeram, humi-
r adorem, reverenter sumam. O felicem me
erdotem, cui datur hodie, non solum de Mago-
n exemplo adorare, sed manibus etiam portare,
corde recipere Salvatorem meum, qui est *Panis*
uis (Gen. XLIX) *et Deliciæ regum*. Purifica nunc
mam meam, omnipotens astrorum Opifex! ut
ita reverentia Jesum adorem, et pura consciencomedam Panem vivum, qui de cœlo descendit.
mina mentis meæ oculos, ut, cujus Corpus et
guinem oblaturus sum, Potestatem regiam et
inam Majestatem animo contemplans, cum

timore et tremore assistam altari tuo. Nomi
totius reipublicæ Christianæ, tibi sapientissi
stellarum Autori ac Moderatori, offero immaca
tum hoc Missæ sacrificium ad honorem et glori
tuam, in cultum Latriæ tibi Deo debitum : in g
tiarum actionem pro beneficiis creationis, reden
tionis, ac conservationis; præsertim vero p
Gentium vocatione ad veram fidem et agnition
Verbi tui incarnati.

« Deus, qui nos ineffabili misericordia de te
bris in admirabile lumen tuum vocare dignatus
auge in nobis fidei gratiam, quam dedisti, ut e
in sacramento suscipientes et adorantes, qu
Magi venerati sunt in cunabulis, eidem munera
cordibus nostris Deo digna promamus. » (Mis
Paris.)

« Ecclesiæ tuæ, quæsumus, Domine, dona p
pitius intuere, quibus non jam aurum, thus
myrrha profertur, sed quod eisdem munei
declaratur, immolatur, et sumitur Jesus Chr
Filius tuus, Dominus noster; qui tecum vivit,
(Sacram. Gregor.)

AD SS. MAGOS.

O beati Magi, Sapientes inclyti, Gentium
tiæ! oro vos per amorem illum, quo Dei
Homo factus, ita vos traxit ad se, ut relict
bus vestris, et omnibus itineris differ
posthabitis, veneritis in Judæam, ad ad
ipsum, *Regem regum;* oro vos per sir
illam Dei gratiam, qua misericorditer p
Salvatorem recens natum studiose qua
inventumque suppliciter adorastis; oro
eximia vestræ fidei, spei et charitatis
quæ cunctis fidelibus reliquistis; eas
virtutes intercessione vestra a Deo im

mdem *Regem Regum* et *Deum-Hominem*, quem m muneribus vestris magnifice honorastis, et ltu in terram demisso humiliter adorastis, pari votione ac reverentia hodie ad aram offerre et mere valeam. Amen.

PRECES POST MISSAM.

Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis. oquar cum Verbo incarnato, cum *Rege regum* æsente in domuncula cordis mei. Sed quid quar tecum, Domine Deus meus? Infinita utique ter nos differentia intercedit. Tu es Deus supre- æ auctoritatis, summæ sanctitatis, incomprehen- e potestatis et bonitatis; ego autem creatura im imbecillis, homo miser, servus inutilis, pec- itor inveteratus. Quare non toto corpore contre- isco ad præsentiam terrificæ majestatis tuæ? cur ræ stupore non tabescit in me anima mea? — O su gloriosissime! cujus in nomine omne genu ectatur; en, procidens ad pedes tuos, adoro te nigenitum Dei Filium, quem olim Magi proci- entes adoraverunt. Te supplex adoro, *Rex* magne iper omnem terram et excelse præ regibus irræ! Humili corde laudo et glorifico te, o Sa- ientia æterna, Lumen errantium, Dux ac Comes erogrinantium! — Pronus adoro te Deum verum, *egem regum*, et Dominum universorum hominum i terris, et beatorum spirituum in cœlis.

Horresco recogitans me non semper obtempe- asse tibi Creatori, qui tot sidera in firmamento œli moves et in suo cursu dirigis. Astra et omnia lementa tuo parent imperio; ego sæpius egi con- ra voluntatem tuam mihi notissimam, nec obedivi ibi, *Rex regum,* Domine Dominantium! — Nihilo- *inus tu venire ad me?* — Tu habitare in corde

quid oneram tibi *Regi* seculorum immor
Scio quid petas : cor meum, et integrum
En totum habes quod petis, amantissim
Accipe hoc qualecunque munusculum, id
menter respice. — Jam vero quod ego
a te petam, o *Rex* liberalissime? Quid nis
gratiæ, quali Magorum animos illustrasti
potenter ad te duxisti? — Simili luce
mentem meam, ne unquam incredulitatis
pietatis caligo illuc irrepat. Liceat mihi,
te ita contemplari in hujus seculi obs
prout possibile est homini mortali. N
aliud præter te Lumen est, quo sic illustra
mus, ut te videamus, et te viso gaudeamu

Magi certe magno perfusi sunt gaud
sequentes stellam, itineris sui cursu felicit
luto, tandem invenerunt te *Regem regum*
Hominem, totum amabilem, totumque des
lem. « Si vero tale fuit gaudium absolvisse

ut beatos facias Angelos tuos. » (Ludov.
ns.)
ıe Jesu! Salus mea, misericordia mea, et
ɔa Deus in æternum! quanto gaudio exul-
die Magi in tua hereditate cœlesti, in con-
Patris tui, in splendoribus sanctorum, dum
adorant in throno majestatis, Unigenitum
Gloria et honore coronatum, quem ali-
viderant in præsepio Parvulum paupercu-
ɟientem in cunis? » (Petr. Bles.)
Rex regum! quanto jam gaudio exultant
identes te regnantem in cœlesti Jerusalem,
ɔlim adoraverunt egentem in Bethlehem!
ıspexerunt te in diversorio pauperum, ibi
te in palatio Angelorum : hic in humili
bi in aula regia. Quantum erit gaudium
o Jesu delectabilis! si transacta peregrina-
ıea videbo te, non amplius sub speciebus
ı mensa mystica, sed facie ad faciem in
Gloria? Amen.

DIE VII JANUARII.

;us Ecclesiam colligens ex gentibus.

MEDITATIO.

ɔnsidera, Sacerdos, immensam Dei benigni-
qui Magos gentiles (Gentium primitias)
ad Christum, ad veram fidem, ad vitam
m. Beneficium istud fuit omnino gratuitum,
ɔn præcesserunt merita, sed demerita. Gra-
'amus Domino Deo nostro, qui veteri Legi
substituens, novam collegit Ecclesiam ex
ıs. Unde Apostolus (Rom. IX) ait : *Vocavit
:s, non solum ex Judæis, sed etiam ex Gentibus,
Osee dicit : Vocabo non plebem meam, Plebem*

potionem bibunt. Granum frumenti cade
ram Judææ mortuum est, et Gentes fi
segetem messuerunt. Gentes rosam dece
et apud Judæos spinæ incredulitatis rem
Pullus avolavit, et assident nido stulti. Ju
litteræ interpretantur; et Gentes fructu
percipiunt. » (Anonymus inter Opera S. C

2. « Væ tibi, Judæa incredula, ingra
pia! ablatum est a te regnum Dei, et d
genti facienti fructus ejus. Ejectus est
Synagoga, sed susceptus ab Ecclesia, e
tutus in caput gentium. Ecce, populus, q
cognovit, servivit illi, cum de vobis fili
et sceleratis sit illa Patris querela terribil
enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt m
Gentilitas! ecce affertur tibi Jesus : cur
manibus, extende brachia, expande sinus
qui tibi offertur, suscipe fide, amplexare

m. Sicut enim suscepto Dei Filio, Ecclesia
eperit plurimos et roborata est : ita ipso
mula ejus Synagoga, quæ multos habebat
irmata est. Ideo enim hodie Ecclesia gra-
a de dato sibi Filio, gratiarum actione et
lis replet cœlos ; illa muta sedet in tenc-
certe ejulata fatigat inferos. Misera et
agoga, cur non advertit quam manifeste
nos transierit, quam evidenter ipsa repu-
umque retinente libellum repudii (litteram
is) universam dotem ipsius ad novam
nuptam transtulerit? Ecce in manibus
bulæ matrimonii in duobus Testamentis ;
ramenta unctionum, ordo Sacerdotum,
a Levitarum, cultus templi, sacrificiorum
mnis denique illorum gloria, translata ab
lata est nobis, quia *Filius datus est nobis.*
em Legis, quæ in manu est Mediatoris,
ex hoc Judæo *in hunc* Christianum ; et
uod in calice merum ac verum fuit, eli-
nobis transfudit : fæx sola, quæ non est
, apnd Judæos remansit : ipsum bibunt,
calicis eorum. » (Guerricus.)

æque misera conditio est impiorum fidei
m, qui excusso Evangelii jugo, Gentilium
nitantur. Infideles isti ac sine religione
(si tamen eos homines appellare fas est)
cæcantur, nec Deo nec Superioribus
ant, fraternæ charitatis vincula rumpunt,
ra violant, omnia susque deque vertunt.
s atrocissimæ, nationumque diu conjunc-
ssidia, ex solo Fidei collapsæ principio
Quid Orientem ab Occidente divulsit,
ondam Imperii Sacrorumque communione
orbem, nisi perfide obtrita religio? Ho-

dierna, quæ nobis ante oculos obversa
ropæ facies, tot dissensionibus distracta,
dibus deformis, tot agitata malis, unde,
incredulorum impietate, provenit? Nasut
tosi, qui vix supra musas inferiores caput
runt, non jam supra vulgus, sed supra n
solos sapere arbitrantes, apertissimas Fid
tates, ab omni retro antiquitate ad nostr
tempora per continuam Traditionem dela
pudenti audacia exsibilant, vel in dubium

4. Attende, Sacerdos, ne seducaris Sc
istorum argutiis aut exemplis. Divina si m
mysteria, sume *scutum fidei*, quo facilius
adversariorum tela retundere valeas. Fides
firma, et ab omni curiositate procul dissita
esto pro gratia vocationis ad veram fidem,
donum Dei. Fides tua non sit otiosa, sed b
operum fœcunda ; nam *fides sine operibus mo*
Si bene credis, et male agis, proprio te
perimis. — Non minori devotione, quai
Christum adora in altaris sacrificio, que
Magi suppliciter adoraverunt in diversorio.
ejus in eucharistia præsentiam quod attin
audias impios Religionis nostræ deserto
irrisores ; sed piissimos Ecclesiæ Patres, a
fidei conservatores ; quorum hic testimonia q
afferuntur :

Sec. V. S. Chrysost., *Homil.* xxiv, *in* I, *Cor*
« Hoc Corpus dedit nobis Christus et tenendum
dendum ; quod intensæ dilectionis fuit.... Acc
igitur cum fervore ad illum et cum ardenti cha
Hoc Corpus jacens in præsepio reveriti sunt Ma
emensi sunt longam, et venientes cum timore et
multo ipsum adoraverunt.... Tu vero non in præse

a altari. Nos ergo longe majorem, quam illi Barbari, idamus reverentiam. » — Nulla dubitatio superesse st, quin fideles antiquitus adorationis tributum perrint Christi Corpori sub sacram Synaxin sive genua endo, sive caput inclinando, etc. Pro certo habemus es antiquos adorationem hanc in mysteriis approe, imo etiam censuisse, sine peccato illam omitti haud se. Inde necessario consequitur, non aliam fuisse ri Ecclesiæ sententiam et fidem de hoc sacramento, m quæ hodiedum in Ecclesia servatur, semperque abitur. Quilibet etiam vir doctus candide fateri cogisanctos Patres veram symbolorum transmutationem, itamque huic mysterio adorationem credidisse, idque imeris in locis disserte testatos fuisse. »

ec. *XII.* S. Petrus Cluni., *Tract. contra Petrobru-*
., ait : « Sed adhuc urges et dicis : Et si data est Caro isti hominibus ad honorandum et adorandum, quare m ad comedendum? Quod enim honorari, quod adodebeat, fidelibus omnibus certum est : quod autem et edi debeat, quia comestionis ratio non videtur, pro admirabile et super omnia stupendum est. Fateor e et ego; fatetur et omnis sanum sapiens, hoc super ia miracula stupendum et admirabile esse. Sed nunl tu, qui rationem tanti sacramenti exigis; cuncta reli- sacramenta Dei ratione comprehendis? Nonne sola ntas Dei omni humana ratione ratiònabilior est?... a hæc ita sint, omni rationi et rationabili menti sufficit ntas Dei, etiam non exposita ratione voluntatis ejus : i constet nec summam Sapientiam errare, nec sumn Rationem aliquid irrationabiliter agere posse. Suf- ergo ad rationem, Christum Dominum hominibus nem suam ad manducandum et Sanguinem suum ad endum dedisse. »

Sec. XIII. Concilium Oxoniens., an. 1287 (Labbe *Concil*, t. XI, p. 1268), cap. 4, *de eucharist.*, ait : « Q per hæc verba, *Hoc est enim Corpus meum*, panis tra substantiatur in Corpus Christi, prius hostiam non le Sacerdos, donec ipsa plene protulerit verba, ne pro Cr tore creatura a populo adoretur. Hostia autem ita leve in altum ut a Fidelibus circumstantibus valeat videri Parochiani vero,... in elevatione Corporis Christi, non reverenter se inclinent, sed genua flectant, et Creator suum adorent omni devotione et reverentia. »

Sec. XIV. Petrus, Ep. Ruthens., *inter alias constitutiones*, *in Nicosiensi synodo publicatas* (Ibid., t. X p. 2423), etiam hæc præcipit : « Corpus Domini e ecclesiam, quando necesse fuerit, cum magna reveren deferatur.... Quicunque autem in itinere sibi occurrer dum portatur, adorent eum flexis genibus, humili nudato capite, ac junctis manibus reverenter. »

Sec. XV. Eugenius IV., Pont. Max., *in decreto* ad *Armenos*, *an.* 1439 (Ibid., t. XIII, p. 537), ait : « Totus Christus continetur sub specie panis, et totus sub speci vini; sub qualibet quoque parte Hostiæ consecratæ e vini consecrati, separatione facta, totus est Christus. »

PRECES ANTE MISSAM.

Quid eo te adegit, Pater omnipotens, æterne Deus, ut perditos nos homines e tenebris Gentilitatis ad lumen veræ fidei transtuleris ita, ut nunc simus, quod antea non eramus, Plebs tua, Plebs tibi dilecta, Plebs misericordiam consecuta? Nempe misericordia tua eo te inclinavit, ut non illos tantum Magos stella duce ab Oriente ad Filium tuum adorandum deduceres, sed ex *omnibus* Gentibus Ecclesiam congregares in unum,

rificandum nomen sanctum tuum. Eumdem
m, ad honorem videlicet adorandi nominis
ferimus tibi novæ Legis Sacrificium, cui
olum universa Judæorum sacrificia, sed
era quoque Gentilium fana et sacrificia ces-
. Immolamus tibi, Pater misericordiarum,
Iostiam divinam in gratiarum actionem pro
abili ordinatione Providentiæ tuæ, qua
opulo Judaico paganos ad veram fidem
asti, novamque ex his Ecclesiam in Syna-
locum substituisti. Vehementer etiam ob-
ius te per infinita hujus sacrificii merita pro
nto Religionis Christianæ; ut per indefes-
rorum apostolicorum operam, plures adhuc
ethnicæ ad fidem Catholicam aggregentur.
ie propitiare, misericors Deus, paganorum
atibus, quæ illorum impedire, vel retardare
it conversionem. Esto quoque propitius om-
recens conversis, neophytis, vel adhuc cate-
nis.
rimus tibi, Deus, sacrificium istud in satis-
iem pro peccatis Christianorum. Parce nobis,
itissime Pater! neque tam horrendam de
itudine nostra vindictam sume, ut de libro
n nos deleas, aut inæstimabile fidei donum
is iterum auferas. Neque permittas ut in
s undique sparsos præcipitemur, pessimis
ium exemplis seducti; sed ita potius con-
nos in fide, ut incredulorum fallacias respua-
et Ecclesiæ tuæ firmiter adhæreamus. Fac,
issime Pater! ut semper filii tui et Plebs
lilecta permaneamus. Respice unigenitum
i tuum, quem in altari offerimus tibi, per
m vitæ ac mortis merita supplicantes, ut
orum machinas evertere, veram fidem latius
s propagare, et quem ex Gentibus collegisti,

qui luce prorsus admirabili Magos voca
ad fidem, ad veritatem et vitam æternar
tibi, Domine, pro singulari clementia tua
famulum tuum indignum denuo admisisti
didum divinæ mensæ tuæ convivium. Stu
nus tibi gratias refero pro immensa be
tua, qua me miserum peccatorem non
vera fide servasti, sed et Dignitate sacerd
corasti, ut, quoties vellem, teipsum hal
manibus ac præcordiis meis.

Vehementer admiror, Domine, infinitar
tiam et misericordiam tuam, qua ex omnil
partibus innumeras gentes ad fidei unitat
vocasti, ab impiis superstitionibus ad l
tui legem mirabiliter traduxisti, et nova
siam in synagogæ Judaicæ locum subrogas
mi Jesu, quæcunque mihi per Ecclesiam t
denda proponis; specialiter autem cred
altaris sacramento, et nunc in pectore me

tia tua) solerter obedire tibi et Ecclesiæ tuæ. iquam infidelium exemplis seduci me patiar; ue gentilitatis residuæ mores aut errores sec- or, sed Fidei Catholicæ regulas accurate ser- o ad extremum usque vitæ halitum.

uia vero millena me cingunt pericula, simul- pessima infidelium exempla ac commenta errant oculis et auribus meis indigeo gratiæ lumine et auxilio, quo securius pertranseam æc offendicula longe lateque dispersa. Huma- i didici fragilitatem, tum ex propriis lapsibus, i ex funestis tot aliorum naufragiis, qui occlu- fidei lumini oculis, cœco furore in profundis- as errorum ac vitiorum voragines se præcipita- unt. Luctuosa istorum ruina, Domine, haud ter terret me. Propterea hoc a te precibus m atque etiam exposco, ut et mihi, et omni- quorum mihi salus cordi est, necessarias tiæ vires tribuas, ne fidei nostræ legem et dis- linam publice profiteri erubescamus. Da ut ta Religionis Catholicæ principium vitam nos- m instituamus, atque secundum Evangelii tui mam mores nostros componamus. Largire is fidem vivam et operum bonorum fœcundam, dum bene credimus, male nunquam agamus.

Pro Judæis pariter ac infidelibus, qui adhuc in errimis ignorantiæ vel malitiæ tenebris hærent, niliter supplico tibi, Jesu dulcissime! ut illo- n miserearis, eisque (licet indignis) ex immensa nitate tua donum fidei veritatisque lumen conce- re digneris. Miserere tot immortalium animarum is ad imaginem tuam creasti tuoque sanguine tioso redemisti. O Jesu potentissime! qui tot ntes illuminasti et aggregasti ad Ecclesiam m; voca et nunc heterodoxos in admirabile

Joannes Baptista discipulis suis, de Christo mul
bus, dixit : « Illum oportet crescere, me autem
« Qui desursum venit, super omnes est. Qui est
« de terra est, et de terra loquitur. Qui de cœ
« super omnes est, etc. Pater diligit Filium ; e
« dedit in manu ejus. Qui credit in Filium, h
« tam æternam ; qui autem incredulus est Fi
« videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.
III, 30-36.)

1. Christi Præcursor his verbis, *Illum crescere, me autem minui*, Legis diminutio Evangelii incrementum indicavit. Simul a stus Evangelium suum prædicare cœpit, J vivere desiit, capite diminutus. Vox in clamantis obmutuit, dum Verbum Dei inca insonare cœpit. — Christum oportebat Joannem autem *minui* : hoc utriusque passi dicatur ; Joannes enim minutus est, capite Christus autem in cruce exaltatus, omni ad se. — Christum oportebat *crescere*.

dicitur Christus, cum proficiendo in illum
s; sicut crescit in oculis lux, dum acie
ente videtur amplius, quæ acie languente
lebatur. Quæ minor erat lux oculis ægris,
oculis sanis; cum ipsa per seipsam nec
minuta sit, nec postmodum creverit. »

desursum venit, super omnes est. Hoc de
rædicat Joannes. Christus itaque *super*
, eoquod omnibus hominibus, imo et An-
comparabiliter major est; magnus *super*
ignates, sapiens *super omnes* sapientes,
per omnes potentes, Rex *super omnes* re-
proin merito in Apoc. I, 5, dictus *Prin-*
n terræ. — *Qui est de terra, de terra est, et*
loquitur. Hoc de seipso dicit Joannes, quasi
ui est de terra quoad originem, neque de-
enit, uti ego non veni desursum; *de terra*
ierus homo est, et humilia solum *de terra*
x propria virtute. *Qui de cœlo venit,* sicut
per omnes est, nemine excepto. — Consi-
esdos! quam modestus ac humilis fuerit
s, quo non surrexerat major inter natos
.. Disce ab eo humiliter de teipso sentire
ibus functionibus tuis solius Dei gloriam
Præsertim vero, quando accessum paras
endum altaris sacrificium, humilia te co-
, ac profundissima animi demissione
m accede Mensam, indignum te reputans
ito Convivio.

s Christus, unigenitus Dei Filius, *qui de*
, *super omnes est,* summus Dominantium
et *Princeps regum terræ;* ideoque vere
et excellens, quia *super omnes est.* Ergo
ius eucharisticus, qui de mensa Domini

descendi, etc. Caro mea vere est cibus, etc Corpus meum, etc. Qui hæc corde humi *habet vitam æternam; qui autem incredulu videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.* quod de altaris sacramento hodie credi Romano-catholica, idem credidit per q secula ante Calvini tempora. Nonnulla m tis testimonia rem palam facient :

Sec. VIII. ETHERIUS, Ep. Uxamiens. et BEAT *in lib* I, *adversus Elipand.*, ita scribunt : « P frangimus, Corpus Christi est, quia dixit : Ego vivus, qui de cœlo descendi. Vinum autei ejus est. »

Sec. IX. AMALARIUS, Diac. Metens., *in lib.* I *siasticis officiis*, cap. 24, ait : « Credimus nat plicem panis et vini mixti, verti in naturam rat scilicet Corpus et Sanguis Christi. »

i naturam in rationabilem Dominici Corporis et
lemutari naturam.... Proinde panis et vinum,
ntur ad altare, verbisque consecrantur divinis
ore, etsi videantur in priori qua deferuntur
ristí tamen substantialiter Corpus et Sanguis
sse. »

Ernulf., Ep. Roffens., *in Epist. ad Lambert.*,
nysterio ait : « Quod fidei solius arcano custo-
ıtationis acumine discutere devito. Nihil enim
ı meæ intelligentiæ ponere volo; sed id solum
ripturis authenticis vel probatorum sententia
collectum est, proferre intendo. Aut certe, si
sit; quid aliud, vel quare aliud dici debet de
træ redemptionis, quam quod omnipotens
egavit? Quæ, ubi inter cœnandum, Carnem
pulis edendam protulit dicens, *Hoc est Corpus*
qualitatibus tacuit, substantiæ mutationem
n insinuavit. Quid ergo? nonne sicut dixit,
it? nonne potuit mutare panem in substantiam
assumptione qualitatum ipsius carnis? Quid
s facere non potuit?

I. David de Augusta, Ord. Min., *in formula*
. 10, ait : « Missæ sacrificium est quodammodo
ı indicium Divinæ dilectionis ad hominem.
minus videtur Deus facere in eo, quod quotidie
gnatur descendere super altare, quam cum de
ndens Humanam Naturam assumpsit. »

PRECES ANTE MISSAM.

mmerito miramur bonitatem tuam, Deus
nipotens! Quis enim enarrare vel capere
lum amoris tui excessum, quo jam ab
lecrevisti salvare nos homines, misere

nam, hic in spe, ibi in re. O beneficium i
bile! Gratia sumus salvati per fidem; et
ex nobis, tuum enim donum est omnin
tum; *non ex operibus, ut ne quis glorietur*
nostri erant aliquando Gentiles, falsorum
numinum, *illo in tempore sine Christo* (E
promissionis spem non habentes, et sine D
mundo. Nunc autem in Christo Jesu, nos
quando eramus longe, facti sumus prope.

Pater misericors! in gratiarum actio
gratuito fidei dono, immolabimus in altari
majestati tuæ gratissimam, ipsum videlic
nitum tuum. Per infinita ejus merita conc
delictorum veniam, et auxilium gratiæ tu
misse de nobis sentientes, tuam solius
quæramus. Accende in cordibus nostris
mutuæque charitatis ignem, ut et precibu
ribus misericordiæ nos invicem adjuvemu
viamus tibi humero uno. Memento NN.

te dare potes, qui summum es Bonum, quo
præstantius, nihil invenitur perfectius? Es
pe sempiternum Verbum, in quo vivunt omnia,
quod elementa cuncta subsistunt. Tu es Dei
enitus, Patris Sapientia, splendor gloriæ, ac
ibilis imago bonitatis ipsius. Tu creaturarum
cipium, Angelorum conditor, hominum plas-
r atque redemptor. Providentia tua gubernan-
mnia in cœlo et in terra, quoniam a te Arti-
peritissimo sunt facta. Tuæ cuncta obtempe-
voluntati; antecellis omnibus, concludis
ersa, abdita penetras, remota prospicis, pro-
a rimaris, attingis a fine usque ad finem
ter, et disponis omnia suaviter. » (S. Laur.
)

ntus cum sis, Domine Jesu, hodie tamen ite-
ad me venire dignaris. Et quis ego? Servus
igens, ultimus inter homines, quia primus in-
peccatores. Timeo propius adire te, *Princeps*
m terræ! Tu enim *de cœlo*, ego *de terra;* tu
r *omnes* magnus Dominus, ego infra omnes
pulvisculus. — O Deus terribilis! cur non-
titubant pedes mei, progressuri ad aram?
nondum tremunt manus meæ, tracturæ tre-
dum mysterium? eccur non palpitat cor meum,
ectans tam magnum Hospitem? Quid agam?
ique mihi angustiæ. Accedens metuo judi-
n: recedens fugio Vitam. Num ergo recedam
oriar? nequaquam; sed in multitudine miseri-
liæ tuæ, adibo altare, ut offeram sacrificium,
tu istud in tui memoriam fieri præcepisti, et
Proximis meis debitor sum, pro quibus orare
or. Tuis igitur animatus miserationibus, in-
o Sanctuarium tuum, Domine! humiliter pe-
auxilium abs te, quo majori devotione Sacris
rari possim. Amen.

Domine, quia tu es Deus adeo perfectus,
mens creata divinas Perfectiones tuas ca
leat. Lætor et exulto, non ideo solum, qu
Salvator meus, Amor meus, Magister meu
meus; sed ideo potius quia tu es Homo-De
gloriosus, adeo magnus, adeo beatus at
fectus, ut nec humana nec angelica mens t
comprehendere. Tu enim, Domine, qui
venisti, *super omnes* es; Bonus super omne
Sapiens super omnes sapientes, Perfectu
omnes perfectos, Sanctus super omnes
Potens super omnes potentes, *Princep*
terræ.

Suppliciter adoro te, supremæ dignitati
jestatis Dominum, qui me servulum tuum
pense diligis, tam paterne foves, tam miri
todis, tam splendide nutris, et toties delin
tam misericorditer sustines. Adoro te, ve
Filium, qui unacum Patre et Spiritu Sanct

ɔro et dolore fateor coram te nimium teporem rigus cordis mei. Desidero quidem majori in ı ardore charitatis amplexari te, suavissime ı! Ita sane; tu nosti hominum corda, tu scis ım sincere cupiam diligere te. Age, dilata nunc ' meum, omnipotens Amor! et accende in me ımam dilectionis tuæ, o Ignis divine, qui sem- ' ardes! Fac, ut meus in te amor augeatur et ıscat semper in tempore ac per omnem æterni- ım. Et quia *obedire oportet Deo magis quam homi- ıs;* effice, precor, o *Princeps regum terræ,* ut tibi ıliter obediam et alacriter serviam, neque ti- ım illorum minas hominum qui me forsitan ab ıdicntia, tibi et Ecclesiæ tuæ præstanda, abdu- e conabuntur. Deus fortis! qui *super omnes* po- tes infinite potens es, redde me fortem et in- ıtum ut *columnam ferream* aut *murum æreum,* formidem a facie eorum qui me a servitio tuo trahere volunt. Bone Jesu, qui *de cœlo* venisti! , ut ego (Sacerdos tuus) non sim homo terre- ı, sed quasi cœlestis; ut quæ sursum sunt eram, non quæ super terram; ut hic quidem in ris sit peregrinatio mea, sed *conversatio in cœlis,* ns *in cœlis,* cogitatio *in cœlis;* donec et anima a post mortem tibi jungatur *in cœlis.* Amen.

« bene complacuit animæ meæ. Ponam spiritu
« super eum, et judicium Gentibus nuntiabit.
« tendet, neque clamabit, neque audiet
« plateis vocem ejus. Arundinem quassatam
« fringet, et linum fumigans non extinguet, do
« ad victoriam judicium; et in nomine ejus G
« rabunt. (Matth. XII, 17—21.)

1, His commendatur eximia Christi
tudo, qui, cum esset Dei Filius uniger
coæqualis Patri, amore hominum perdito
scendit de cœlis, serviqne formam induit
Judæis solum, sed et Gentibus veritate
salutem denuntiaret. Mansuetus iste *Ama*
num non contendebat, neque clamabat, uti
dere solent turbulenti novorum errorum
tores; sed cum omni mansuetudine ac
nuntiavit et nuntiari jussit Evangelium su
sionis suæ tempore *non contendit*, non
cum Pilato, dum ab eo capitis damnatus
ditus est Judæis, ut crucifigeretur. *Nequ*
vit, cum pro hominum salute sicut ovis
sionem duceretur. Quasi agnus coram

inum, infirmos patienter tolerat, imbecilles fovet, osque, qui præ sordibus vitiorum fœtent, ac ideo icini sunt extinctioni, admirabili clementia supportat. « Bonus noster Dominus et *Amator hominum*, non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat. » (Theodoret.) — Imitare, Sacerdos, Christi patientiam et mansuetudinem : erige lapsos, debiles sustine, miseros alleva, etc. « Qui peccatori non porrigit manum, nec portat onus fratris sui, iste quassatum calamum confringit; et qui modicam scintillam fidei contemnit in parvulis, hic linum fumigans extinguit. » (S. Hier.)

3. *Et in nomine ejus Gentes sperabunt.* « Hoc jam videmus impletum; et si per hoc, quod negari non potest, creditur et illud, quod imprudenter a quibusdam negatur, judicium novissimum. *In nomine ejus Gentes sperabunt.* Quis antea speraret Gentes speraturas in nomine Christi, quando enebatur, ligabatur, cædebatur, illudebatur, et crucifigebatur; quando et ipsi discipuli spem perliderant, quam in illo habere jam cœperant? Quod unc vix unus latro speravit in cruce, nunc sperant Gentes longe lateque diffusæ : et ne in æternum moriantur, ipsa, in qua ille mortuus est, cruce signantur. » (S. Aug.)

4. Justum est, ut Deo grates reddamus pro singulari benignitate, qua majores nostros e caligine gentilitatis transtulit in lumen fidei. Quas autem gratias referre poterimus miseri nos filii hominum? Si vel unicum solummodo amoris signum exhibuisset nobis Dominus, jam mereretur a nobis infinitas gratiarum actiones, cum ejusmodi charitatis affectus sit donum Entis infiniti. Quid jam agendum, cum innumera extent divinæ in nos benevolentiæ monumenta? — Deus ipse nobis suggerit

dilectus Filius, offerendo seipsum in ar
En itaque, Sacerdos! a te atque per m
honorem hunc infinitum vult Deus hodie
Firma fide ad aram procede, reverenter
Dei Filium, *Amatorem hominum*, cujus
eucharistia præsentiam universa credeba
tas Christiana :

Sec. III. S. IRENÆUS, Ep. et M., l. IV, *cont*
c. 18, al. c. 34, hæresim Valentinianorum, qui
non Conditoris mundi, sed alterius Dei filium
tendebant, refellit in hunc modum : « Quomod
eis, eum panem, in quo gratiæ actæ sunt, Corpu
mini sui, et calicem Sanguinem ejus, si non
bricatoris mundi Filium dicant, id est Verbu
quod lignum fructificat, et effluunt fontes, e
primum quidem fœnum, post deinde spicam,
num triticum in spica? » — Feuardentius in
hæc habet : « Quoniam hæc Irenæi verba, quan
sima, conatus est impius Ecclesiæ desertor et
tariorum alter in Helvetia corypheus Oecc

et Sanguinem Domini; id quod apparet ipsos
s, adversus quos contendebat, ceu confessum
e; et istud, de quo sibi cum adversariis convenit,
m facit argumentationis suæ. Sic enim ratiocina-
omodo vos asseritis panem illum, in quo gratiæ
e, Corpus esse Domini vestri; et calicem illum,
Sanguinis ejus, si negaveritis Dominum vestrum
ium Conditoris omnium creaturarum? hoc est,
'erbum, quo vitis fructificat et parit uvas, terra
primum herbam, deinde spicam, postremo ple-
icum producit? Nam si Conditorem harum rerum
pro sibi adversario (sicut vos putatis) haberet,
n panem et vinum, quæ ex illis creaturis fiunt,
, unde Corpus pariter et Sanguinem conficeret.»
s autem evidentissime patet, Irenæum constanter
se et docuisse, panem vi consecrationis reipsa
rum Corpus Christi, non figura vel significa-

V. In Liturgia Coptica S. Basilii (Murator., *de*
rg. t. I, p. 171). *Oratio* Oblationis sive proposi-
nis et calicis, hisce verbis concepta : « Domine
'iste, Fili unigeniti, Verbum Dei Patris, etc., roga-
secramusque bonitatem tuam, o Amator homi-
tende faciem tuam super hunc panem, et super
licem, quos super mensam hanc tuam sacerdota-
uimus. Benedic eos † sanctifica eos † et consecra
ransfer eos, ita, ut panis quidem hic fiat Corpus
nctum, et hoc mixtum in hoc calice Sanguis tuus
s, etc.»

'. S. Chrysost., homil. xxiv, *in I. Cor.* 10, ait :
benedictionis,... nonne communicatio Sanguinis
st? Quid hac re horribilius? quid, quæso, ama-
Hoc et Amatores faciunt, sua dantes. Sed qui

c. 4, *de missa,* ait : « Hierarcha sacrificans... *Sanctus, Sanctus, Sanctus....* Postmodum su proposita gratiam Spiritus implorat, per quam e crucis, invocationeque Spiritus consecratis, stati qui est vere Panis et poculum, ante se positum v namque Corpus ipsum est panis, et ejus ipsei lice Sanguis : et pro universo mundo Hostia, e que Propitiatorium, et vivæ deliciæ, infinitaq et solum revera Bonum in sacra mensa morta versis proponitur. Quocirca etiam pro omnibus fidenter precatur, Concipit enim fiduciam, Be Patientem (Amatorem hominum) coram se po sacrificio intuens. »

PRECES ANTE MISSAM.

Suscipe, Deus omnipotens, benignissin munera nostra, quæ hodie super altare e ad honorem et gloriam adorandi nomin

listi nos in regnum Filii dilectionis tuæ. Præsta, ræsumus, per merita ejusdem Unigeniti tui, ut tius beneficii magnitudinem admirantes, assidue agnificemus misericordiam tuam. Pater dulcissime! propitius esto cunctis peccatoribus, illis ræcipue, qui in tam effrenem peccandi licentiam ovenerunt, ut de misericordia tua aut desperent et nimium præsumant. Accende corda nostra, ut ilectum Filium tuum, *Amatorem hominum*, amore omplectamur reciproco, et ejus patientiam, mansuetudinemque imitari studeamus. Memento, etc.

AD CHRISTUM.

Domine Jesu! *Fili Dei, Amator hominum!* gaudeo t exulto, quia tam mira lenitate et mansuetudine vangelium tuum annuntiasti, et per Apostolos nos inter Gentes ubique terrarum propagasti. Veneror et demiror invictam hanc potentiam tuam et gloriam magnificentiæ regni tui. Regnum tuum, regnum omnium seculorum. Miserere mei, Jesu nitissime! qui arundinem quassatam non confrinis, et linum fumigans non extinguis, sed novo ncendis igne: veni in cor meum, *Amator hominum!* veni ad contemptibilem animam; visita hanc inicam; meam consolare mœrentem, alleva jacenem, confirma trepidantem, ciba esurientem. Summa lætitia et aviditate festino ad sacramentum amoris tui, o Salus gentium! Præpara tibi ipse lignum in corde meo domicilium. Amen.

AD B. V. MARIAM.

« Maria, Mater Dei! ora pro nobis secundum magnam commiserationem tuam, utpote quæ Mater es *benignissimi Amatoris hominum* Per te *Filium ei noscimus; per te fuit* Dominus virtutum nostrum, *dignique facti* sumus sancto illius Cor-

pore et Sanguine. Ne cesses intercede
nobis, ut ab inimicorum insidiis erepti e
cinio tuo salvati, laudem et gloriam semper
soli Deo, omnium rerum Conditori. A
(S. Ephræm.)

PRECES POST MISSAM.

O stupendum plane miraculum! Dilect
Filius, *Amator hominum* in corde meo! –
majestas in pectore talis ac tanti peccatori
cio, Domine Jesu! quid dicam vel cogit
qua ratione sat gratum me tibi pro tali b
valeam exhibere. Quid, si majorem habere
tiam Majestatis tuæ et extremæ vilitatis m
Igitur ad pedes tuos prostratus adoro te, D
tibique pro meo modulo demississimas a
tias, confidens de mansuetudine tua, quod e
hanc gratiarum actionem, et quam mihi
bonam voluntatem boni consulas.

Credo, mi Jesu! te verum esse Filium De
ditoris totius Universi. Indubitanter cred
cunque nobis per Ecclesiam tuam credenda
nis; præsertim credo, per sacram Commu
teipsum venisse in cor meum, qui amore h
venisti in mundum. Spero in te, mitissim
qui ab æterno dilexisti me; qui non tantun
disti te pro me in manus carnificum, sed
mihi iam omnissimo tradidisti te totum in

m mereris dilectionem, præsertim a nobis
quos de paganismi superstitionibus, de
tenebrarum sic eripuisti, sic attraxisti,
sti. Potissimum a me supra omnem mo-
gendus es, Domine! quia me præ mille
s ad Sacerdotii dignitatem evexisti. O
u! *Amator hominum!* incende me totum
itatis tuæ, vehementer enim desidero tui
nore conflagrare; et vel sola hæc cogi-
od te dilectum meum abhuc offendere, et
a te separari possim, ingenti me cruciat

o te, Salvator mundi! miserere mei, et
a multitudine iniquitatum mearum. Mul-
est super me misericordia tua, quæ meum
or, sitimque meam refrigeravit. Et nunc
te, ne memineris iniquitatum mearum. Si
cum facere volueris secundum flagitia
mihi! quid de me misero fiet, o homi-
ator optime? In me igitur peccatore
ineffabilem benignitatem tuam, et largire
et ego, et omnes qui te diligunt, regni
es simus, et videntes gloriam tuam, ado-
onitatem tuam, dicamusque simul, qui
idinem tuam videre promeriti fuerimus:
tri, qui fecit nos; gloria Filio, qui sal-
s, gloria Spiritui Sancto, qui renovavit
r infinita secula seculorum. Amen. »
.)

consummatisque diebus, cum redirent, rem
Jesus in Jerusalem, et non cognoverunt par
Existimantes autem illum esse in comitatu,
iter diei, et requirebant eum inter cognatos e
non invenientes, regressi sunt in Jerusalem, r
eum. Et factum est, post triduum inveneru
templo, etc. (Luc. II, 41-50.)

1. « Celebrato festo, aliis remeantibu
latenter remansit in Jerusalem, ne parent
dimento essent disputationi peragendæ c
peritis : vel forsitan hoc evitans, ne
parentes contemnere, si mandantibus non
Latenter ergo remanet, ne aut retrahatu
inobediens. » (Metaphrast.) « Sed quæret
Quomodo Dei Filius tanta parentum cura
potuerit obliviscendo relinqui? Cui re
dum : Quia filiis Israel moris fuit, ut te
festi vel Hierosolymam confluentes, vel a
redeuntes, seorsum viri, seorsum fœmina

›tos tuos et tu, si tuam vis invenire salutem. »
·. Bern.)

2. « Jesus in multorum comitatu non potest
nveniri. Ubinam igitur invenerunt eum? *In templo.*
bi enim invenitur Filius Dei. Et tu ergo quære
lesum in templo Dei : illuc propera ; ibi Christum
reperies. » (Origenes.) In templo, in domo orationis
si quæratur Dominus, facillime invenitur, Quo-
circa, Sacerdos! si desolatus fueris et afflictus, si
mæstus et aridus, si tepidus et infirmus, ingre-
dere templum Dei, diutius in oratione persiste, et
ibeque dubio gustabis et videbis! quoniam suavis
est Dominus. Si quid patiaris in anima vel corpore
ut honore; confestim ad templum propera. Ibi
lesum tuum, ac cum Jesu invenies solatium in ad-
versis, lumen in tenebris, consilium in dubiis,
auxilium in negotiis, levamen in doloribus, robur
in tentationibus, gaudium in contumeliis, subsi-
dium in quibuscunque necessitatibus.

3. Maria dixit ad Jesum : *Fili! quid fecisti nobis
sic? ecce pater tuus et ego dolentes quærebamus te.*
« Maria non famem, non sitim, non inediam time-
bat Puero, quem Deum esse noverat; sed tantum
subtractas aliquamdiu ineffabiles præsentiæ ejus
delicias querebatur. Tam enim dulcis erat Dominus
Jesus gustantibus eum, tam speciosus ad viden-
dum, tam suavis ad amplectendum, ut brevis ejus
absentia maximi doloris materia fuerit. » (Ælred.
Abb. Rhievall.) Respondit Jesus : *Quid est, quod
me quærebatis? Nesciebatis, quia in his, quæ Patris
mei sunt, oportet me esse?* Prima hæc Christi verba,
in Evangelio notata, satis aperte declarant divini-
tatem ejus, quod nempe verus sit Filius Dei et
Verbum Patris. Sacerdos quilibet, maxime Curator
animarum, sibimetipsi frequenter dicat : *In his,*

quæ Patris mei sunt, oportet me esse. Ad ho vocatum se sciat Presbyter, ut Dei hono animarum lucra promoveat. His inserviat a gilet præ omnibus aliis rebus. In his, q sunt, oportet esse Dei ministrum, non in h seculi sunt, non in rebus caducis, mund inanibus, etc.

4. Parentes Jesu *non intellexerunt verb locutus est ad eos*. Facile quidem perspicie quo Patre loqueretur, at *non intellexeru* nam specialiter essent Patris, in quibus esse oporteret, vel quomodo aut quar peracturus esset. Haud tamen ulterius gando eum urgebant, sed humiliter tace et nos fide humili credamus divina myste intellectu nostro capere non valemus. Si Omnipotens, eumque fuisse locutum certo sileat terræ vermiculus, imbecillis homo. qui jam duodecimo ætatis anno, sedens i doctorum, suas et illorum quæstiones it bat, ut omnes obstupescerent, iste Magist nus apertissime dixit : *Caro mea vere est c* Capharnaitæ quidem murmurabant, dicent *rus est hic sermo, et quis potest eum audire?* autem Christianus *potest eum audire* absq dalo, prout eum audiebant et affirmabant Doctores antiquissimi :

n.) in quo pecudes mactabantur, tantæ vene-
batur, ut ad illud non solum Judæi, divinæ
m habentes, verum etiam nationes a Testa-
longe remotæ, orandi gratia concurrerent;...
is templa Christi, ubi ejus Caro et Sanguis im-
idelibus sunt religiosis obsequiis veneranda,
recibus inexcusabiliter frequentanda? »

Humbert. Cardinal., *lib. contra Græcorum*
ait : « Reverendam Angelis et hominibus
e) institutionem sancta Sion, prima scilicet
que ad hæc moderna tempora, sicut ab Apos-
, fideliter retinuit; ut quidam Hierosolymita-
tificum datis epistolis significaverunt. Sic
am reliquerunt : » Ex ipsa sancta civitate Je-
it fides Christiana.... In ipso sancto et vene-
dimpletur divina et immaculata Oblatio D. N.
lecet per ordinem... Adhæc, si quid ex sancta
i eucharistia in Hierosolemitanis ecclesiis su-
a pyxidem mundam recondunt, et sequenti
icant ex ea populum; quia quotidie commu-
quod conveniunt illuc ex diversis provinciis
qui propter fidem et maximum amorem Filii
nicare ibi desiderant, quia et locus ipse vene-
anctior est omnibus locis in omni terra. »

Odo, Ep. Paris. (Labbe. *Ibid.* t. X. p. 1803),
ynodol., cap. v, n. 6, ait : « Frequenter mo-
i, ut, ubicunque viderint deferri Corpus Do-
genua flectant, tanquam Domino et Creatori
tis manibus, quoadusque transierit, orent. »

. Lucas, Ep. Tudens., lib. ii, *adversus Albi-*
Quod Deus in templis sit adorandus, ait :
mo orationis gratia ingrediatur in domum
s horis, et maxime, cum sacrosanctum Cor-

poris et Sanguinis Domini sacrificium celebratu
tunc vere in Corpore pro nobis assumpto de Virgin
et Homo adest Christus, et auget gratiam cunctis
tione sancta fideliter assistentibus. Licet ubique I
a Fidelibns adorandus, est tamen in domo oration
cialius. »

PRECES ANTE MISSAM.

Reverentia qua possumus maxima, te
Patrem veneraturi, templum tuum ingredim
immaculatam tibi Hostiam illic offeramus a
norem et gloriam sanctissimi nominis tui
oculi tui intenti in hæc Munera nostra divinis
quæ supremæ majestati tuæ offerimus in g
rum actionem pro manifestato Doctoratus Fi
primatu in templo sancto, ubi stupente Syna
cum ne litteras quidem didicisset, diffici
quæstiones enodando, Magisterii sui prin
cepit. Per hoc sacrificium tibi, clementi
Pater, gratias agimus pro eo quod unige
Filium tuum dedisti nobis *Doctorem justitiæ*;
que suppliciter imploramus infinitam Bon
tuam, ut omnibus Ecclesiæ Præsulibus ac P
teris, Concionatoribus ac Confessariis, effi
concedas gratiam, quo majori studio grav
sua munia exequantur, abjectisque negotiis

, gaudenter inveniant, eique deinceps insepa-
liter adhæreant. Amen.

AD CHRISTUM.

omine Jesu! qui a parentibus tuis magno qui-
dolore quæsitus, sed eo majori postea gaudio
ntus es; en, etiam ego te vehementer expeto,
olum quæro, te mecum habere desidero, Con-
tor optime! nam in exilio hoc tristissimo, in
peregrinationis meæ, sine te vivere nec volo
valeo. Occurre mihi, precor, o Gaudium ani-
meæ! veni, Lætitia cordis mei! Fac, ut videam
dulcissimum Solatium meum; inveniam te,
derium meum, teneam te, Amorem meum uni-
; amplectar te, Jesum meum, possideam te in
cordis mei, o Beatitudo interminabilis! Inve-
ı te, optatissimum Thesaurum meum; fruar
ummo Bono, sine quo nihil bonum. — Ubi es,
r mi, speciose forma præ filiis hominum? *Ubi*
bscondite Pulcher, quem desidero. (S. Aug.) —
mihi det, ut inveniam te, et deosculer te (Cant. VII),
amore langueo? — Non inveniris *inter cogna-*
t notos, non appares in foro, non sentiris in pu-
o. Scio quid faciam : festinabo ad templum
n, et in spiritu pœnitentiæ dolenter adibo aram
n; ibi *quæram quem diligit anima mea;* ibi ap-
ıendam te, et ducam in domum cordis mei;
me docebis, Sapientia æterna! ibi consolaberis
rentem, et satiabis omne desiderium meum. —
ı moras necto? Surgam, et quæram Jesum
ım, ut inveniam quem diligit anima mea.

PRECES POST MISSAM.

nveni quem diligit anima mea; tenui eum, nec
ittam. Habeo quem quæsieram; possideo Di-

mihi intellectum, ut sciam testimonia tua
vox tua in auribus meis; vox enim tua d
eloquia tua super mel ori meo. Beatus q
erudieris, Domine! nam verba vitæ æterna
Doce me sequi monita et exempla tua. «
riori jam ætate tua, humilitatis nobis
præbuisti. Non sedisti cum concilio vanit
in medio Doctorum, interrogans et audie
cum tamen scientiarum Dominus esses et
Patris Sapientia. » (S. Anselm. Cant.) E
discipulum tuum humilem et ita modestu
de rebus divinis ad populum me dicere op
non quæram honorem meum, sed gloriam
animarum salutem.

Domine Jesu! id præsertim mihi altius i
imprime, quod *in his, quæ Patris tui sunt,*
esse ministrum tuum. Avoca mentem mea
inanibus atque negotiis secularibus, quo
vacare possim rebus divinis. Avelle cor
cunctis seculi vanitatibus, ut sine obst
totum impendam pro gloria Dei mei, *qu*
quæ Patris mei sunt, oportet me esse. Ut tibi

o multoties refecisti me. Quid autem ego
ɔ? — Ah, peracerba cogitatio! de vitæ
ɔnia nihil sollicitus, identidem offendi te :
ipientiam meam longius a te abductus,
e ex oculis meis, et velut prodigus ille
liu sine te circumvagabar in regione lon-
; erravi in solitudine, in inaquoso. Et quo
ıe devenissem miser, nisi tu quæsivisses
ıntem me? Misericordias tuas in æternum
ɔo.

onsolabilis erat dolor parentum tuorum,
triduo desiderabant te, charissimum filium
ı, totum amabilem, totum desiderabilem. Sic
ɔe non raro faciem tuam subtrahis etiam iis
ɔ unice diligis. Delectaris quærentium studio,
nventus cumulas gaudium. Ne permittas, Do-
e, ut despondeam animum, si amisero te e
ıspectu meo. Dummodo te mecum habeam,
i te mentis obtutu non sentiam. Utinam sic
iatur tibi anima mea, ut nunquam tua excidat
atia, nec unquam familiarissimæ conversationis
æ solatio destituatur. — Heu! quanta foret
ɛtura! quam intolerabile malum, si amitterem
in æternitate pro tota æternitate! — Ne in
m horrendam miseriarum abyssum devolvar,
mper et ubique te præ oculis habebo. *Sicut*
uli servorum in manibus dominorum suorum, ut
otinus ad nutum eorum faciant imperata; sic
ego semper in te fixos tenebo oculos meos,
obliviscar præsentiæ tuæ. Fac, *Abscondite Pul-*
er! ut obtutum mentis meæ nunquam avertam
te, neque renuam obtemperare tibi ad nutum
luntatis tuæ. Da, precor, ut te suavissimum
sum meum, quem nunc invisibilem toties sus-
ɔio in templo, visibilem aliquando inveniam in
ɛlo. Amen.

DIE X JANUARII.

Jesus hominum arbitrio subditus.

MEDITATIO.

Descendit Jesus cum Maria et Joseph, et venit Nazar et erat subditus illis. Et Mater ejus conservabat o verba hæc in corde suo. Et Jesus proficiebat sapie et ætate, et gratia apud Deum et homines. (Luc. 51—52.)

1. Unigenitus Altissimi *erat subditus* hominib Creatoris Filius obediebat creaturis. Humili subjiciebat se arbitrio Matris suæ Mariæ, et sephi Patris sui putatitii. Nunquid hoc præclar obedientiæ et humilitatis exemplum? Quid in alt seculo fiet de contumacibus illis, qui obed nolunt, nisi perversis affectionibus suis? Qu pœna manet philosophos, incredulos, ambitios filios hujus seculi, qui sese magnifice circums cientes, nec Deo, nec Ecclesiæ, nec Potes sublimiori se subjicere volunt? « Jesus erat s ditus illis (ait Origines), omnibus filiis exempl tribuens ut subjiciantur parentibus. Quid loq de parentibus et filiis? Si Jesus, Filius, Dei subj tur Josepho et Mariæ, ego non subjiciar Episco qui mihi a Deo constitutus est Pater? » — *Je erat subditus illis.* — « Disce, homo, obed (monet S. Bern.); disce, terra, subdi; disce, p vis, obtemperare; erubesce, superbe cinis! Deus se humiliat, et tu te exaltas? »

2. *Mater Jesu conservabat omnia verba hæc corde suo.* Maria memoria conservabat et hæc cetera quæ de eo viderat et audierat, confere in corde suo. Ita beatissima Virgo jam tunc n providebat, ne tam dulcia, tam necessaria, ali

ia laberentur, et ita nec scriberentur, nec
ntur, et sic posteri hujus spiritualis
eliciis fraudarentur. Omnia igitur Virgo
sima fideliter conservavit, verecunde ta-
ortune prodidit, et sanctis Apostolis præ-
ommisit. » (Ælredus Rhievall.) « Omnia,
a Domino dicta sive acta sunt, Mater
igentius in corde retinebat, ac sollicite
emoriæ commendabat, ut, cum demum
rædicandæ sive scribendæ Incarnationis
eniret, sufficienter universa, prout essent
sset explicare quærentibus. Imitemur et
res, piam Domini Matrem : nos quoque
rba et facta Salvatoris nostri, fixa in corde
; horum meditatione assidua, importu-
ium nocentiumque cogitationum repella-
rsus; horum crebra collatione et nos et
nostros a fabulis supervacuis et detrac-
lloquiis abducere curemus. » (Ven. Beda.)

sus proficiebat sapientia propter eos, quos
itiam componebat; *ætate*, corpore ad fir-
ætatem producto; *gratia*, qua recreante
icimus : *apud Deum*, consummavit enim
ris, assumpta carne et redemptis nobis :
homines, quos ab idololatria ad divinam
notitiam transtulit. » (Amphil.) « Si per-
eus erat Christus, quomodo *sapientia et*
m proficere dicit Evangelium? Non debe-
applicare Divinitati; secundum illam enim
escit neque deficit. Proficiebat vero cres-
ndum naturam nostram in servili forma. »
s.) « Proficiebat *ætate* quidem corpus,
vero anima. Divinitas quippe neutrum
crementum; omni enim ex parte perfec-
Dei Verbum. Jure autem cum ætatis

augmento conjunxit incrementum sapientiæ; pro mensura enim ætatis corporis, Divina Natura sapientiam suam revelabat. Cum ergo audis, *Proficiebat sapientia et gratia*, ne factam illi sapientiæ accessionem aliquam existimes (Dei enim Verbum nullius eget), sed quia videntibus sapientior semper atque gratior apparebat Christus, inde proficisse dictus est. Cum se enim quotidie Deitas in eo detegeret ac manifestaret, majori semper videntibus admirationi habebatur. » (Theodoret.) « Deus vere Christus infirmitates nostras tulit, quid si etiam infantiæ ab utero Matris suæ? Tanto indignius elucescit sublimitas mysterii Verbi Divini, quo amplius se prodit humilitas in statu exinanitionis, nobisque se admirandam præbet ad exemplum. » (Bossuet.)

4. Quamvis autem admiranda et vere stupenda fuerit illa humilitas, qua Dei Filius, Immortalis de immortali, *subditus erat* hominibus mortalibus, eorum ad nutum et arbitrium se accommodando, longe tamen majori nobis admirationi debet esse humilitas illa, qua Christus in sacrificio nostro se submittit arbitrio Sacerdotis, hominis miserrimi et peccaminosi. — Ad vocem Josue *stetit Sol in medio cœli* (Josue x), *obediente Domino voci hominis*. Hodiedum unigenitus Dei Filius obtemperat homini, dum ad Sacerdotis vocem mox per miraculum in altari se sistit; modo manibus gestatur, modo elevatur in altum; nunc ponitur in sacra mensa, nunc in Tabernaculum includitur; jam defertur ad ægros; jam ore, jam corde suscipitur, tempore ac momento quo placuerit Sacerdoti. Verbo: ad hominis peccatoris arbitrium moveri et tractari se sinit Homo-Deus, humilis Jesus. — Itaque, Sacerdos! humiliter accede ad Jesum humilem. Ne

ɜs tua turbetur vel offendatur admira-
ıoris eucharistici humilitate, lege sub-
:um testimonia :

IGNATIUS, Ep. Antioch. et Martyr, *epist. ad*
), ait : « Obediatis Episcopo et Presbyterio
ulsa, frangentes Panem unum, qui pharma-
talitatis est, antidotum, ne moriamur, viva-
in Jesu Christo. »

In LITURGIA Græca, cui præfixum nomen
[urat., t. I, p. 171), *Sacerdos dans Commu-*
ɔ, dicit : « Corpus sanctum. Sanguis pretiosus
ei Salvatoris nostri. »

S. HILARIUS, Ep. Pictaviens., lib. VIII, *de*
3, Verbi Divinitatem adversus Arianos stabi-
ıbet : « Christus ait : Caro mea vere est esca,
neus vere est potus ; qui edit Carnem meam,
ɣuinem meum, in me manet, et ego in eo. De
nis et Sanguinis non est relictus ambigendi
enim et ipsius Domini professione, et fide
Caro est, et vere Sanguis est. Et hæc accepta
ı id efficiunt, ut et nos in Christo, et Christus
Anne hoc veritas non est? Contingat plane
non esse, qui Christum Jesum verum esse
ant. »

. GELASIUS I, Papa, ut certo aliquo indicio
ınculo in urbe latitantes, et fidem orthodoxam
a Catholicis discernerentur, pro necessitate
loci edito Decreto constituit, ne aliter quam
specie panis et vini sacra eucharistia distri-
ıbb., *Conc.*, t. IV, p. 1156.), Verba Canonis
ɪn *distinct.* II, *de consecrat.* hæc sunt : « Com-
:m, quod quidam sumpta tantummodo Corpo-

utra tantum specie communionem sumere.

Sec. XI. S. Lanfranc., Ep. Cantuar., l. *de Sang. D.*, c. 9, ait : « Ambrosius volens discrepa tendere inter manna Judæorum et sacrificium norum, per hoc videlicet quia illud umbra et fig hoc vero lux et veritas; illud e cœlo, hoc Corpus cœlorum, ne tantam elementorum in tantarum conversionem mens credere refugeret, subjunxit, Probemus, hoc non esse, quod natura formavit, benedictio consecravit, majoremque vim esse be nis quam naturæ, quia benedictione etiam nat mutatur. Panem vinumque a natura formari, n ambigit, nemo qui nesciat. De quorum vera i Corpus Domini conversione non oportere dubita festis ostendit exemplis, narrans imprimis Moys in serpentem versam, postea aquas in sanguinem pluraque in hunc modum. Ad ultimum, præm magno ac singulari miraculo de partu Virginis, *Hoc, quod conficimus, Corpus ex Virgine est.* Et ram præponeres Potentiæ, quasi non posset Deu

Odo, Ep. Camerac., *Exposit. Canonis Miss.* ıa illa consecrationi Calicis inserta, *Mysterium* plicat : « Est mysterium fidei, quia, quod cre- ıibilibus quibusdam obtegitur, nam verus ›ditur, quod vinum visu sentitur et gustu. »

Innocentius III. Pap , lib v, Epist. 121, *ad celebrat. Miss.*, hæc respondet : « Dicitur Mys- i, quoniam et aliud ibi creditur quam cerni- d cernitur, quam creditur : cernitur enim spe- t vini, et creditur veritas Carnis et Sanguinis. »

PRECES ANTE MISSAM.

at ad te, Pater misericordiarum, nostra o ; et descendat super nos tuæ benigni- eratio, quoniam Divinæ tuæ Majestati Hostiam sanctam ad honorem et gloriam ıi, in testimonium submississimæ nostræ ıis in summam Potestatem tuam, et in ı actionem pro cunctis muneribus a te maxime pro insigni documento humili- fundissimæ, quæ unigenitus Filius tuus est in domo Nazareth se subjicere Mariæ › et Josepho Nutritio suo. Per hoc Missæ m, agimus tibi gratias pro inæstimabi- ɜ actibus Theandricis, seculo quidem ·, tibi autem æterno Patri cognitis, et a inite dignificatis, quos idem Verbum tuum um, Jesus Christus Dominus noster, ab .tis duodecimo usque ad tricesimum, in exercuit; impetretque nobis Credenti- llorum vis et efficacia in omnes quoque actus et labores nostros, eosque reddat s et gloria æterna dignos.

.le fiat tibi, omnipotens Deus, istud altaris m,per quod a te impetrare confidimus,

ut nobis omnes noxas atqu
mis peccata superbiæ ac c
ignoscas, simulque necessa
tribuas, ut Christi Filii tui
dientiam non tantum admire
imitari conemur. Da, quæsu
ut omnes, qui alterius po
admirando Filii tui exemplo
sub potenti manu tua, et ob
Fac, optime Pater, ut omnes
filii parentibus, discipuli m
senioribus, famuli heris,
A contumacia ad animorum
ducito ambitiosos, qui ha
Ecclesiæ, nec potestati su
voluerunt. Da nobis omnibu
mur divina mandata tua et
trorum. Memento NN. Illi
Defunctis Sacrificium hoc f
ob peccata superbiæ vel i
piacularibus flammis quadra
simum.

PRECES POST

Felix, felicissimus ego, q
diis meis habeo Jesum m
summum Bonum, et ætern
— Magna est tua in me b
Jesu! Fili Dei! nam, qui d
tibus tuis, et venisti Nazare
descendisti, factus cibus a
adoro te, o Domine Jesu, qu
in cœlo, propter homines fa
Tu Creatoris Unigenitus
subditus fuisti meris hom
morigeros redimeres et

ıtis mysterium! « In cœlo Filius Dei, in
rvus hominum; in cœlo Dominus, in terra
i; in cœlo magnus, in terra parvulus; in
'es, in terra egenus; in cœlo thronus divi-
'erra civitas exigua; in cœlo sinus Patris
ıs, in terra domus angusta; in cœlo Panis
ım, in terra Cibus viatorum. » (S. Laur.
ıstupesco, Domine, hoc investigabile hu-
ac charitatis tuæ mysterium.
ı suavissime! obedientiæ nobis formam
i, dum parentum imperio tu Imperator
umiliter subditus extitisti. » (S. Anselm.)
us per te existentibus obtemperasti; mor-
rbitrio te submisisti. — « Quantum con-
ıperbiam vanitatis meæ, o Jesu humillime!
liquid scio, vel potius scire mihi videor;
ilere non possum, impudenter me et im-
ır ingerens et ostentans, promptus ad
ım, velox ad docendum, tardus ad au-
. » (S. Bern.)
co insolentiam meam, et pudore suffusus
qui tecum, o Fili Dei! Tu hominibus eras
; imo et mihi jam sæpissime obtempe-
quotidie obtemperas voci meæ ad aram
ınsmutando panem et vinum in sanctissi-
ırpus et Sanguinem tuum; ego autem
uperbus jam toties recusavi obedire tibi
ıperioribus meis. Ad pertinaciam inclinata
ıtas mea per primam protoparentum ino-
ım. Obsecro te igitur, o potentissimum
ıum, cujus virtuti nihil resistere potest,
ıbellem meam voluntatem, ut promptius
voci tuæ, cujus imperio Sol et Luna et
eli obtemperant, cursus suos accurate di-
ad nutum tuum.
nunc offeram tibi, Domine, qui teipsum

mihi totum donasti? Aliud non habeo quod tibi sacrificem, nisi propriam voluntatem : hanc offerens hanc abnego, hanc in manus tuas depono. Et si quidem mihi præsto fuerit adjutorium tuum quo suppliciter imploro, deinceps imitabor exemplum humilitatis tuæ, nec gravabor obtemperare Præpositorum meorum arbitrio. Scio, mi Jesu! quia vir obediens loquetur victorias in hoc seculo, et gloriæ coronam accipiet in altero. Amen.

DIE XI JANUARII.

Jesus veniens ad Joannem Baptistam.

MEDITATIO.

In diebus illis venit Joannes Baptista in omnem regionem Jordanis, prædicans in deserto Judææ baptismum pœnitentiæ, et dicens : « Pœnitentiam agite ; appropinquavit « enim regnum cœlorum. » Videns autem multos Pharisæorum et Sadducæorum venientes ad baptismum suum, dixit eis : « Genimina viperarum! quis ostendit « vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos « pœnitentiæ etc. » (Matth. III. 1—15. Luc. III. 1—20.)

1. « Joannes dignos fructus pœnitentiæ admonet esse faciendos. Quisquis enim illicita nulla commisit, huic conceditur ut licitis utatur. At si quis in culpam lapsus est, tanto a se licita debet abscindere, quanto meminit se perpetrasse illicita. Per hoc ergo quod dicitur, *Facite fructus pœnitentiæ*, cujuslibet conscientia convenitur, ut tanto majora quærat bonorum operum lucra per pœnitentiam, quanto graviora sibi intulit damna per culpam. Sed Judæi se peccatores agnoscere nolebant, qui de Abrahæ stirpe descenderant; quibus recte dicitur : *Et ne cœperitis dicere : Patrem habemus Abraham; dico enim vobis, quia potens est*

is de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Quid ides, nisi corda Gentilium fuerunt, ad intellec- ı Dei omnipotentis insensibilia? Nec immerito idum nomine Gentes significatæ sunt, quæ la- es coluerunt; unde scriptum est : Similes illis ıt, qui faciunt ea. De quibus lapidibus filii rahæ suscitati sunt, quia, dum in Christo cre- lerunt, Abrahæ filii facti sunt. Judæi autem ɔpter perfidiam Abrahæ filii esse desierunt. » Greg. P.) « Sibi ergo habeant arrogantiam, ıi divitias, qui Abraham patrem venditant Ju- ıi; nobis et ad salutem et ad gloriam satis est ristus, qui nos quasi de lapidibus in filios ırahæ suscitavit, Judæis contra de Abrahæ filiis novi generis lapides obrigescentibus. » (S. Pau- ı. Nolan.)

2. Existimante autem populo de Joanne, ne forte ıe esset Christus, respondit Joannes : *Ego qui- n aqua baptizo vos; veniet autem Fortior me, cujus n sum dignus calceamenta portare, etc.* — Tanto rtutum splendore nituit Joannes Baptista, tanta ırborum vi prædicavit, et audientium animos ita ıxit, ut dubitare cœperint an non ipse forsan ıset Messias. At Joannes, Vir animi submissis- mi, respondit se non esse quam opinarentur, ıo ne dignum quidem qui Christi calceamenta ɔrtaret. Adjecit insuper : *Cujus ventilabrum in nu ejus, et purgabit aream suam.* — « Area est ɔclesia; hic ergo triturandi sumus, hic ventilandi. ɔcesse est enim ut diversis modis tentetur Eccle- a, donec purgetur. Et primum quidem ventilave- nt illam Judæi, deinde Gentiles, modo hære- ıi; postremo ventilabit eam Antichristus. » . Chrysost.) « Post trituram vitæ præsentis, in ıa nunc triticum sub paleis gemit, ita illo extremi

prohibebat eum, dicens : *Ego a te debeo* [illegible]
et tu venis ad me? Respondens autem Je
ei : *Sine modo ; sic enim decet nos implere o*
titiam. Tunc dimisit eum. — Sic etiam vir
dotio initiatos *decet implere omnem justi*
aliis præsunt, discant a Christo et ipsius
sore, humilitatis ac pœnitentiæ exempla
populo. — Joannes, videns innocentem A
inter peccatores advenire baptizandum,
hæsit, et exclamavit : *Ego a te debeo baptiz*
venis ad me? Quid ergo dicat Sacerdos, qui
vel agat, qui firmiter credit in altaris
eumdem adesse Jesum, non ut baptizetu
offeratur et manducetur? Summa hujus sa
dignitas per se considerata, justum potest
metum homini, vilitatem indignitatemq
expendenti. Quis enim dignum esse reput
sanctum portare Corpus illius Domini,
sola calceamenta portare indignum se p
vit Joannes? — Attamen Christi benig
suamque nobis gratiam in hoc mysterio
nicare volentis, erigit animos nostros,

V. S. Augustin., lib. II, *contra literas Petilian.* 87, ait : « Sient aliud est pascha quod Judæi de brant; aliud autem, quod nos in Corpore et San- omini accipimus : sic alius fuit baptismus Joannis, baptismus Christi. » — Antithesis seu differentia ı figuram sed veritatem Corporis Domini in sacra- stendit.

VIII. S. Gregor II, Pap. (Apud Labb. t. VII, n epist. I, *ad Leonem Isaurum Imperat.*, ait : us in Jordane fluvio baptizatus est, et nos quoque it.... Hierosolymam ingressus, in cœnaculo sanctæ sæ Sion in mystica cœna sacrum nobis Corpus posuit, et pretioso nos Sanguine suo potavit. Illic... is noster est factus. »

XII. Concilium Eborac., an. 1194. (*Ibid.*, t. X, can. IV, statuit : « Ut nonnisi summa et gravi ur- cessitate Diaconus baptizet, vel Corpus Christi ı eroget... Ut, quoties Sacerdos ad puerum bapti- , vel infirmum communicandum invitatur moras e non præsumat. »

XIII. Richard. Ep. Carum (*Ibid.*, t. XI, p. 259), cap. 39, ait : « Cum eucharistia ad ægrum fuerit la, habeat Sacerdos illam in pixide munda, in qua ı mundissima; et in ea deferat Corpus Domini- ægrotum, linteo mundo superposito; et lucerna nte, præcedente quoque tintinnabulo, ad cujus excitetur devotio Fidelium. » — Præscribitur leferendo Corpore Dominico pixis munda, bursa linteum mundum : nonne pro sumendo etiam cor n?

XIV. Gerard. Zutfan., lib. I, *de reformat. interior.*, *præparatione ad sumptionem Corporis Chr.*, ait :

« Sacerdotis ore verba proferantur, et Dei virtute consecrantur et gratia. Quomodo igitur tu ad illam mensam, ad præsentiam Christi, ad tactum Filii Dei, intrepidus audes accedere, quem Joannes Baptista tangere contremiscit?

PRECES ANTE MISSAM.

O Pater de cœlis Deus! coram Majestate tua augustissima prostratus ego famulus tuus, in memoriam mihi revoco mirandum Unigeniti tui amorem, quo servi forma et peccatorum nostrorum sarcina sponte suscepta, pro nobis se obtulit tibi hostiam salutarem, et cum peccatoribus venit ad baptismum Joannis. Tibi gratias ago, Sancte Pater, pro speciali gratia sanctificationis, qua me (tot infidelibus relictis) a labe originalis culpæ liberasti, et exornasti donis tuis, quibus subinde in perniciem meam me fuisse insipienter abusum, fateor et doleo. Nunc autem mecum constitui, donis tuis ad promovendam gloriam tuam et animarum salutem melius uti. Per efficaciam hujus Oblationis spero ab infinita clementia tua scelerum meorum veniam, opemque tuam divinam, ut salutem meam et alienam continenter operari valeam. Hanc insuper gratiam peculiarem a te precor, ut miserum me peccatorem, quem in originali culpa natum renasci per baptisma fecisti, moribundum aliquando in statu innocentiæ secundæ constituas, omnibusque peccatis absolutum, tanquam triticum suscipias in horreum cœleste. Memento, Pater, Fid. N. N.

O Fili Redemptor mundi Deus! ad Joannem venisti baptizandus, non a reatibus propriis, quibus maculari haud poteras, o Sancte sanctorum! sed abluendus a nostrarum maculis iniquitatum, quas ultro pro nobis et a nobis in te suscepisti;

ctificaturus simul baptismatis undas, quibus et
ab originali peccato fui lotus. Verum non
ltis post annis, actualia (proh dolor) peccata
amisi quam plurima, et hactenus auxi debita.
omodo jam miserabilis ego peccator audeam
re sacram mensam, et portare Corpus Domini
mei, cujus nec calceamenta portare dignum
judicavit Joannes innocens? Dolenter equi-
n confessus sum injustitiam meam adversum
, mihique jam videor (miserante te) justifica-
; sed heu! inscrutabile mihi est cor meum.
am igitur imploro clementiam, bone Jesu, qui
utaris corda hominum; ab occultis meis munda
, et ab alienis parce servo tuo. Amplius lava
ab iniquitate mea, ut super nivem dealbatus
Sanctum Sanctorum in tremendo altaris mys-
io sancte suscipiam, nec amplius in vita mea
sinam facere fructus dignos pœnitentiæ.

O Spiritus Sancte Deus! sine tuo numine nihil
t in homine, quod Deo placere valeat. Sine
, nec bonorum operum fructus facere possum,
e ad eam pervenire sanctitatem, ad quam me
æ mille aliis in sacro baptismate vocasti. Ad-
e sanctum me esse oportet ob Officium Sacer-
tale. Sancti esse jubebantur antiquæ Legis
erdotes, qui præter umbram sacrificii nostri
habebant; quanto magis ego rem ipsam trac-
s atque veritatem, sanctus esse debeo, segre-
us a seculi vanitatibus, innocens, purus, castus,
nibusque virtutibus exornatus? At quis talem
ciet me? quis emundabit animam meam tot
ictorum sordibus fœdatam? Tu solus, ado-
ide Spiritus Dei! qui Joannem Baptistam sancti-
isti jam in utero matris suæ; tu es unicus
ctificator noster, a quo pendet omnis sancti-
atio nostra. Sanctifica nunc cor meum, ut digne

Sacris operari, et deinceps sancte vivere valeam. Amen.

PRECES POST MISSAM.

Quid hoc, amantissime Jesu! Angeli te Deum Sanctum collaudant in cœlo, *et tu venis ad me?* — Homo sum ego vere miser ac longe vilissimus; *et tu venis ad me?* Virtutibus careo, variis laboro vitiis, noxarum maculis totus squaleo; *et tu venis ad me?* — Bone Deus! obstupesco hanc immensam benignitatem tuam. Attonitus aliquando hæsit Joannes Baptista, cum eidem te sisteres baptizandum inter peccatores. Quid dixisset, quid egisset, si tuam illi Carnem manducandam aut Sanguinem tuum bibendum obtulisses? Et tamen hoc ipsum mihi nunc contulisti beneficium. Miranda plane tua in homines est beneficentia.

In tenera quidem ætate tua, Domine Jesu, præclarum et humilitatis et patientiæ nobis exemplum dedisti. « At ubi robustioris postmodum ætatis tuæ plenitudo advenit, egressus es in salutem populi tui ut gigas fortis, ad currendam viam totius miseriæ nostræ. Et primo quidem, ut per omnia te fratribus assimilares, servum tuum Joannem, baptizantem peccatores in pœnitentiam, etiam tu tanquam peccator adiisti, et baptizari voluisti, innocens Agnus Dei, quem nulla peccati contagio unquam maculavit. Baptizatus es, Domine! non te in aquis, sed aquas in te sanctificans, ut per eas sanctificares nos. » (S. Anselm.)

Fac, o Jesu! ut Præcursoris tui vestigiis insistam, qui triginta fere annis in deserto rigidam prius pœnitentiam exercebat opere, quam postmodum prædicavit ore. Fac, ut ipse ego fructus

dignos pœnitentiæ faciam, memor illius diei tremendi, ubi paleis in ignem æternum projectis, triticum tuum congregabis in horreum. Domine Jesu! semper mihi ob oculos pone ignem illum inextinguibilem, ne unquam cessem agere pœnitentiam. Non permittas, clementissime Salvator, ut obliviscar illarum ultricium flammarum quibus impœnitentes cruciabuntur sine fine. Lugebo semper in hac vita, ubi nullo die securus sum ab illa securi quæ jam ad radicem arborum posita est.

« Horridus tenet me timor et tremor, dum prospicio mortis ictum mihi latenter supervenientem; cum nullam aut exiguam emendationem præferam. Ad pedes tuos ego miser prostratus, non audeo ad te levare oculos meos. De profundis ad te clamo, Domine! propitius esto mihi habenti spem meam in te. Fac, ut sententiam æternæ damnationis effugiam. Suscipe deprecationem sordidi oris mei, Salvator mundi! Ex universis iniquitatibus meis libera me. Ne renuas, optime Domine, liberare me a servitute dæmonis. Cum cordis timore te exoro, qui sponte me redemisti, qui gratis etiam amasti me, usque adeo, ut propter me Carnem assumeres, mortemque subires, *atque teipsum mihi in cibum præberes*. Nunc autem immemor esse videor tantæ bonitatis tuæ, Salvator! servituti subjectus affectionum mearum pravarum. Quotidie clamo, Peccavi; et quotidie peccare non desino. Meipsum itaque condemnans, jaceo coram te, optime Jesu! miserere mei, et concede mihi peccatorum remissionem, o Deus misericors et omnipotens, qui potes de lapidibus suscitare tibi filios. Complaceat tibi, Domine, ut lapidea anima me virtutibus fæcunda appareat. Infructuosas cogitationes meas evelle, et combure igne Sancti Spiritus. Noli me exscindere tanquam arborem sterilem, et mittere in ignem

inextinguibilem. Neque declares me paleam ad ignis æterni pabulum; sed tanquam triticum tuum Deus meus congrega me in horreum tuum. Qui vivis. » (S. Ephræm.)

DIE XII JANUARII.

Jesus a Joanne baptizatus in Jordane.

MEDITATIO.

Venit Jesus a Nazareth Galilææ : et baptizatus est a Joanne in Jordane. (Marc. I, 9.)

1. Quare Dominus et Salvator noster a Joanne baptismum accepit, cum ab omni culpa purissimus esset? S. Hieronymus respondet : « Ut baptisme Joannis antoritatem daret, aquam sanctificaret, populo manifestus fieret, ac denique omnem justitiam et humilitatem legis impleret. » — Christus, qui omnibus se Legis antiquæ constitutionibus subjicere prius voluit, quam substitueret Legem novam, ideo et Joannis baptismum accepit, antequam suum institueret Baptisma, ut sic *impleret omnem justitiam;* ut baptismum tanquam ex Patris mandato institutum honoraret, et ad communem populi salutem introductum, autoritate sua nobilitaret; ut aquas baptismi sui præpararet, suæque carnis immaculatæ contactu sanctificaret ad emundandas animas.

2. Præterea Jesus eo fine baptizari voluit, ut præluceret nobis illustri submissionis seu humilitatis exemplo, quo vitam suam absconditam terminare, ac publicam sive activam inchoare volebat. Eapropter hic Agnus innocens inter peccatores baptismum pœnitentiæ humiliter accepit, ne homines superbi erubescant agere pœnitentiam

ue seipsos accusare, postquam non erubuis-
it peccare. — En itaque, Sacerdos! te pariter
et implere omnem justitiam, et exacte servare
ncta divinæ legis mandata; id quod solemniter
in baptismo, et in sacrorum susceptione Ordi-
m promisisti. Si autem fidem tibi datam viola-
ris, haud aliud tibi superest æternæ salutis re-
edium, nisi humilitas pœnitentiæ.

3. Considera hic, Sacerdos, singularem Dei erga
misericordiam et benignitatem. Per lavacrum
generationis ipse te mundavit ab originali pec-
ato : in vera fide, in Ecclesiæ gremio, in littera-
um studiis educari te fecit : a puero te paterne
vit, custodivit, delinquentem sustiuuit, aberran-
m revocavit, redeuntem suscepit. Nec pane tan-
um terreno corpus tuum aluit, sed et animam
uam Pane cœlesti jam toties cibavit. Quid? quod
t hodie dabit tibi Dominus misericors eumdem
anem vitæ in Missæ sacrificio. Grata igitur mente
d mysticam accede mensam, nullus dubitans de
eritate Dominici Corporis et Sanguinis in sacra
ynaxi, quam in prioribus Ecclesiæ seculis ubique
alam invenies assertam :

Sec. V. THEODORET., quæst. XXVII, *in Exod.*, illa Apos-
oli (I. Cor. x.) verba, *Omnes in Moyse baptizati sunt,*
omnes eamdem escam spiritalem manducaverunt, etc.
a explicat : « Moyses Christi Salvatoris typum gerit;
anna vero Cibi cœlestis; aqua autem, quæ de petra
ressa est, Sanguinis salutaris. Quemadmodum enim illi,
bi mare rubrum transierunt, cibo peregrino et aqua
opinata potiti sunt : ita nos post salutarem baptismum
rticipes sumus divinorum mysteriorum. » — Israelitæ
uodammodo *baptizati in nube et in mari* postmodum
otiti sunt cibo peregrino et potu inopinato. At longe mi-

num more positum est, ut aqua laventur et oleo ur
idcirco in baptismo gratiam Spiritus cum oleo
copulavit : eodem modo, quia ita fert hominum
consuetudo, ut panem edant, vinumque et aquam
ideo Divinitatem suam cum eis conjunxit, eaque
et Sanguinem suum fecit. »

Sec. IX. Leidrac. Ep. Lugdun (Mabillon, *Vet.*
p. 83), *lib. de sacram. baptism.*, c. 9, *de Corp. et S*
hæc habet : « B. Augustinus ait : Optime Punici C
baptismum ipsum nihil aliud quam *Salutem*, e
mentum Corporis Christi nihil aliud quam *Vi*
cant... Nam quid aliud tenent, qui baptismum
Salutis appellant, nisi quod (Tit. 3.) dictum est
nos fecit per lavacrum regenerationis? Quid aliu
qui sacramentum mensæ Dominicæ *Vitam* voc
quod dictum est : Panis, quem ego dedero, Caro
pro seculi Vita? »

·ocreantur. Ita et nos Prædicatorum cultura in
rati, conspersione baptismatis regenerati, postea
s operibus dediti, et afflictionum exercitio attriti,
um corpus efficimur. »

:. Bruno, Ep. Herbipolens., *in Psalm.* 138, v. 14,
cramenta divina ante adventum Domini occulta
ut Baptisma sacrum, et Corpus et Sanguis Do-
æ eo veniente claruerunt. » — Ita sane, nemo
rtalium noverat vel audiverat quidquam de his
ıcramentis.

II. Anselm. Ep. Havelberg., l. III, *dialog.*, c. 20,
ecte nos aquam vino ante Consecrationem mis-
t simul consecrantes, Sanguinem solum post
tionem sumimus; quia prius aqua baptizari,
um vero Sanguine Christi nutriri ac satiari
»

PRECES ANTE MISSAM.

; multa et magna mihi beneficia tribuisti,
mnipotens, æterne Deus! Tua in me chari-
ɔeneficentia longe superat angustos intel-
mei limites. Singulos vitæ meæ annos si
», ingentem beneficiorum tuorum invenio
linem. Grato igitur animo nunc altare tuum
Optime Maxime! sacrificium tibi gratissi-
t eucharisticum oblaturus, in gratiarum
m pro omnibus donis ac bonis, quæ jam
» ineunte ætate in hanc usque horam de
ıa paterna gratis accepi.
atias ago tibi, benignissime Deus, quod
illius momenti pulvisculum, per lavacrum
aptismatis ab originali culpa emundaveris,
que fidem donaveris, quam etiam augere
sinis per illuminationem gratiæ tuæ, per

tuam resipiscerem. Quodsi mecum, ut pro
ram, agere voluisses, jam dudum anima mea
meris culpis ac negligentiis onusta periiss
sanctissima hæc altaris mysteria gratias ag
Pater omnipotens! quod me a periculoso
Mundi consortio, a peccandi occasionibus se
tum adjunxeris Sacerdotibus tuis, opportuni
que tibi soli serviendi concesseris. Gratia
quod ex innumerabilibus insidiis, tentatio
angustiis, tribulationibus atque periculis m
tenus liberaveris, dirigens, conservans, et
gens animam meam et corpus meum, ac mir
dispensans omnem vitæ meæ ordinem int
spera et adversa. O Pater suavissime! pro on
quæ mihi largitus es a primis infantiæ mea
bulis, et pro universis beneficiis tuis quæ
libet aliis hominibus unquam dedisti ac
es, ego ex intimis meis, sicut possum, tibi
ago. » (Ludov. Blosi.)

Domine Deus! clementer aspice hanc O
nem, quam Ecclesia Catholica præsentat
Majestati tuæ in gratiarum actionem pro

um reviviscat. Largire donum fidei, gratiam-
baptismi, paganis, Judæis, aliisque remotio-
s populis, qui densis errorum tenebris invo-
sepultique jacent, ut Ecclesiam tuam ingressi,
serviant, tuorumque nobiscum bonorum atque
missorum participes fiant. Hujus virtute sa-
ficii da Christianis adhuc innocentibus gratiam
m, ut, quam in baptismo acceperunt, innocen-
vestem candidam, immaculatam deferant ad
rificum tribunal tuum. Omnibus auxiliare fa-
lis tuis, ut per sanctæ conversationis perse-
antiam, hi qui in adoptionem vocati sunt filio-
n, intrare mereantur in possessionem heredum.
mento, etc.

PRECES POST MISSAM.

bone Jesu! quid boni ego habeo servus tuus,
oniam iterum ad me venire dignatus es? Ah,
ps et pauper sum ego, plenus solummodo vitiis,
repletus multis miseriis. Ut quid igitur rursum
ressus es cor meum sordidum, o Jesu Fili
i? — Illa nempe humilitatis atque misericor-
vi compulsus, qua perductus ad Joannem,
er peccatores baptismum pœnitentiæ susce-
ti, nunc etiam subintrasti cor meum, meamque
ecisti animam sacrosancto Corpore et Sanguine
. Debitas tibi gratias ago pro salutari hoc
o et Potu, nec non pro illa divinæ Providen-
tuæ dispositione, qua parentes Catholicos
tus, et per lavacrum regenerationis initiatus
n Sacris Christianis. Verum, heu! quam in-
tum me hactenus exhibui pro magno hoc bene-
o! Promissa in baptismo facta non servavi,
vitam egi christiano nomine vel homine dignam.
d de candida innocentiæ stola, mihi in bap-
no tradita, factum fuerit, tu melius nosti quam

tare, quo initiatus sum, baptismatis sacrar
(S. Ephræm.)

Quoniam illuminante gratia tua, Don
melius agnosco quantis ex titulis obligat
declinandum a peccato, et faciendam
mam voluntatem tuam, ideo nunc con
ope tua divina, propono ac firmissim
cunctis corruptelarum illecebris fortiter
milliesque potius sæva inter cruciame
quam animo deliberato offendere te. Qui
displicere cognovero, summa cura declin
quid tu abominaris, o Jesu! abominor
quidquid tu vis, volo et ego. Voluntati
hac diligentius obtemperabo, et quæ v
tismo vel alias tam sancte promisi, ex
implebo. Tuum imitari conabor exem
illarum acquiram habitum virtutum, qu
gis placent, mihique Sacerdoti tuo m
gruunt. Præcipue vero profundissimam hu

, naufragium tabulam) firmiter retineam, nec
nam opera baptismi hujus laboriosi dimittam.
ique tibi perenixe supplico, Jesu misericors!
qui de potestate tenebrarum ereptum me, tibi
corporalem multoties facere dignatus es, facias
loriæ tuæ coheredem. Qui vivis, etc.

DIE XIII JANUARII.

OCTAVA EPIPHANIÆ.

JESUS, dilectus Filius a Patre vocatus.

MEDITATIO.

izatus autem Jesus, confestim ascendit de aquâ. Et
ce, apertum est cœlum, et descendit Spiritus Sanctus
rporali specie sicut columba in ipsum, et vox de cœlo
eta est : « Tu es Filius meus dilectus; in te complacui
mihi. » Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum
iginta, ut putabatur, filius Joseph, etc. (Matth. III, 16—
I. Marc. I, 10—11. Luc. III, 21—38.)

. « Christus, cum manifestare vellet quis esset
uare venisset, ad Jordanis ripam baptizandus
essit, non ut maculas, quas non habebat, ab-
geret, sed ut omni impleta justitia, sanctifi-
et aquas ad abolitionem originalis culpæ et
enerationem salutis æternæ. Quo peracto mys-
, repente super ipsum Dei Unigenitum cœli
ti sunt; Spiritus Sanctus in columbæ specie
endit; paterna vox audita est, quæ ait : *Hic est
us meus dilectus, etc.* Dignum namque fuit, ut
rnatum Verbum talia haberet testimonia, quo
ius patesceret fidelibus quam stabile esset
lamentum supra quod eorum fides ædificanda
et. » (S. Laur. Just.)

2. « Hoc autem, quod apertos cœlos
tisma vidit Jesus, nostri utique gratia f
quibus per lavacrum regenerationis janu
regni cœlestis. » (Ven. Beda.) « Sicut a
nibus per baptismum renatis aperitur j
eœlestis, ita omnes in baptismate accip
Spiritus Sancti; ideo subditur : *Et vidi*
Dei descendentem sicut columbam. » (Ren
gnificantur etiam virtutes in baptizatis p
bam. Columba enim secus fluenta habit
accipitre mergat se et evadat; meliora gr
alienos pullos nutrit; felle caret; in ca
træ nidificat; gemitum pro cantu hab
sancti secus divinæ Scripturæ fluenta r
incursum diaboli evadant; sanas sente
bus pascantur, eligunt; homines, qui d
rint pulli, i. e. imitatores, doctrina n
exemplo; ira carent; in plagis mortis C
petra firma est, nidum ponunt, i. e. suun
et spem; sicut etiam alii delectantur in
ipsi in gemitu pro peccatis. » (S. Anseln

3. « Mysterium Trinitatis in baptism
demonstratur. Filius baptizatur, Spiritu
dit in specie columbæ, Patris vox Fili
nium perhibentis auditur. » (S. Hier.) «
autem Pater, et Filius, et Spiritus Sa
una Natura; firmissime tamen tene tres
sonas; Patrem solum esse, qui dixit, *Hi*
meus dilectus; et Filium solum esse, su
illa vox Patris insonuit; et Spiritum Sa
lum esse, qui in specie columbæ super
baptizatum descendit. Pater autem dili
sed quomodo pater filium, non quomod
servum; sed quomodo unigenitum, non
adoptatum; et ideo subditur : *In quo*

(S. Aug.) Considera, Sacerdos! quam
m sit altaris mysterium, in quo reapse
nus Dei Filius immolatur, gestatur, man-

itus Sanctus supra Christum apparuit in
specie. Inde pia olim consuetudo Fide-
nentium columbas argenteas vel aureas
tisteria et altaria. S. Basilius eucharistiam
columbæ aureæ. Per columbam unitatem
significari, docet S. Augustinus in illud
Una est columba mea. Ecclesiam hanc
Christo diligi velut sponsam, affirmat
(*Ephes.* v) dicens : *Christus dilexit Ec-*
seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctifica-
ns lavacro aquæ in verbo vitæ; ut exhiberet
loriosam Ecclesiam, non habentem maculam,
, aut aliquid hujusmodi; sed ut sit sancta et
a. Ceterum eadem Ecclesia non fallitur
dilectum Dei Filium in altaris mysterio
desse; quod e subjunctis Patrum testimo-
n fit :

S. Paschasius Ratbert., *in Epist. ad Frude-*
« Quodsi quæris, charissime, super quibus uni-
ab omnibus *Amen* respondeatur in tota Eccle-
i, respice, in sacramentorum celebratione,
beato Petro, ut credimus; quid orat Sacerdos
? *Ut fiat,* inquit, *Corpus et Sanguis dilectis-*
ui, etc. Qua prece expleta, consona voce omnes
imus; sicque omnis Ecclesia in omni gente et
t et confitetur, quod hoc sit quod orat. Unde
i contra hoc venire voluerit magis quam cre-
agat contra ipsum Dominum, et contra omnem
clesiam. »

Sec. circ. X. Expositio super Missam (*ex C*
Einsidl) (Gerbert., *Monum. Liturg. Aleman.*,
p. 286), hæc habet : « Ut nobis Corpus fiat dil
Filii tui, etc., id est, ut nobis divinitus tradat in
gratiæ Panem, qui de cœlo descendit.... Ideo in
materias, unde cor hominis confirmatur et lætif
Corpus suum Dominus transfiguravit, ut, quam
assumpserimus, læti et firmi maneamus, et ipse i
ipso promittente, Qui manducat Carnem meam
Sanguinem meum, in me manet et ego in illo. D
mus Filius dicitur, quia iste solus naturaliter es
Patre attestante, qui dicit : Hic est Filius me
tus, etc. »

Sec. XI. Guitmundus Ep. Aversan., l. III, c
euchar., ait : « Impanatores ipse Dominus Jes
oris sui interficit, cum accipiens panem, ait; *Hoc*
pus meum. Non ait, In hoc latet Corpus meum. N
In hoc vino est Sanguis meus ; sed dixit : *Hic est*
meus. Unde et Ecclesia Dei consequenter a se eo
parat, cum in ipso Canone Missæ ex Apostolica T
ita orat : *Quam Oblationem tu Deus, etc., ut nobi*
et Sanguis fiat dilectissimi Filii tui, etc. Non hi
ut in ea Corpus et Sanguis lateat, aut in eam C
Sanguis adveniat ; sed ut ipsa oblatio et Corpus e
fiat. Hac oratione Cyprianus, Hilarius, Ambro
gustinus, Hieronymus, Gregorius, et ceteri omn
siastici Autores, istos uno ore percutiunt. »

Sec. XII. Odo, Camerac., *Expos. sacri Canon*
dist. 3, illa verba, *Quam oblationem, etc.*, sic
« Posuerat ergo *in omnibus benedictam ;* subju
tuor species : *Adscriptam, ratam, rationabilem,*
bilem. Sed hæc omnia clausa erant, minus
Aperuit ostium, patefecit totum, scilicet, *Ut nobi*

anguis fiat dilectissimi Filii tui, etc. Hic totum com-
ur, hic totum perficitur, Ut fiat Corpus et Sanguis
isti tantum. Solum Christi Corpus et Sanguis est
tia in omnibus benedicta, adscripta, etc. *Ut nobis*
pus et Sanguis fiat. Signanter posuit, *Nobis,* id est
holicæ fidei cultoribus : *Nobis;* exclusit paganos, exclu-
Judæos, exclusit hæreticos : non est enim locus veri
ificii extra Catholicam Ecclesiam.»

ec. XIII. BERNARD. Anonymus (Inter opera S. Bern ,
II, p. 531), *instruct. Sacerd.*, c. 8, *de Sacerdotum di-*
tate, ait : « Gloriare semper, sed in Domino, Sacerdos
altissimi ! dignitatem tuam considera ; intuere men-
bus oculis eminentiam tuam ; cogita prærogativam
m, vide sortem tuam. Attende, quantum Deus te extu-
quantum præ omnibus creaturis sublimavit Ad vocem
m prolatam, ad verbum tuum vivificum, ad postula-
nem tuam salutarem, summus Pater, cujus nutu omnia
sistunt, quem indesinenter laudant Angeli, quem
rant Dominationes, quem tremunt Potestates, qui res-
it terram et facit eam tremere ; ipse, inquam, tantus,
n immensus, dulcissimum Filium suum manibus tuis
ponit, digitis tuis immittit. »

PRECES ANTE MISSAM.

Creator omnipotens, æterne Deus ! propter
nmam divinæ majestatis tuæ excellentiam, sa-
ntiam, misericordiam atque potentiam, dignis-
ius es, qui accipias ab omni creatura laudem,
norem et gloriam. En igitur, ad aram tuam con-
bor tibi, Domine Deus meus, in toto corde
o, et immolabo tibi sacrificium laudis in agni-
nem supremi tui in nos Dominii. Filium tuum
ectissimum, in quo solo tibi bene complaces,
eram hodie tibi Deo meo, qui singularia prorsus

ad agendam pœnitentiam, imo novis in
beneficiis cumulasti.

Quid ergo retribuam tibi, liberalissim
quid retribuam tibi, qui propitiaris omn
quitatibus meis? tibi, qui sanas omnes in
meas? tibi, qui redemisti de interitu vita
et reples in bonis desiderium meum? I
sum miserationibus tuis, Domine Deus! (
ricordia tua magna est super me. Quia cr
debeo tibi me totum ; et quia perditum m
rasti per Filium tuum dilectum, debeo p
me. Sed quid ego sum? Pulvis et cinis. Qu
mea omnia? Umbra et vanitas. Tu autem
Deus meus, *bonorum meorum non eges.*

Ecce, Pater amantissime! in gratiarum
pro universis beneficiis quibus Eccles
exornasti, ego et ceteri Consacerdotes m
mus tibi Unigenitum tuum in sacrificium
ticum. Nihil possumus dare melius, n
quidpiam tibi gratius, quam eumdem dile
Filium tuum, in quo tibi semper ab omni
seculis bene complacuit. Et quoniam ir

rum nostrorum, suppliciter obsecrantes te
ndem charissimum Filium tuum, qui interpel-
ı nobis et exaudiri meretur pro sua reve-
ut des Ecclesiæ tuæ incrementum et pacem,
:s fidei donum, peccatoribus veniam, justis
erantiam, nobis omnibus gratiam tuam et
æternam. Memento NN.

PRECES POST MISSAM.

dulci superabundo consolatione, dum tacite
lero dilectissimum Dei Filium in corde meo
habitare. Lætor et exulto, mecum expen-
Verbum incarnatum, in quo sibi bene com-
Pater, modo requiescere in præcordiis
— Jesu suavissime! supplex adoro te debi-
ıe tibi homagium præsto. Humili corde
et glorifico te, o Gaudium Angelorum! Mer-
storum! cœlorum amœnitas et pulchritudo!
Sponsus Ecclesiæ, totus amabilis, totus de-
bilis. Tu animæ meæ Quies, Consolatio,
, Salus, Vita. — Gratias ago tibi submississi-
ıro inæstimabili hac beneficentia tua, qua
servulo tuo tam indigno iterum dedisti Car-
:uam manducandam, et Sanguinem tuum
lum.
baptizato, *apertum est cœlum, et descendit
ıs Sanctus corporali specie, sicut columba,*
caput tuum. Quia vero columba imago et
est amabilissimæ mansuetudinis, sanctæ
citatis, illibatæ puritatis, ac gemebundæ
ınctionis: ideo te obsecro, dilecte Fili Dei!
em me virtutibus decorare, ac iisdem donis
ıs Sancti locupletare digneris. Id imprimis
peto, ut igne charitatis tuæ me accendas,
nes, dirigas. Præsta, Domine! ut te semper
m præ oculis, semper in memoria, semper

in corde, semper in ore. O mi Jesu! nemo mortalium capere potest quis sis in *natura*, qualis in *gratia*, quantus in *gloria*. Id unum intelligo, Domine, quod *natura* sis incomprehensibilis, *gratia* inæstimabilis, *gloria* incogitabilis, *natura* magnificus, *gratia* speciosus, *gloria* copiosus : mirifica est *natura tua* in omnibus operibus tuis; diffusa est *gratia* in labiis tuis; magna est *gloria tua* in omnibus Sanctis tuis. — Cœli enarrant gloriam tuam, Domine! et Pulchritudinem tuam annuntiat firmamentum. Quis te non diligat? Quis te in cœlesti patria intueri non aveat? O quantum ibi gaudebo, ubi te talem (sed nunc dicere nescio, qualem) contemplabor facie ad faciem! Utinam propediem moriar in gratia tua, quo citius te videam in gloria tua. Fac interim, o Fili Dei dilectissime! ut res caducas despiciam, dignitati meæ consulam, et nihil in me sentiam præter amoris tui flagrantiam.

« Jussu tuo, Domine, conticescant mihi transitoria cuncta. Omnia, quæ creata sunt, transcendat anima mea, atque in te solo figat oculos fidei; tibi unice intendat, te solum meditetur, te contempletur, te verum ac summum Bonum, te Gaudium meum sine fine mansurum. Rogo te per vulnera tua salutifera, e quibus emanavit ille sanguis pretiosus, quo fui redemptus : vulnera, quæso, vulnera peccatricem animam meam telo divinæ charitatis tuæ, ita ut ex ipso amoris vulnere uberrimæ fluant lacrymæ, ut lugeam die ac nocte, nullam admittens in hac vita consolationem, donec merear in cœlo videre te dilectum meum, Dominum et Deum meum; ut ibi videns gloriosam et pulcherrimam faciem tuam, cum iis, quos elegisti, majestatem tuam pronus adorem, et illic tandem ineffabili repletus gaudio, exclamen cum diligen-

us te, dicens : Ecce, quod quæsivi, jam video; od speravi, jam teneo; quod desideravi, jam ie fine possideo. » (S. Anselm.) *Te Deum lauda-*
is, etc.

FERIA II

Intra Hebd. I post Epiphaniam.

Jesus, Deus, Verbum Caro factum.

MEDITATIO.

a principio erat Verbum : — et Deus erat Verbum. — In mundo erat, et mundus per ipsum factus est; et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus; qui non ex sanguinibus..., sed ex Deo nati sunt. Et Verbum Caro factum est; et habitavit in nobis; et vidimus Gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis. (Joan. I, 1 — 14.)

1. Unigenitus a Patre, venit in hunc mundum se conditum; *et mundus eum non cognovit;* ter-ni homines, Mundi amatores Christum noluerunt ;noscere. *In propria,* in Judæam *venit,* et Ju-ei *eum non receperunt*, sed eum spernentes uc. XIX, 14) dixerunt : Nolumus hunc regnare iper nos. *Quotquot autem receperunt eum, dedit s potestatem filios Dei fieri.* Benedictus Deus, qui ædestinavit nos in adoptionem filiorum per ısum Christum. *Videte* (I. Joan. III) *qualem chari-tem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur et mus.* Quid ita lamentamur in his terris, opti-ıum habentes Patrem in cœlis? *Sumus filii Dei* tom. VIII, 16) : *si autem filii, et heredes : heredes uidem Dei, coheredes autem Christi.* Quis unquam ater unicum filium suum ita heredem instituit,

2. Verbum Caro factum eam nobis cont
tatem, ut ex *Deo nati*, i. e. divina gratia re
filii Dei simus. « Filius Dei factus est
minis, ut filios hominum faceret filic
(S. Chrysost.) « Neque jam desperandı
participatione fieri posse homines fil
quando Filius Dei participatione Carnis f
filius hominis. Noli mirari, o homo, quia
filius per gratiam, quia nasceris ex Deo s
verbum ejus. Ideo, cum dixisset, *Ex Deo*
quasi securum te faciens, ait : *Verbum Ca*
est, et habitavit in nobis. Quid ergo mir
homines ex Deo nascuntur? Attende ips
natum ex hominibus. » (S. Aug.)

3. Adorandum Dominicæ Incarnationi
rium ratione quadam ineffabili quotidie
in altaribus nostris, ubi Dei Filius in
Sacerdotum quodammodo incarnatur, ut
liter habitet inter nos, imo in nobis et in
nostris. Eucharistiæ sacramentum proc
mysterium est inexplicabile, divinæ cha

em hujus sacramenti homo est; Institutor vero itor Verbum. Sacerdos etenim, cui commissum officium sacrificandi, foris operatur : nihil en valeret, quod exterius agitur, nisi Verbum rius operaretur. Illud quippe Verbum, quod de lo condidit Universum, de exigua panis et vini eria, Corporis et Sanguinis sui efficit sacramen- .. » (S. Laur. Justin.)

. Ne fides tua, Sacerdos, circa hoc mysterium illare incipiat, sæpe considera investigabilem bi incarnati charitatem et omnipotentiam. *Mun- per ipsum factus est* : cur ergo panem et vinum orpus et Sanguinem suum commutare nequeat? Filius incarnari voluit : cur ergo manducari uerit? Qui credit primum, gratis negat alterum. e audias mendacissima Novatorum carnalium ba; sed audi Verbum incarnatum, *plenum gra- et veritatis*, cujus apertissima hæc sunt verba : *o mea vere est cibus, etc. Hoc est Corpus meum, etc.* usmodi verba in sensu obvio esse accipienda, e patet ex sequentibus Patrum testimoniis.

c. V. S. Augustin. Serm. 194, *in Natali Dom.*, ait : erbum Caro factum est, et habitavit in nobis. Ut enim em Angelorum manducaret homo, Creator Angelorum is est Homo. »

c. IX. S. Paschasius Ratbert., lib. *de Corp. et Sang.* c. 1, ait : « Caro Verbi fit esca in hoc mysterio, ci- que Fidelium.... Carne Verbi pascimur, et potamur guine. Ubi si naturæ ordo requiritur, succumbit ratio : amen manet extra humanam rationem facti veritas. »

c. XI. Hugo, Ep. Lingon., lib. *de Corp. et Sang. Chr.*, alloquitur Berengarium : « Ne ultra, quæso, argu- teris de Omnipotentia divina. Sicut enim non capis

vinum, ut inde percipiamus Verbum Caro fact

Sec. XIII. S. Thomas Aquinas, in lib. r dist. 8, quæst. I, artic. 3, *solut.* 1, ait : « Cum cramentum in figura alicujus rei sensibilis p beat, convenienter sacramentum, in quo ipsu incarnatum nobis conjungendum continetur, nobis in figura cibi, non quidem convertendi suam conjunctionem ad nos; sed potius sua co nos in seipsum convertens, secundum quod (lib. VII, *Confes*, c. 10.) ex persona Verbi in cit : Non tu me mutabis in te, sicut cibum sed tu mutaberis in me. »

PRECES ANTE MISSAM.

Latreuticum istud altaris Sacrificium tibi, Pater æterne, rerum omnium Cond potens, ut coram cœlo et terra profitean tatum tuum Dominatum in universas cre ut nostram simul contestemur demissisi

ɛnus Sacrificium hoc est *Eucharisticum*, of-
s tibi illud, benignissime Deus, in gratia-
ıctionem pro inscrutabili misericordia tua,
n tibi coæquale in hunc mundum misisti
r nostram salutem. Actum videbatur de hu-
genere post lapsum primi hominis. Sed tu
nfinite misericors, in tempore opportuno, in
ıaufragii articulo succurristi, inexpectato
consilio, cunctisque seculis obstupescendo;
ım ut ipse Unigenitus tuus humanam assu-
naturam, et arctissimo sibi vinculo eam
ıgeret in unitate Personæ, ut ita similis
Homo mortalis, nostro nomine, suis vero
tibus Justitiæ tuæ satisfaceret. Eo fine *Ver-*
ʼaro factum est : Filius tibi coæternus, in
re induit servi formam; natus est in stabulo
per, fasciis involutus ut infans, lacrymatus
ɛr, in exilium deportatus ut malefactor, pa-
us subditus ut famulus, baptizatus ut pecca-
ıntatus a diabolo, conversatus cum piscato-
Tandemque post tot salutaria præcepta suis
ı, post tot virtutum exempla palam exhibita,
ɔt itinerum incommoda, post tot labores et
ɛs patienter toleratos, completurus redemp-
nostræ opus, se totum pro nobis impendit
tium; atque (ut filii tui nominemur et simus)
cum sanguine profudit in ara crucis. morte
iniosissima sublatus. Pro tanto redemptionis
ɛ beneficio tibi grates referimus per istam
ɔnem.

tenus autem hoc sacrificium est *Propitiato-*
offerimus illud tibi, justissime Pater, in ple-
ʜpiationem omnium offensarum quas ingrati
ii tui hactenus irrogavimus tremendæ majes-
ıæ. Propitiare nobis, quæsumus, per merita
ıi incarnati, qui Corpus et Sanguinem suum,

pro nobis in cruce tanquam lytrum redemptionis nostræ oblatum, in sacrosancto altaris mysterio nobis reliquit, non modo in Sacrificium ad placandam justitiam tuam, sed etiam in alimentum, quo reficiamur in vitam æternam.

Quatenus denique hoc sacrificium est *Impetratorium*, offerimus tibi illud ad impetrandam gratiam nobis adeo necessariam, ut tanquam filii tui charissimi, morum integritate placeamus tibi, et sequamur Unigenitum tuum, Verbum incarnatum, plenum gratiæ et veritatis. O. Pater sancte! qui elegisti nos in Christo ante mundi constitutionem, et prædestinasti nos in adoptionem filiorum, ut tali nomine digni maneamus, et in hac vita sancti et immaculati simus in conspectu tuo, in altera vero heredes tui et coheredes Christi. Memento, etc.

PRECES POST MISSAM.

Genibus flexis humiliter adoro te, o Verbum Caro factum, cujus in faciem semper oculi Patris hærent defixi. Supplex adoro te, Verbum Dei, plenum gratiæ et veritatis, in quod unum ego totam mentis aciem intendere gaudeo. Vehementer obstupesco, Domine! ac præ ingenti admiratione propemodum contabesco. — Vere nunc in me Verbum magnum, *Verbum Caro factum*, quod olim visibiler habitavit in terris. O Verbum adorandum! cur audeo loqui tecum ego pulvis et cinis? Quid agam vel cogitem coram terrifica majestate tua? — O mysterium mysteriorum! In sinu meo Jesus meus; Verbum pulchrum, a quo omnia pulchra; Verbum dulce, a quo omnia dulcia; Verbum bonum, a quo omnia bona: Verbum amore mei Caro factum, nunc in medio cordis mei! Sanguis ejus purissimus in venis meis! — Lingua hæsito, ad-

ione nimia defixus. Si diligentius immensita-
ıe charitatem tuam, Domine, meamque simul
mam miseriam ac indignitatem intueor, totus
io, nec amplius mei compos sum. — —
Verbum omnipotens! propter nos homines e
ɔ produxisti creaturas innumeras, ut nostris
rent commodis. Stellarum milliones de nocte
ınt, et de firmamento cœli nobis annuntiant
ligamus te Creatorem pulcherrimum, sæpius-
respiciamus mercedem magnificam, in cœlo
ı paratam. Inter omnes creaturas tuas, o Ver-
Caro factum! nihil deesse nobis pateris, quin
ıi cognitionem et amorem adducamur. Sed o
ı parum ego hactenus id considerabam! Fre-
ter equidem magna opera tua stupebam, sed
miratione, cum exinde non fuerim accensus
norem et servitium tuum. Fac, o Verbum om-
ens! ut saltem posthac discam a creaturis
ne carentibus servire tibi.
nge majora sunt beneficia spiritualia et gra-
ona, quæ a te accepi, o Verbum Caro factum!
i me scientiis curasti, quo magis te agnosce-
ıtque diligerem. Ad eximiam Sacerdotii digni-
ı evexisti me, ut quotidie te Verbum incarna-
haberem in manibus, et in brachiis animæ
. O beneficium ineffabile! o dignitatem om-
excellentissimam, pro qua me nunquam satis
ım exhibere valeo. Hæc omnia, quæ a te in
rofecta sunt, beneficia mihi luculenter enar-
magnalia Bonitatis tuæ, et luce meridiana
ıs ostendunt, quod ab æterno amaveris me,
cœlo jam mihi præparaveris gloriæ coronam.
n terris invisibilem te possideo in sacrosancto
is mysterio, et quasi per speculum in ænig-
conspicio te; ibi autem in cœlesti regno tuo
ɔo te facie ad faciem. Ibi palam sine velamine

contuebor te, Verbum Patris, plenum gratiæ et veritatis, de cujus plenitudine nos omnes accepimus. At singulariter in me benignus fuisti, charissime Jesu! nam (quod nunquam satis repetere valeo) ad veram Ecclesiam tuam me adduxisti, ex massa damnationis me misericorditer eripuisti, ad amplissimam Sacerdotii dignitatem me vocasti; quin imo socium Angelorum, concivem Sanctorum, heredem Dei ac coheredem tuum me constituisti. — O bonum Verbum! jam deficiunt mihi verba, quia animo deficio; nec aliud quidquam ultra scio dicere, nisi : *Bonus Dominus et laudabilis nimis.*

FERIA III.

Jesus in deserto tentatus a diabolo.

MEDITATIO.

Tunc Jesus ductus est in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo. Et cum jejunasset quadraginta diebus, et quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator dixit ei : Si Filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit : « Scriptum est : Non in « solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. » (Matth. IV, 1—10. Marc. I, 12—13. Luc. IV, 1—12.)

1. « Accedentes ad servitutem Dei præparemus animos ad pugnas tentationum, et intelligamus quanto studiosiores pro nostra salute fuerimus, tanto nos vehementius ab adversariis impetendos. Ob hoc Dominus se tentari a tentatore permisit, ut cujus munimur auxilio, ejusdem erudiremur exemplo. Vita hæc nostra in medio insidiatorum, in medio præliorum est. Si nolumus decipi, vigilandum est; si volumus vincere, pugnandum est. Quem enim tentare non audeat diabolus, qui nec

ıo conatum suæ fraudis abstinuit? Ut
tentiam, quam timebat, *Si Filius Dei
ut lapides isti panes fiant.* Poterat istud
ɜt facile erat, ut ad Creatoris impe-
ı juberetur speciem, cujuslibet gene-
ransiret : sed hoc magis salutiferis
ıus congruebat, ut nequissimi hostis
potentia Deitatis, sed humilitatis
ɜretur. Quia ergo (sicut Redemptoris
erio edocti sumus) *non in solo pane
ı in omni verbo Dei;* dignum est, ut
tianus magis desideret Dei verbo
iari corporeo. » (S. Leo. P.)

npudens inimicus nescit semel vinci,
n Victoris triumphum, statuit Domi-
nnaculum templi, et ait : *Si Filius
te deorsum.* O signum! *mitte te deor-*
ientius dixerit : Si Filius Dei es,
ɔœlum; cum sit hominis utique ad
Dei sit ad superna conscendere.
ım! sic suis suadet, sic suis provi-
sic suos elevat, ut de alto præci-
in ruinam. *Mitte te deorsum.* Con-
ɜ diabolus prodit. Lapsus quærit,
perat, ut impellat de alto ad mor-
humili elevet ad coronam. At sicut
onsiliis suis prodit, ita responsione
se manifestat, dum ait : *Non tentabis
ım tuum.* Se utique Dominum, se
intelligi voluit, hæc dicendo; qui
ıculo templi tantum se dedit ad ter-
œlis ad inferos usque descendit, ut
ɜntium forma, sed esset Resurrectio
(S. Petr. Chrysolog.)

am tertio tota diabolicæ potestatis

commovetur ambitio. Constituto igitur Domino in monte excelso, universa orbis terrarum regna, eorumque gloriam obtulit diabolus, si modo adoretur ipse. Jam gemina responsio opinionem suspicionis excesserat. Cibo Adamum pellexerat, et postea de paradisi gloria in peccati locum, in regionem vetitæ arboris deduxerat; tertio divini nominis ambitione corruperat, diis futurum similem pollicendo. Igitur adversus Dominum tota jam Mundi potestate pugnatur, et Creatori possessio hujus Universitatis offertur, ut tenens ordinem fraudis antiquæ, quem nec cibo pellexerat, nec loco moverat, nunc vel ambitione corrumperet. Sed responsio Domini dignum de superioribus gradum fecit. Ait enim : *Vade, satana! scriptum est enim : Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies.* Temeritatis tantæ congruum tulit exitum, cum et criminum suorum in *satana* nomen audivit, et Dominum Deum suum adorandum in Homine cognovit. Præbuit etiam hac responsione magnum nobis Dominus exemplum, ut contempta humanæ potestatis gloria, et Seculi ambitione postposita, solum meminissemus Deum et Dominum adorandum; quia omnis Seculi honor diaboli sit negotium. » (S. Hilarius Pictav.)

4. « Christi tentatio duplex nobis beneficium parat : alterum quidem, ut sciamus quomodo tentatoribus nostris respondere debeamus; alterum vero, ut in nulla nostra virtute vel sapientia confidamus, quoniam adversarius noster diabolus, qui ipsum Dominum nostrum tentare præsumpsit, tanquam leo rugiens semper circuit, quærens quem devoret. » (S. Bruno Signiens.) In hoc certamine spirituali nihil ita roborat hominem, sicut Panis eucharisticus digne sumptus. Israelitæ comederunt

nna, eoque Pane angelico confortati vicerunt nicos suos. Christi milites Pane cœlesti corro-antur, quo minus succumbant diaboli tentatio-us. Panis iste vivus (dummodo manducantes non iant obicem) mirabiles producit effectus, et plus ausve operatur in animabus pro diversitate eparationis; et quamvis non penitus abigat stes, facile tamen eos superat, et taliter accendit ristianorum animos ad pugnam spiritualem, digne accedentes ad Mensam Domini (teste Chrysostomo) inde recedant *velut leones ignem rantes, facti diabolo terribiles.* — Ceterum qualis nedatur Panis ad mensam Domini, ex subnexis uet testimoniis :

Sec. *VI.* S. Silvester I, Papa (Combefis., t. II, p. 491), m. *de Domini a diabolo tentatione,* ait : « Qui in para-Adami victor extiterat, is Dominum tentavit in de-to : quodque manducantem Adamum vicerat, vinci n a Domino jejunante necesse erat. Ac sicut come-ite Adamo, diaboli consilio, qui nascuntur universi, rtis damnantur : ita Domino jejunante, omnes qui re-scuntur, vitam æternam consequuntur. Quemadmodum ur eos duntaxat mors excipit, qui ex Adami carne et iguine nascuntur; sic etiam vitam æternam ii duntaxat cipiunt, qui ex aqua et Spiritu Sancto renascuntur, ac ristí Jesu Domini nostri Corpore ac Sanguine imper-ntur. Igitur, qui diaboli victor extitit, paradisum nobis stituit ac æternæ vitæ portas aperuit. »

Sec. *V.* S. Chrysost., *in Psalm.* 22, ait : « Parasti in aspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me.... i sunt isti, qui nos tribulant? Suggestiones inimici, gitationes, cupiditates, seculi honores.... Sed ad men-n Potentis, tribulationes efficiuntur consolationes. » Mensa Potentis est, ubi Christus *Corpus suum dat no-*

bis tenendum ac comedendum; prout alibi passim affirmat idem S. Præsul.

Sec. VI. S. Joan. Climacus, grad. xxiii, *scala paradisi*, ait : « Execranda blasphemia inter ipsas sacras Synaxes et sub ipsam horam, qua tremenda mysteria eucharistiæ peraguntur, solet Dominum impiis cogitationibus incessere, adeoque sacrificium ipsum impiare. Unde plane intelligimus illa infanda et impia cogitationum maleficia in Deum, non ab anima nostra, sed ab hoste Dei dæmone proficisci. Si enim fœda et indecora mentis verba, tua sunt; quomodo dum cœleste illud Donum sumo (NB.), supplex adoro?... Qui hujuscemodi spiritu blasphemiæ exagitatur, et ab eo liberari cupit, sciat certo non ab animo ipsius, hujuscemodi cogitationes proficisci, sed ab eodem impuro dæmone, qui olim ad Dominum dixit : *Hæc omnia dabo tibi, si cadens adoraveris me.* Proinde et nos contempto illo, nihil penitus illius phantasmata curemus, sed dicamus : Vade, satana ! Dominum Deum meum adorabo, etc. »

Sec. VII. S. Isidor. Ep. Hispal., lib. i, *de Offic. eccles.* c 18, *de sacrificio,* ait : « Primum discipuli Corpus et Sanguinem Domini non acceperunt jejuni. Ab universa autem Ecclesia nunc a jejunis semper accipitur. »

Sec. XI. Guitmund., Ep. Aversan., lib. i, *de veritate eucharist.*, ait : « Salvatorem nostrum, quando Corpus ejus venerabile Fidelibus distriduitur,... participatione sui in diversos credere debemus venientem.... Sicut de Manna legitur, quia nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus collegerat, habuit minus : ita tota hostia est Corpus Christi, ut nihilominus unaquæque particula separata sit totum Corpus Christi. »

Sec. XII. Anonymus (Bibl. PP., t. XXV, p 312),

ıı, *ad Folmar.*, ejusdem errores circa eucharistiam
ns, ait : « Sumitur Sanguis Christi a fidelibus, non
ctus a Carne, sed Sanguis cum Carne, et Caro cum
ine, imo totus Christus cum integritate utriusque
ıntiæ. »

PRECES ANTE MISSAM.

ıi prece supplicamus demississima, *Pater*
r, *qui es in cœlis!* ut de cœlis clementer res-
s super nos filios tuos, qui peregrinantes
r terram, exulamus a patria cœlesti, et in hac
marum valle plorantes, variis in dies tentatio-
ı agitamur ab inimicis. In hoc certamine peri-
ıo te oramus, Pater noster, ut benignas obse-
ɔni nostræ præbeas aures.
nctificetur nomen tuum. Ante omnia serio desi-
nus, ut nomen tuum in se sanctissimum,
ı a nobis sanctificetur ac honoretur; ut uni-
e totius Orbis terrarum nationes adorent te
ı verum, et quem misisti Jesum Christum.
veniat regnum tuum. Fac, o Rex omnium
ıntium! ut tuum in nos dominium agnoscamus,
que supremam potestatem revereamur. Ne
ittas dominari in nos vitiorum aut diaboli
nidem, sed regnum tuum ita nobis adveniat,
hic intra nos sit divinum gratiæ tuæ regnum,
. nos simus in regno tuo cœlesti.
ıt voluntas tua, bone Pater! et effice, quæsu-
ut, *sicut in cœlo* voluntati tuæ parent Angeli,
ɔstram custodiam deputati, ita *et in terra* de-
bus nobis voluntas tua sit omnium actionum
'arum regula; ut non vivamus ex voluntate
s, mundi, vel satanæ, sed tuis semper obse-
ıur mandatis usque ad mortem.
nem nostrum quotidianum da nobis hodie. Ne-
ıria hujus vitæ subsidia ut digneris subminis-

Et dimitte nobis debita nostra, quæ l
blanditiis hostilibus imprudenter cedendo c
mus. Da nobis insipientiæ veniam; *sicut e*
mittimus debitoribus nostris, qui nos quolib
contristaverunt. Ignosce nobis omnibus,
rita Sacrificii hujus propitiatorii, quod in
mus super altari tuo.

Et ne nos inducas in tentationem. Crebr
inimicis impugnari sinis, Pater! ut, quo
fuerit pugna, eo splendidior sit et corona
res autem imbecillitatis nostræ, tuum imp
auxilium in nomine Unigeniti tui, qui al
tentatus a diabolo, nobis modum pugnar
stravit et gratiam vincendi promeruit.
merita precamur te, ne permittas nos suc
cuipiam tentationi.

Sed libera nos a malo : et quia malum
majus non est, ita dirige voluntates nos
unquam peccato consentiamus. Quotidie n
gnandum est cum mundo, carne, et diabo
confugimus ad te, clamantes iterum atque
Libera nos a clade funesta, ne parata r

ione compensando sum tam grandi beneficio. in nos homines dilectio et munificentia omnem tis humanæ cogitationem excedit. Quadraginta bus jejunasti in deserto; nunc autem teipsum bis manducandum præbes in templo tuo; nec tum corpora nostra pascis terreno pane, sed et mas nostras enutris cibo angelico, Pane cœlesti, ita confortas corda nostra adversus incursiones bolicas.

Te Dominum Deum meum adoro, tibique post- e majori animi fervore et alacritate servire tuo. Confirma, Domine, quod operatus es in e. Corrobora me, meosque omnes, quorum de ute mihi gravis est cura; conforta nos ope tua ina, ut in quotidiano cum inimicis certamine te cem sequamur, tuisque vestigiis inhæreamus. ac, ut omnia gulæ irritamenta respuentes, sobrie juste et pie vivamus in hoc seculo. Desertum gressus es, et pugnasti cum antiquo serpente, ut donea nobis arma suppeditares ad eumdem vin- cadum.

« Quis te Ducem cœlestem in tentationum et borum certamine imitari tergiversetur? Quis lutaribus tuis monitis obtemperare negligat? ansfige corda nostra sagittis amoris tui, ut in sit habitatio nostra, pax nostra, refectio et tietas nostra, fiducia et fortitudo nostra, et omne num nostrum. Tui memoria quid dulcius? Tui nore quid jucundius? Tui possessione quid delec- bilius? Nihil melius te quæritur, nihil ardentius matur, nihil suavius possidetur. Norunt hæc, qui iligunt te. Amor tuus, o Jesu, immortalitatis est rigo, virtutum radix, Credentium vita, peregri- antium solatium, militantium robur, triumphan- ium merces. Qui tentationum insultibus exercetur, eniat ad te, et imitando te victor existet. Teipsum

entari permisisti, ut in tuis nostras doceres perare tentationes. Commendasti nobis, in ine constitutis, loci solitudinem, ciborum atem, terrenorum contemptum, legis divinæ ationem, et orationis perseverantiam; his us armis cum hoste dimicaturus intrasti in um, et reportasti triumphum. » (S. Laur. Just.) mine Jesu! fac, ut iisdem utamur armis in tuali nostro certamine; ut semper sobrii simus gilemus in solitudine, quia adversarius noster bolus tanquam leo rugiens circuit, quærens m devoret. Succurre nobis, Dux pugnantium ictissime! ut armis tuis strenue pugnemus ad rsus mundi et carnis et diaboli blanditias; atque u milites tui fortes, devictis hostibus nostris, eundius tecum in perpetuas gaudeamus æternitates. Amen.

FERIA IV.

Jesus Angelorum ministerio usus.

MEDITATIO.

Consummata omni tentatione, diabolus recessit a Christo usque ad tempus. Et ecce, Angeli accesserunt, et ministrabant ei. (Matth. IV, 11. Marc. I, 13. Luc. IV, 13.)

1. « Ex his unius Personæ Christi utraque natura ostenditur; quia et Homo est, quem diabolus tentat; et idem ipse Deus est, cui ab Angelis ministratur. » (S. Greg. P.) Recessit diabolus a Domino *usque ad tempus*, scilicet dolorosæ Passionis, ut tunc eum per atrocissima tormenta vincere conaretur, quem per cupiditatem et ambitionem in deserto superare non poterat. Ideo Dominus mox initio Passionis suæ, captus a ministris, dixit: *Hæc est hora vestra*, et potestas tenebrarum. (Luc. XXII.)

· *Et ecce Angeli accesserunt;* ut ne dubitemus, n nos post tentationem feliciter consumma-, post reportatam a diabolo victoriam, mira ii consolatione ab Angelis reficiendos fore. *Et trabant ei,* nempe cibum et potum, quo famem que sedaret. « Præcedit tentatio, ut sequatur ria : Angeli ministrant, ut Victoris dignitas probetur. » (S. Hieronym.) — Si gloriosa nos at victoriæ festivitas, non terreat nos labo- pugnæ difficultas. « In hoc Angelorum obse-, remuneratio laboris nostri futura gloriosior etur; quia post triumphos, æternæ vitæ Bea- n vera per hoc designatur refectio, ubi non Angeli, sed etiam ipso Dominus Angelorum e ministraturus sanctis, luce clarius prædica- Et ideo, qui vult tanti honoris obsequio post- m refoveri, necesse est, ut prius in militia us, discat Dei adjutorio fultus agonem suum nem usque perducere, quia non coronabitur, qui legitime certaverit. (S. Paschasius.) *Beati illi* (Luc. XII) *quos, cum venerit Dominus, invene- igilantes :* nam ipse *præcinget se, et faciet illos mbere, et transiens ministrabit illis.*

Quid? quod jam hic in terris, in ecclesia, ad am Mensam, Rex Angelorum subministrat s Panem vitæ et Calicem salutis perpetuæ. n venit ministrari, sed ministrare. Qui semet- m Patri obtulit in sacrificium, nobis ministrat ie hodie Carnem suam. Hujus tanti Ministri ia, nil mirum, si libenter nobis sancti Angeli strent. » (S. Bernard.) — « De Angelorum a altare præsentia dubitare omnino non debes, ad hoc (secundum Apostolum) *administratorii tus* positi sunt in ministerio propter eos qui editatem capient salutis. Idcirco inter Angelo-

rum frequentiam, quam terribile sit in Communionem accedere, debet quisque c (S. Paschasius.)

4. En Sacerdos! singulari honoris pri Deus elegit de populo, ut stes coram i aulæ minister in mensa ejus; ut incom ibi capias cibum, eumque ceteris adminis libus. Conceditur tibi, quod Angelis ne quibus meritis tuis? — Conceditur til Angelorum (Officio prorsus tremendo), throno cœlesti evocatum verbis tuis in a sentem sistere *(obediente Domino voci* eumque manibus tuis contingere ac po bere. Quonam pacto respondebis huic l — Tobias junior dixit patri : *Quid dign esse beneficiis* ducis istius fidelis, *qui m reduxit sanum? quid illi ad hæc poterim dare?* (Tob. XII.) Audientes vero Ange quem diu hominem esse putaverant, beneficio obstupefacti prociderunt in *prostrati per tres horas in faciem, benedix* animis secum volventes admiranda D Jam ecce, Sacerdos! paulo post ipse rum, Jesus Christus, subministrabit Carnem suam in cibum, verum San in potionem. Hujus veritatem mys Patres antiqui :

Sec. V. S. AUGUSTIN., Serm. 130, *d Joan.* VI, ait : « Dictum est, *Panem cœli d Angelorum manducavit homo.* Quis est Christus? Sed ut Panem Angelorum m Dominus Angelorum factus est Homo. factus esset, Carnem ipsius non haber ipsius non haberemus, Panem altar remus. »

Sec. VI. S. ANASTASIUS Sinaita, *Serm. de sacra Synaxi*, : « Quid agis, o homo? Dum Angeli ministerio defunguntur; dum illi sex alis præditi mysticam mensam obeunt; dum Cherubim circumstant, ac Seraphim trisagium hymnum clara voce clamant, omnibus interea timore ac tremore ministrantibus; dum Agnus Dei sacrificatur, Spiritus Sanctus desuper advenit; dum Angeli populum omnem invisibili ratione circumeunt, fideliumque animas consignant ac describunt, nec tu animo perterrescis? etc. »

Sec. XI. CONCILIUM Atrebat., an. 1025 (*D'acherrii Spicileg.*, t. I, p. 612), cap. II, *de Corp. et Sang. D.*, ait : « Verum Christi Corpus et Sanguis est, quod sub sacramento communicandæ Carnis et Sanguinis de altari sumimus. Sæpe etiam dum hæc sacra mysteria celebrantur, visum est a pluribus, Angelorum choros mensam altaris, a quo Sancta consecrantur, ambire, tanquam milites in obsequio sui Regis adstantes. »

Sec. XII S. ANSELMUS, Ep. Cantuar., *in Orat.* XXVII, ait : « Nec dubites, in illa hora sacrificii Corporis et Sanguinis Redemptoris tui, Angelos adesse suo Creatori, suique Creatoris Carni et Sanguini cum magna reverentia ineffabile obsequium deferre.... Hæc omnia fideliter credens, Carnemque tui Creatoris dulciter amplectens, in ipsis amplexibus ejus pietati significa tuam necessitatem. »

Sec. XIII. HUMBERT, Cardinal., l. II, *Tract.* II, c. 44, *de solemni Communione*, ait : « Sanguis Domini dæmones fugat, eos torrendo; Angelos ad venerandum provocat. Ubicunque viderint Sanguinem Domini, fugiunt quidem dæmones; concurrunt autem Angeli. Et ideo recipitur hoc sacramentum in hora mortis, ut dæmones tunc insidiantes *fugentur, et Angeli* sancti veniant in auxilium *animæ exeuntis.* »

PRECES ANTE MISSAM.

Ave, Domine Jesu! dulcissime Hospes animæ meæ! Millies ave, Deus omnipotens! qui denuo tam grande patrasti miraculum inter manus meas, et nunc hæres in brachiis animæ meæ. O Cibus! o Potus! o Charitas! — Gustavi, mi Jesu, ad mensam tuam, quam Ecclesia, Sponsa tua (jubente te) adornavit; gustavi quam suavis sis Dominus. Admiror infinitam tuam in me benevolentiam ac

tatem. Indignus ego Minister tuus adoro et dico te, JESUM meum desideratissimum. Lætaus te veneror in humili domuncula cordis Utinam eo dilectionis ardore te complecti em, quo te Maria Mater tua complexa est. m omnium Sanctorum in terra militantium . cœlo triumphantium corda haberem solus, ardentius te diligere possem, o suavissime es animæ meæ! Id imprimis unice desidero, JESU, ut ab omnibus sanctificetur Nomen , et in Nomine tuo omne genu flectatur, ac ia fiant ad gloriam Nominis tui.

ria Mater tua in Cana Galileæ, nuptiali tecum lens convivio, ministris ajebat : *Quodcunque it vobis, facite*. Salutari huic admonitioni pa- et ego Ecclesiæ tuæ. *Quodcunque* mihi ris per divinos tuos instinctus, faciam impigre, m sine mora. Siles enim postquam frustra tus es, ac contemnis postquam diu satis contus es. Nolo igitur obdurare cor meum, sed tus sum facere *quodcunque* mihi dixeris. Nihil pio; nihil recuso. *Quodcunque* vetueris, evi- , utut dulce vel amœnum, et *quodcunque* jus- , incunctanter exequar, utut grave vel moles- Omnem spem atque fiduciam meam pono in omine JESU, cujus Potentiæ et Bonitatis infi- est thesaurus. Et quia dignatus es me aggre- ad Ecclesiæ tuæ Ministros, exorna me virtu- Dignitati meæ congruis, et concede mihi icem hanc gratiam, ut altaris sacrificium nun- indigne peragam; dein, ut dulci hoc Viatico munitus, ex hac vita decedam. In illa terribili is hora, quando me vires ita deficient ut lin- mea, adhærens faucibus meis, non amplius it enuntiare suavissimum Nomen tuum, tunc, su, tunc adesto egressuræ animæ meæ, eam-

que illuc perducito, ubi nunquam separabil
Sponso suo dilectissimo, sed tecum unita
manebit. Amen.

FERIA II.

Jesus, primus Evangelii Prædicat

MEDITATIO.

**Cum audisset Jesus quod Joannes traditus esse
sus est in virtute Spiritus in Galileam, prædica
gelium regni Dei. Et fama exiit per universam
de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum
ficabatur ab omnibus. (Matth. IV, 12. Marc. I.
III, 14—15.)**

1. Docebat Jesus in synagogis. « Sy
latine dicitur *Congregatio;* quo nomine no
turbarum conventum, sed et domum, in
audiendum verbum Dei conveniebant, Ju
pellare solebant, sicut nos *Ecclesias* et
choros Fidelium vocamus. Verum differt i
nagogam, quæ *congregatio,* et Ecclesiam, q
vocatio interpretatur, quia scilicet et pe
quæque res congregari in unum possunt
cari autem non possunt nisi ratione utent
novæ gratiæ Populum, quasi majore d
præditum, rectius *Ecclesiam* quam *sy*
nominare, Apostolicis Doctoribus visum est
Beda.)

2. Jesus, primus Evangelii prædicator,
sibi ac illiteratos adscivit discipulos, et
dem postmodum Fidem in universo terrar
dilatavit. « Inter funera martyrum (ait
prædicatum est toto orbe Evangelium, et a
Evangelii hominum doctissimorum inge
begit. » — Id absque miraculo fieri non

cclesiæ hostes et profligatissimi se-
edicatores magno cum populi ap-
rint errores suos vitiis blandientes,
? Cernimus hodiedum turbulentos
acillime adduci, ut resistant potesta-
rdinatis, quo liberius suis cupidita-
axare possint. At sicut Evangelium a
icredulis improbatur, repudiatur, con-
vicissim a nobis suscipitur, æstima-
r.

gogis docens Jesus, *magnificabatur ab*
ne tamen ea causa prædicavit Evan-
Dei, ut tanquam vir doctus laudare-
nibus; nam ipse palam (Joan. VIII)
æro gloriam meam. Id documento sibi
rdotes, præcipue divini verbi præco-
sos prædicare studeant sed Evange-
o fine concionentur, ut eruditionis
t laudem aucupentur, sed ut divini
ia augeatur, et animarum salus pro-

gis Jesum in Galilæam abiisse *in vir-*
ne existimes ei supervenisse aug-
iæ, cum semper fuerit plenus Spiritu
uitur quod miraculorum virtutem,
us in se retinuerat, sensim manifes-
ris honorem dilatandum, ad lucrandas
lestruendum satanæ regnum. Disce,
s magnas magno aggredi animo et
Magnum est Dei gloriam propagare
ab interitu vindicare; magnum est
hinas evertere, cupiditates frangere,
ntegre præstare, in Dei servitio con-
stere, etc. Ad perficienda hæc magna,
er opus est animo; et nisi teipsum

identidem excitaveris, tam magna præstare [illegible] poteris.

5. Quo majores autem vires obtineas, Sacerdo[illegible] ad magna officia tua fortiter exequenda, [illegible] rursum ad aram Domini, ad mensam illius Pr[illegible]catoris magnifici, cujus Evangelium, non si[illegible] ingenti miraculo, in omnibus mundi regnis prædi[illegible]catum est. Accede humili corde et devotione q[illegible] potes maxima, nullus dubitans quin panis [illegible] vinum, *virtute Spiritus Sancti*, transmutentur [illegible] verum Corpus et Sanguinem Domini. Perspicua hujus veritatis testimonia reperire est in prioribus Ecclesiæ seculis :

Sec. IV. S. Ephræm. Syr., *serm. polem.* LIV, *de fide adversus scrutator.*, ait : « Domini sermo simplices [illegible] ingenuos mirifice recreabat; idem vafros torquebat et veteratores. Illi, utpote affectionibus vacui, dicenti adhibuerunt fidem : isti, quibus tortuosum ingenium litigare et sciscitari, institerunt. Quomodo, ajebant, potest hic nobis dare Corpus suum ad manducandum ? Disceptandi libido illis obstitit ne immortalis vitæ Pharmaco potirentur. Quare curandum est ne similis infidelitatis noxa nobis similem accersat pœnam. Divina oracula in nostro igne exploranda non sunt. »

Sec. V. S. Hieronymus, *in apolog. adversus Jovinian.*, ait : « Scio, Romæ hanc esse consuetudinem, ut Fideles quotidie Christi Corpus accipiant : quod nec reprehendo, nec probo.... Probet se unusquisque, et sic ad Corpus Christi accedat : non quod dilatæ Communionis unus dies aut biduum sanctiorem efficiat Christianum, ut quod hodie non merui, cras vel perendie merear. »

Sec. VI. In Liturgia Habissin., quæ *Apostolorum nomen præfert*, et apud Æthiopes Christi fideles commu-

st, et *Canon universalis* appellatur (Murat., *Liturg.*, p. 178), hæc *Oratio* legitur : « Rogamus te, Domine, precamur ut mittas Sanctum Spiritum et virtutem r hunc panem et super hunc Calicem, faciatque nque Corpus et Sanguinem Domini et Salvatoris i Jesu Christi. »

c. *VII.* In SACRAMENTARIO Gregor. (Ibid., t. I, p. 124), *Oratio* legitur : « Corporis sacri et pretiosi Sanguinis ti libamine, quæsumus, Deus noster, quod pia devo- gerimus, certa redemptione capiamus. »

c. *XI.* SAMONA, Ep. Gazæ, *discept. cum* Achmet. *cen.*, ait : « Ponit Sacerdos supra sanctam mensam m pariter et vinum, et invocatione sancta orat. Spi- Sanctus descendit, et in iis, quæ proposita sunt, rvenit ; et igne suæ Divinitatis, panem et vinum in us et Sanguinem Christi commutat. »

c. *XII.* S. HILDEGARDUS, Abbatissa miraculis celeima, *Epist. ad Prælatos Mogunt.*, ait : « Virtute almi Dei, oblatio panis cum vino et aqua, in Carnem anguinem Salvatoris, ad verba Sacerdotis, transsubtialiter mutatur. Per hoc enim sacramentum Corporis nguinis Jesu Christi, qui panis vivus est, ut ipse tes- r, animæ salvandorum reficiuntur. »

c. *XIII.* S. BONAVENTURA Cardinal., in lib. IV, *sent.*, X, art. I, quæst. 1, ait : « Opinio quorumdam fuit ror pessimus, quod Christus non esset in altari, nisi um sicut in signo, et dicitur manducari, quia signum accipitur et manducatur.... Et ad hoc quidem videntur ate moveri, quod nemo sit dignus tangere nec etiam edere veram Carnem Dei. Sed iste est error pessimus ontra pietatem Fidei, quæ tantum sibi beneficium a datum recognoscit et gratias agit, quod et in Carne

sua ac natura propria nobiscum sit. Est etiam contra sacramenti dignitatem et excellentiam, in quo relucet divina Potentia et Bonitas altius ceteris sacramentis.... Primum igitur hic manifestatur Dei potentia in operis singularitate. Cum enim panis in Christi Corpus verum et integrum in multis altaribus convertitur subito, ostendit se Deus hoc posse supra omnem potentiam operativam in conversione; supra imaginativam, in hoc quod idem est in pluribus locis; supra intellectivam, in hoc quod tam magnum et integrum in tam parva specie facit existere non contractum.

PRECES ANTE MISSAM.

Placare, quæsumus, o Deus omnipotens, his muneribus divinis, quæ hodie in conspectu tuo sistimus, ad exhibendum latriæ cultum, tibi soli Deo debitum; gratias simul agentes pro omnibus beneficiis tuis, maxime vero pro auspicato Prædicationis initio et officio, quod Unigenitus tuus anno ætatis suæ trigesimo suscipere dignatus est, perambulans Galileam ac finitimas regiones. Immolamus tibi hanc Victimam propitiatoriam in expiationem contumaciæ nostræ, qua Christi tui Evangelio non verbis, sed moribus nostris toties contradicere ausi sumus. Impetret nobis Oblatio ista, ut Evangelii prædicatio, per merita primi illius Prædicatoris, majora in dies capiat incrementa. Confunde Judæorum pertinaciam, extermina Gentilium superstitiones, destrue Novatorum machinas et insanias falsas. Fac, ut increduli tandem mentis oculos aperiant, et incarnato Verbo tuo faciliores præbeant aures. Da catholicis Evangelii Prædicatoribus ut in sacris sermonibus suis non propriam, sed tuam unice quærant gloriam. Effice, Pater! ut omnes Fideles Verbi tui non tan-

m auditores, sed factores etiam esse studeant. ımento, etc.

AD CHRISTUM.

Domine Jesu! qui docens olim in synagoga dæorum, magnificatus es ab omnibus; vilissi- ıs ego terræ vermiculus timeo tractare tremen- m altaris mysterium. Ingratus ego peccator, si nitius inspicio conscientiam meam, vix audeo propiare tibi Deo magno et terribili, cujus ma- ıtas incomprehensa complectitur omnia Domine. su! non sum dignus, qui sacrosanctum Corpus um manibus meis teneam et ore meo comedam. ırumtamen, o bone Jesu! illa benignitas tua, ıæ servili te forma vestivit, moveat te, ut tuam ı sinas adire mensam purissimam.

« Dulcissime, et super omnia desideranda desi- ırande Jesu! adesto supplicationi meæ; intende ıci orationis meæ, et per magnam misericordiam am emunda ab omni inquinamento peccati ani- am meam, ut digne possim accedere ad servitium laris tui, digneque tractare mysterium Corporis Sanguinis tui. Fateor, Domine, coram Omnipo- ntia tua, me nimis esse culpabilem. Attamen de effabili bonitate tua non despero. Bonus es tu; in bonitate tua doce me justificationes tuas, ut s intelligendo, easque sicut decet jugiter ope- ndo, puro corde possim recipere mysteria tua. » Anselm.)

PRECES POST MISSAM.

Magnificentissime Deus! Jesu Christe! maximas i habeo grates pro inenarrabili hac bonitate tua, a me miserum peccatorem admisisti ad altare ım, ut offerrem ac sumerem sacrosanctum Cor- s et Sanguinem tuum. Gratias insuper ago tibi,

suavissime Salvator, pro stupenda illa chari[illegible] tua, qua tibi complacuit primo prædicare Eva[illegible] lium regni Dei et promulgare præcepta novæ l[illegible] gis. Ab imo pectore gratulor tibi laudem illam, [illegible] docens in synagogis Galilææ magnificabaris [illegible] omnibus. Grates tibi, Jesu dulcissime, pro in[illegible] bili misericordia tua, qua per Apostolos tuos [illegible] *virtute Spiritus Sancti* propagasti Evangelium usq[illegible] ad extremos fines terræ.

Quis similis tui in fortibus, Domine? quis simili[illegible] tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque lau-dabilis, faciens mirabilia? Quam magnificata sunt opera tua, Domine! nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ, quam ut eas rimari valeamus in-firmi nos homines. Tua est, Domine, magnificen-tia, et potentia, et gloria, atque victoria, et tibi laus; qui, quod primus prædicare dignatus es, Evangelium in universo dilatasti mundo per paucos discipulos tuos. In signum grati animi, offero tibi meipsum totum, firmissim cum voluntate servandi præcepta evangelica. Omni data occasione docebo fideles, sive e suggestu, sive in sacro tribunali; conabor saltem pietatis exemplo ac colloquio pio instruere domesticos fidei.

Domine Jesu, Zelator animarum! incende me Zelo apostolico, ut et verbis et operibus æternam Proximorum salutem promovere contendam. Uti-nam et ego in omnem terram exire, ac Evangelium tuum omnibus ubique gentibus optato cum fructu prædicare possem; libenter omnes vires, labores, sudorem, sanitatem, vitam et sanguinem pro tua gloria et animarum salute impenderem. Interim hoc a te summis exposco precibus, ut omnibus Consacerdotibus meis, præsertim animarum Cura-toribus, gloriæ tuæ Zelum inspirare digneris, ut non arrogantiæ spiritu inflati, sed *in virtute Spiritus*

ejusdem gratia et igne accensi, officio suo
mo rite fungantur. Da mihi veram animi
onem, ne quæram laudari vel magnificari
ibus. Fac, ut rectam in actionibus meis
ı intentionem, et illuc tandem perveniam,
ı Sanctis tuis æternum magnificabo te Deum
rem meum. Qui vivis, etc.

FERIA III.

;us, Messias a prophetis prædictus.

MEDITATIO.

sus Nazareth, ubi erat nutritus ; et intravit secun-
:onsuetudinem suam in synagogam, et surrexit
. Et traditus est illi liber Isaiæ Prophetæ. Et ut
it librum, invenit locum, ubi scriptum erat :
ritus Domini super me, propter quod unxit me;
ngelizare pauperibus misit me, sanare contritos
le, prædicare captivis remissionem, prædicare an-
ı Domini acceptum, et diem retributionis. » Et
plicuisset librum, reddidit ministro, et sedit. Et
m in synagoga oculi erant intendentes in eum.
autem dicere ad illos : « Quia hodie impleta est
: Scriptura in auribus vestris, etc. » (Luc. IV,
0.)

ırgitus est Dominus sui notitiam illis, inter
lucatus est : *Venit Nazareth, ubi erat nutri-*
ominus ad omnia se curvavit obsequia, ita
ectoris quidem aspernaretur officium ; unde
r : *Intravit in synagogam, et surrexit legere.* »
bros.) Stans legit; unde mos laudabilis ut
ta voce in ecclesia sunt legenda vel can-
ı Clerico, a stante fiant. Præclari fuit exem-
od Jesus humilis in synagoga publice lege-
ct tibi, Sacerdos, incumbit in ecclesia

publice quidquam legere, id non pro onere, sed pro honore habeas. Codices autem sacros reverenter accipe, decenter revolve, cavens ne rapida lectione offendantur audientes.

2. Cum Jesus illud Isaiæ vaticinium explicaret, omnes mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebant de ore ipsius, et dicebant : Nonne hic est filius Joseph? Et ait illis : *Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis : multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cœlum annis tribus et mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra : et ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in Israel sub Elisæo propheta, et nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus.* Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes. Et surrexerunt, et ejecerunt illum extra civitatem ; et duxerunt illum usque ad supercilium montis, super quem civitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat. — « Sæviant, quantum velint, fremant et irascantur; securus est Dominus, nihil timet, omnia in potestate habet, et nisi ipse velit, teneri non potest. Non tamen resistit, sed per medium inimicorum transiens, canes contemnit hinc inde latrantes. » (S. Bruno Signiens.)

3. « Per medium illorum ibat. Hinc intellige, non ex necessitate fuisse sed voluntariam crucis Passionem, nec captum a Judæis, sed a se oblatum. Etenim quando vult, capitur; quando vult, elabitur; quando vult, non tenetur. Ecce hic in supercilium montis præcipitandus ascenderat; et ecce, per medium illorum (mutata subito vel obstupefacta furentium mente) descendit. Nondum

ɜnerat Passionis. Vides igitur et hic
se quod non captus est, et illic vo-
quod captus est. Nam quomodo a
potuit, qui a populo non tenetur?
crilegium esse multorum, ut in au-
ɜrucis invidiam retorqueret, atque a
ı affigeretur, sed pro toto orbe more-
ɪbros.)

c ceteri Vates sacri cuncta Mes-
et beneficia prænuntiarunt. Prop-
ɪ synagoga dixit : *Hodie impleta est*
ɪ. Omnia Prophetarum oracula de
ta sunt in Christo. Sola religio
ɪinis vaticinationibus tanquam notis
nsignata est. Quemadmodum vero
Iessias a Prophetis fuit prædictus,
stamenti sacrificium ab iisdem præ-
t. *Primo* enim per Malachiam (c. ı)
acerdotibus antiquis, quod sacrificia
ɪtaminata, promittitur offerenda in
'*atio munda*, id est (ut interpretantur
Irenæus, Augustinus, Damasce-
crificium eucharisticum. *Secundo*, in
ɔ. (cap. ıx) hæc leguntur : *Sapientia*
quæ est Filius Dei) *ædificavit sibi*
esiam), *Miscuit vinum*, *et proposuit*
(scilicet mensam eucharistici sacri-
ɪenti, ita, ut *Vinum* denotet Sangui-
Mensa vero Corpus ejus). Ita S. Aug.
ɔ. et S. Chrysost. *in Ps.* xx. *Tertio*
ɪius (Psal. 71) ait : *Erit firmamentum*
ummis montium, quæ alii ex Hebræo
lunt : *Erit particula frumenti in terra*
tium. Rabbi vero Jonathas (qui ante
tum scripsit) paulo aliter explicat :

Placenta, inquit, *panis fiet sacrificium in capiti cerdotum, qui sunt in ecclesia.* Quibus verb potuit dici clarius ad significandum altaris rium. Quandonam enim particula panis p sacrificium *in capitibus Sacerdotum*, nisi dum ex pane triticeo confecta consecratur a S tibus *in Ecclesia*, et post Consecrationem capita eorum elevatur, et adoranda popu betur? — Ab eodem Propheta regio (Ps Christus prædicitur *Sacerdos secundum Melchisedech*. Sic appellari nequid ob sa crucis, quia, cum istud fuerit cruentum, potius ratione hujus dici Sacerdos secu dinem Aaron. Ergo solum ratione sacrific ristici, quod offertur in pane et vino, Chr cerdos est *secundum ordinem Melchisede* veritatem haud obscure docuerunt antiq tores orthodoxi :

Seculo. V. S. Eucherius, Ep Lugdun., *in G* c. 18, ait : « Christus sine aliqua sacerdotali Homo extitit ex hominibus, utpote non ex tribu sed ex tribu Juda, ex qua tribu nihil de sacer cepto accepit : utique propter mysterium sacram Christianis celebrare præceptum est ; ut non Aaron pecudum victimas, sed (secundum ord chisedech) oblationem panis et vini, id est, C Sanguinis ejus sacramentum in sacrificium of

Sec. IX. S. Paschasius Ratbert., *in Epist. gard. de Corp. et Sang. Dom.*, ait : « Totum, u instituit, ita esse credas et intelligas ; quatenu ille in nobis incorporatus maneat, cui juravit D *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem dech*, et non secundum deliramenta quorumdan

X. Atto II. Ep. Vercel., *exposit., epist. ad* vii, ait : « Quomodo translatum est Sacerdotium? ıu ad tribum, de sacerdotali ad regalem ; ut eadem t et regalis et sacerdotalis.... Christus et Rex erat r. Sacerdos autem factus est, quando Carnem sus-.. ex tribu Juda ortus, ex qua tribu nihil sacerdotali ıto accepit : utique propter mysterium sacramenti, Christianis celebrare præceptum est : ut non secun-ıaron pecudum victimas, sed oblationem panis et l est, Corporis et Sanguinis ejus sacramentum in :ium offeramus. »

XI. Durand. Troan., *lib. de Corp. et Sang. Chr.*, l, ait : « De veritate Carnis ejus communicandæ, et inis, nullus jam relinquitur locus ambigendi ; siqui-t ipsius Domini professione, et nostra fide, vere est et vere est Sanguis, sacra confectio vivifici sacra-»

XII. Algerus Leodiens., l. ii, *de Sacr. Corp. et D*, c. 1, ait : « Quidquid deformitatis in Christi ıento contigerit specietenus, non debet in nobis extinguere veritatis ejus : quia, qui in Corpore suo, Deus esset, multa indigna pertulit, nihilo minus in ıento suo perfert, quamvis vere ibi sit. »

PRECES ANTE MISSAM.

er omnipotens, æterne Deus ! piissima, qua , devotione ac reverentia, collaudamus infi-. misericordiam tuam, qua perdito hominum i, ingrato huic operi manuum tuarum por-:i dexteram, mittendo Unigenitum tuum in ı, ut evangelizaret pauperibus, ut sanaret itos corde, ut prædicaret captivis indulgen-et clausis apertionem. Eumdem Filium tuum,

verum *Messiam* a Prophetis prædictum, offerimus Divinæ tuæ Majestati, in gratiarum actionem pro eximiis donis et bonis quibus nos quotidie cumulas, nec non in commemorationem illius obedientiæ, humilitatis, mansuetudinis et patientiæ, qua idem Unigenitus tuus, in terris visus ac cum hominibus conversatus, multa indigna pertulit, et innumeras sustinuit injurias ac contumelias. Suscipe hoc novi Testamenti sacrificium, in plenam satisfactionem pro omnibus totius mundi peccatis, præsertim pro nefanda illa verborum impietate, qua increduli cuncta religionis nostræ mysteria et amoris tui beneficia lacessunt. Trahe miseros homunciones istos ad frugem, ad meliorem mentem, ut improbitatem suam agnoscant, defleant, ejurent, atque nobiscum adorent *Messiam* a Prophetis prædictum. Impetret nobis hæc *Oblatio munda* gratiam tuam, ut dilecti Filii tui vestigiis insistentes, iniquas concivium vexationes et heterodoxorum injurias patienter feramus. Memento NN.

AD CHRISTUM.

Domine Jesu, *Messia* desideratissime! qui juxta Prophetarum oracula in mundum venisti, evangelizare pauperibus, sanare infirmos, ac consolari lugentes, ad te festino pauper ego et infirmus, acerbe lugens et meam et aliorum malitiam atque miseriam. Alium præter te haud invenio Consolatorem. Sicut in illa Judæorum synagoga, *omnium oculi erant intendentes* in te, ita et nunc Credentium oculi omnium in te sperant, Domine, qui das Escam illorum in tempore opportuno, Panem vitæ æternæ. Intrepidus accedo mensam tuam (alioquin satis tremendam), ponens fiduciam in abysso bonitatis tuæ. Postquam pro me tanta fecisti et tulisti, non rogatus a me; quid denegabis

i non præstabis, toties rogatus a me? Fi-
ique vado ad mensam tuam, ut vitæ pa-
mam. Humili fiducia progredior ad aram
quæcunque pro salute mea postulavero,
s abundanter. Qui vivis, etc.

PRECES POST MISSAM.

tibi ago, mitissime Jesu, divine *Messia*,
ıo hoc beneficio quod accepi, pro isthac
m Esca et Potione omnium pretiosissima.
Deus meus! quis ego, qui tecum adeo
er loqui audeo? Servorum tuorum piger-
ɔminum abjectissimus, longe miserior ac
ibilior, quam scio vel dicere valeo. Ah!
met, o *Messia* clementissime! qui a Pro-
ædictus, et a Patre missus es in mundum,
are pauperibus et sanare contritos corde.
ım ego, Domine! nihil habeo ex me, nisi
ıihil possum nisi peccare; nihil prome-
i pœnas. Tu solus bonus et misericors,
ia potes, omnia præstas, omnia reples.
ere miserationum tuarum, Domine! et
meum inane gratia tua, qui non vis esse
ıera tua. Evangeliza mihi pauperi, Magis-
ɔntissime! doce me facere voluntatem
na me contritum corde: sana animam
ıuia peccavi tibi. Prædica mihi captivo
ıem quam suppliciter peto et fiducialicto. Domine! adjutor meus et liberator
tu. Qui venisti cœcis visum reddere, illu-
ulos meos, ne unquam obdormiam in
ui venisti consolari lugentes, solare me
ne abundantiori tristitia absorbear. Fiat
rdia tua, ut consoletur me.
patientissime! qui tam graves a patriotis
tumelias pertulisti; da mihi, ceterisque

mori, in circulis publicis mori, in die
Paschæ mori, in conspectu innumerabili
num mori : hac de causa te subduxisti pa
manibus. Bone Jesu, *Messia* dilectissime ! c
iens per medium illorum *ibas*, et disce
illis, mane mecum in corde meo. Do
discedas a me. Sæpe quidem promer
relinqui a te : sed ne ita me punias, c
fieret de me, si essem sine te? quo venir
absque te? Propediem utique perirem.
mane mecum ut Comes itineris mei, quo
ad aulam tuam cœlestem migrare val
semper tecum ero. Amen.

FERIA IV.

Jesus, Lux orta sedentibus in ten

MEDITATIO.

Relicta civitate Nazareth, venit Jesus, et h
Capharnaum maritima, in finibus Zabulon et N
ut adimpleretur, quod dictum est per Isaiam P
« Terra Zabulon et terra Nepthalim; via m
« Jordanem, Galilæa gentium : populus qui

n ante Christi adventum in extremis
inum erant. Neque enim ambulabant
ed *sedebant in tenebris* : quod signum
ɔc sperasse quidem se liberandos
enim nescirent quo procedendum
nebris comprehensi *sedebant*, cum ne
possent. » (S. Chrysost.)

nodi teterrimis ignorantiæ tenebris
ı Gentiles, atque majores nostri eth-
am lux evangelii per viros aposto-
uit regionibus nostris, quæ prius
lici poterant regiones umbræ mortis.
innumeri (proh dolor!) infideles ac
enebris et in umbra mortis sedent,
mi se cuncta clarissime videre tan-
ıti gloriantur. Nos autem Christiani
ɔlici gratias agamus Domino Deo
Jesum, *Lucem magnam*, nobiscum
ɔc mundo, in templo, in altari.

ıristus, *Lux magna*, revera præsens
ı sacramento, radiorum suorum ful-
ıdit sub panis et vini speciebus, ne
ın nostrorum obtundatur nimio radio-
'e. Cherubim ac Seraphim in cœlo
Sanctum proclamant, quem Fideles
ucharisticis speciebus latentem ado-
ɔant. Quocirca, Sacerdos, puro pioque
ad *Lucem magnam*, ad Ignem inaspec-
Deum-Hominem, qui substantialiter
is mysterio, secundum Traditionem
veterum Patrum, quorum hic non-
ıtur in medium :

ONYMUS Syrus (inter opera S. Ephræm.),
lud Isaiæ VI : *Volavit ad me unus de Se-*

sumit sacramentum.

Sec. V. S. Chrysost., homil. v, *in illud I Dominum, etc.*, postquam exposuit quom stans in altari et offerens sacrificium incrue adhortetur, ut cum Cherubim ac Seraphim *tus, etc.*, denique subjungit : « Quid mirur raphim steteris, cum ea, quæ Seraphim nor tingere, tibi Deus libere tractanda concess est enim ad me, inquit, unus de Seraphin carbonem Ignis, quem forcipe sumpserat de altare figura est et imago istius Altaris ; igi tualis Ignis istius. At non est ausus Seraphi gere, sed forcipe : tu vero manu accipis . obtestor, precor, et obsecro, ne cum mac prava conscientia ad sacram hanc mensan neque enim hoc Accessus neque Communi quamvis millies sanctum illud Corpus at condemnatio, et pœnarum accessio. » — Et pœnit.) ait : Ne putetis vos accipere divinu homine, sed ab ipsis Seraphim, forcipe Ign

' animalium ; sed Sancti Spiritus operante virtute, um jam nostrum, Corpus et Sanguis ipsius est tis Christi Domini nostri. » — En tibi, Calvine, ɜ sensum de altaris sacrificio.

VII. MODESTUS, Ep. Hierosol., *in serm. de Persica ɜte*, ait : « Audite Sacerdotes, qui tremendæ ac for- i mensæ assistitis, qui præ Seraphim majorem Di- n consecuti estis : ille non ausus est, calculum ɔntingere, sed eum forcipe strinxit ; tu vero luteis ıibus inaspectabilia Seraphim mysteria distribuis. n ergo tua illa dextera esse deberet? quam oportet ɜ munditiam cœlo sublimiorem, splendidiorem , Cherubim sanctiorem? Nos autem non horre- aritatem ejusmodi manibus contrectantes, ac ta- entes Ignem.... Animum spiritumque velut pice mus, ac tremendæ formidabilique mensæ assis- '

XI. S. BRUNO, Ep. Signiens., *in expositione super* XVI, ait : « Qui Christi conficit sacramentum, qui ad rnem et Sanguinem sumendum accedit, morum ɪe et virtutum suavitate redolere debet. » — Hu- . documenta plurima invenire est in scriptis Pa- tiquorum. Moderni vero hæretici jam propriæ se ıtiæ satisfecisse existimant, dum pauca solum pro- quæ opinioni suæ favere autumant, quasi nullius ponderis sint innumera illa argumenta quæ viri :i ad confirmandam dogmatis sui veritatem pro- Recta utique ratio suadet, ut ex iis quæ clara sunt a interpretemur obscuriora. Quis enim nisi desi- ro luce adhibenda ad dispellendas tenebras, tene- s utitur ad caliginem luci apparenti offundendam? ıanda isthac ratione utuntur hæretici, dum urgent ysterium eucharistiæ pauca quædam Patrum loca

PRECES ANTE MISSAM.

Summe Deus! Majestas immensa et
nostro impervia! omni, qua par est,
debitum tibi adorationis cultum præsta
rentes ad aram tremendum Missæ sacr
gratiarum actionem pro *Luce* magna
sima, quæ per infinitam misericordiam
est nobis sedentibus in tenebris. Dem
tibi grates referimus pro Fidei lumine
illustrare et ad Ecclesiæ tuæ gremium
dignatus es. Augustissime Pater! mi
cœcutientium heterodoxorum, qui in d
ignorantiæ tenebris ambulant, et nov
rentes lucem, in novam quotidie caligi
profundam errorum vitiorumque vora
præcipitant. Nobis autem famulis tuis c
in sancta cordis simplicitate veritates e
firmiter credamus, præsertim altaris n
in quo summa tua in nos charitas el
vero mentem nostram noxæ quotidian
securant, ut, quæ nobis bona vel salut

quod desiderant, lumen gloriæ cœlestis : ıiem æternam dona eis, Domine! et *Lux* per- a luceat eis.

AD CHRISTUM.

ectum judicium tuum, Domine Jesu, terri- in consiliis super filios hominum! *Relicta de Nazareth*, habitasti in Capharnaum mari- . Justo judicio deseruisti urbem ingratam, o *magna!* et aliorsum abiisti. Nunquid et ego ator ingratus eamdem merui pœnam? Sæ- averti mentis oculos a luce tua divina, sedens enebris malitiæ, in regione umbræ mortis. ! quid de me factum fuisset, nisi me splendore æ tuæ misericorditer illustratum eduxisses nebris? Agnosco bonitatem tuam, mi Jesu! ue gratias ago, ac firmiter propono deinceps istibus illis abhorrere tenebris et in lumine ere. Quo facilius autem opera tenebrarum re valeam, o Jesu! propius accedere quin et ere debeo Ignem illum spiritualem, quem s tuis communicas in altari tuo. Sed timeo ı formidabilem mensam tuam sordidns ego ator. Timeo, luteis manibus meis contingere to *m* purissimam, te Ignem æternum ac incir- scriptum, quem Cherubim ac Seraphim vix nt aspicere. Stellæ non sunt mundæ in con- tu tuo; quanto minus homo putredo, et filius inis vermis? Munda cor meum, Domine! puri- me ab omni reatus macula, ne indigne pera- tremenda altaris mysteria, sed ut te *Lucem ıam* magna devotione magnoque cum fructu ıiam. Amen.

PRECES POST MISSAM.

edo, Domine Jesu! te *Lucem magnam*, to

satis mirari vel laudare possum immitau
me benevolentiam. Jure quidem merito
illa luminaria magna, quæ a te creata i
firmamento cœli, suæque lucis aspectu
recreant. *Attamen plus est quod habeo in*
quam quod admiror in cœlo. (S. Leo P.)
cillis ego creatura sum, et tu, *Lux* cla
venisti ad me? Miser ego homo sum, e
pulchrior Luna, junxisti me tecum? De
cœcus ego peccator sum, et tu, *Lux* s
stellis, habitas in pectore meo! O mira b
sempiternis laudibus extollenda!

Gratias interim maximas ago tibi, Je
sime, pro familiari hac visitatione tua :
rogo te, *Lux* delectabilis! ut me lucis tu
pem facias. Quanta menti meæ caligo
melius nosti quam ego. Deus meus!
tenebras meas, ut, quæ mihi fugienda v
sunt, videam. Illumina oculos meos, n
obdormiam in morte. Emitte lucem tua
tatem tuam, qua quicunque carent, miser
cadunt, pereunt. *Sine luce tua nemo ver*

fatuos, et præteream *Lucem magnam?*
ıitur te, non ambulat in tenebris, sed
nen vitæ. Trahe me post te, o *Lux*
ı! ut te semper et ubique præ oculis

gna! in cruce voluisti poni quasi super
n, ut luceas omnibus qui non ultro
:ulos. Nec miror quod te pendente in
sconderit radios: id potius miror quod
ı in plena lucis meridie cœcutiant, et
ıil videant, aliis se viam veritatis osten-
ittant. Miserere, bone Jesu, hominum
ılicium, qui hactenus sederunt in erro-
orum tenebris. Catholicis autem incu-
:bus et oscitantibus in umbra mortis,
men gratiæ, ut evigilantes abjiciant
brarum. Erige nos omnes in pedes
alacriter ambulantes in lumine fidei,
ıereamur ad lumen gloriæ. Amen.

FERIA V.

ı, Præco pœnitentiæ ac fidei.

MEDITATIO.

Jesus prædicare, et dicere: « Pœnitentiam
uoniam impletum est tempus, et appropin-
:gnum Dei: pœnitemini, et credite Evan-
(Matth. IV, 17. Marc. I, 15.)

ıs in deserto jam prædicaverat pœni-
vator eamdem prædicare cœpit, tan-
lium summe necessarium ad evitandum
i rigorem et obtinendum regnum Dei.
Sacerdos! si forte noxam incurristi
amdem serio deplora et quam acer-
ıa. *Non tardes converti ad Dominum*

(Eccli. v), *et ne differas de die in diem*, quoniam incertum est tempus mortis tuæ. Ne certus quidem es de vita in crastinum protrahenda. « Pœnitentiam age, quamdiu habes ad spatium et dies vitæ prorogatur tibi. Applica te cognitioni delictorum tuorum. Lacrymis teipsum prosequere velut jam mortuum et monumento positum. Effunde fontes lacrymarum. Luge teipsum salutari luctu, et juxta mensuram peccatorum tuorum sit etiam modus fletuum tuorum. » (S. Nilus.)

2. *Crede Evangelio*, in quo promittitur venia pœnitentibus, et pœna æterna peccatoribus obstinatis. *Crede Evangelio*, et magnum senties solatium in ipso pœnitentiæ fletu. *Crede Evangelio*, ne decipiaris philosophorum fallaciis. *Sine fide* (Hebr. xi) *impossibile est placere Deo.* — *Ecce, qui incredulus est* (Habac. ii) *non erit recta anima ejus in semetipso; justus autem in fide sua vivet.* Esse sine fide, est esse sine ratione. Fides non est evidens, at ratio evidenter demonstrat quod illi veram habeant fidem, qui Ecclesiæ Catholicæ dogmata fide firma credunt. Fidei nostræ mysteria sunt quidem supra rationem, sed non contra rationem.

3. Evangelium dicit Christum in ultima cœna dixisse Apostolis : *Accipite et manducate; Hoc est Corpus meum, etc. Hoc facite in meam commemorationem.* O magnum et inscrutabile mysterium! Crede tamen, Sacerdos! crede Ecclesiæ quæ, falli nescia interpretatur Evangelii textus. Noli credere novatoribus, qui non Divino afflati Spiritu, sed ambitionis ac superbiæ spiritu inflati, sacræ Scripturæ verba in alienum detorquent sensum. Crede Evangelio, et noli esse incredulus sed fidelis. *Neque scruteris* quare Dominus præceperit nobis

nanducemus Corpus ejus, et bibamus San-
ıem ejus ; *nam* (ut ait S. Chrysost.) *illud
ıne ad fidem pertinet, ut nulla mandatorum ratio
ıratur, sed jussis tantum obediatur*. Ne fides tua,
ıdos, circa Eucharistiæ dogma fluctuet, se-
ıtia Scriptorum orthodoxorum testimonia ac-
tius animo versa :

ulo IV. Concilium Nicæn., an. 325, in Canon Arab.
l Labb. t. II, p. 297), cap. 19, *de modo recipiendi
ntes post lapsum a fide*, ait : « Si qui ex iis, qui sine
ıtia et periculo negaverunt,... recto corde voluerint
dem redire, recipiendi sunt. Sed oportet ut cum Fi-
ıs communionem non habeant, donec pœniteat eos
ous annis pœnitentiam inter Audientes agant, et in-
ıenitentes annis septem; postea poterunt intrare in
ıiam, ad orandum cum populo tempore Sacrificii
ıs annis; sed debent abstinere a communione Cor-
Domini.... Sed si quis istorum ad mortem, dum in
lentia est, pervenerit, non est privandus sacra Com-
one, si eam petierit. »

. *IX*. S. Nicolaus Pap. (*Ibid*. t. VIII, p. 515)., *epist·
otarium Ep. Burdigal.*, violentis rerum ecclesiasti-
ı invasoribus hanc imposuit pœnitentiam : « Jube-
. uno anno extra ecclesiam Dei consistere.... Secundo
ınno ante fores ecclesiæ sine Communione maneant.
ı vero anno ecclesiam Dei ingrediantur, et inter Au-
es adstent.... Quarto anno Communioni Fidelium
uantur, totaque mentis intentione spondentes, talia
erius nunquam facturos, Corpus et Sanguinem Do-
suscipere mereantur. »

. *XI*. S. Fulbert. Ep. Carnot. *epist*, *ad Adeodat.*,
e ait : « Fides præ omnibus bonis summum meritum
æc te inducat ad credendum, te Consecrantis po-

tentia roboret ad sumendum. Promittit digne sumentibus beatæ spem immortalitatis; judicium minatur indignis, ut est illud Apostoli : *Qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit.* Quo multi scelerum suorum conscientiam perhorrentes attentius, se longe faciunt a sacramento vitæ, non attendentes, quam terribiliter Dominus, comminatus dicens : *Nisi manducaveritis Carnem Filii hominis, etc.* Quod alternantium causarum judicium intuentibus, summa vigilantia est adhibenda, ut emendatis actibus, nec indigne sumant, nec perniciose refugiant. »

Sec. XII. Franco Affligemiens., l. x, *de gratia Dei*, ait : « Ne fluctuet de veritate Corporis Christi fides christiani pectoris. Ne et frustra portet nomen christianæ professionis, et frustra celebret sacramenta divinæ religionis : sine fide enim impossibile est placere Deo. »

Sec. XIII. Richardus, Ep. Carum, (*Ibid.* t. XI, p. 257) *Constitut.* c. 35, ait : « Cum magna reverentia et devotione et munditia tractandum est sacramentum Corporis et Sanguinis Domini. Et propter hoc districte præcipimus, quod Sacerdos circa ea, quæ ad substantiam sacramenti Corporis et Sanguinis Domini pertinent, sint diligentes. »

PRECES ANTE MISSAM.

In spiritu veræ humilitatis et pœnitentiæ confiteor tibi, clementissime Deus! ad hanc usque horam me fuisse peccatorem miserum, et nimis ingratum pro singulari amore tuo, quo me a pueris complexus es. Per tot annos mihi delinquenti, misericorditer pepercisti. Benigne tolerasti negligentias ac culpas meas, et ad pœnitentiam me patienter expectasti. Sæpe sæpius pulsasti ad ostium cordis mei paternis admonitionibus tuis. Indignum me sustentasti solatiis, obruisti beneficiis,

ristí blanditiis. At ego surdus et cœcus ad omi, culpas culpis cumulare non destiti. Ah! cur n rumpitur cor meum præ doloris vehementia, m attente mecum ista cogito? Mirum sane, od terra omnium, quos habet, sceleratissimum huc nutriat vel sustineat. — Sed nunc, o miricordissime Pater! pœnitentem me respice ulis benignitatis tuæ, atque in tuam me recipe atiam.

« Miserere meî, Deus meus, et non me despias. Licet delicta mea sint multa et gravia, tu men clemens, tu multæ miserationis, neminem misericordia tua repellis. Quam multi enim sceati, bonitate tua pervenerunt ad indulgentiam! ultis ad te redeuntibus, gratis veniam donasti. tende igitur in me, optime Pater, clementiam am ; pateat mihi venia, pateat indulgentia. Non neges (obsecro) uni, quod jam plurimis contuli. Scelera mea non defendo; peccatum meum 'am te confiteor. Displicet mihi, quod feci; disset, in quo erravi, tuamque Majestatem offendi. ipsum accuso, culpam agnosco. Suscipe, quæso, morem pœnitentis ; audi vocem peccatoris ad clamantis : *Peccavi, Domine! miserere meî : Deus, pitius esto mihi peccatori.* Si iniquitates meas servaveris, o Domine! quomodo sustinebo? morare, quæ mea substantia ; memento, quæso, a terra sum, quia pulvis et cinis sum. Parce minibus meis; indulge sceleribus meis. » (S. hræm.)

Pater sancte! credo Evangelio, quod peccatous serio pœnitentibus pollicetur veniam. Credo angelio, quod toties ad aram lego et exosculor. miter credo realem Christi tui in eucharistia esentiam, quam tota Ecclesia tua credit ac protur. Hac fide jam instructus accedo altare tuum-

oblaturus ibi eumdem Christum Filium tuum, gratiarum actionem pro ineffabili tua misericor qua peccatores pœnitentes recipis in gratiam. fero tibi hanc Hostiam sanctam in expiatio scelerum nostrorum, et ad impetrandum auxili ut talem agamus pœnitentiam, qualem Uniger tuus prædicavit, et illam teneamus Fidem, q ejusdem Evangelio tribuere jubemur. Bone P per hoc Missæ sacrificium concede nobis far tuis largissimas pœnitentiæ lacrymas, ut de nostra, quibus te offendimus, digne defleamu deflenda non amplius admittamus. Memento

PRECES POST MISSAM.

Quis ergo sum ego, Domine Jesu Christe, me venire non abhorrueris? O quam bont Dominus, qui ad tam miserum peccatorem d tisti! Capere quidem nequeo magnum hoc c tatis tuæ mysterium, firmissime tamen c Domine, te nunc personaliter versari in pe meo. Vere persuasum mihi habeo teipsum re adesse in eucharistiæ sacramento : indubit enim omnia credo quæ nobis per Ecclesiam credenda proponis. Adeo magna sunt oper magne Deus! ut a nobis comprehendi non po Humiliter itaque subjicio intellectum meun debito latriæ cultu adoro te Dominum Deu

nter respice sperantem in magna miseri-
ı tua. Propone jam, unicam illam post nau-
m tabulam arripere, pœnitentiam nempe,
in Capharnaum maritima prædicare cœpisti.
ɔrtem usque lugebo insipientias meas, o di-
ræco pœnitentiæ! Fixum mihi, destinatumque
mo est, cunctas Seculi vanitates declinare,
ıque præteritas vel eluere lacrymis, vel cas-
voluntariis pœnis. Jam mitto nugas et jocos :
l, ah procul absint a me convivia et gaudia
ına, quibus nullum est cum virtute commer-
Habeant sibi hæc Christiani seculares vel
ɔntes : ego autem, qui deliqui in Deum meum ;
ıui et propria et aliena peccata deplorare de-
ego, qui periclitor in æternum perire; ego
r in luctu perseverabo, tuorum memor ver-
ı : *Pœnitentiam agite.*
serva in me hanc bonam voluntatem, o Jesu
ssime! Semper mihi ob oculos pone futura,
ima mea, secula fine carentia, quo majori
ı contentione satagam, salutem animæ meæ
ɔ collocare. Brevi forsan impletum erit tem-
tæ meæ; fors propediem, o *Præco pœniten-*
is Judex meus. Et ubi sunt bonorum operum
ı? ubi talenta quæ superlucratus sum? Ah,
s est, ut duplicato fervore negotium illud
simum pertractem, ex quo tota mea pendet
tas. Domine Jesu! doce me facere voluntа-
ıam; doce me nunc componere mores meos
mam Evangelii tui : dirige me in via pœni-
, in via salutis æternæ; ut te Duce, te Co-
mihi tandem adveniat regnum tuum. Amen.

Post hæc descendit Jesus Capharnaum, etc. Et p
secus mare Galileæ, vidit duos fratres, Sim
vocatur Petrus, et Andream fratrem ejus, mitt
in mare; erant enim piscatores. Et ait illis :
« post me, et faciam vos fieri piscatores homi
illi continuo, relictis retibus, secuti sunt eum.
dens inde, vidit alios duos fratres, Jacobum Z
Joannem fratrem ejus, in navi reficientes ret
vocavit eos. Illi autem statim, relictis retib
sunt eum. (Joan. II, 12. Matth. IV, 18—22.
16—20.)

1. « Nulla Petrus et Andreas Christum
facere viderant, nihil ab eo de præmio
retributionis audierant; et tamen ad unun
præceptum, hoc quod possidere vide
obliti sunt. » (S. Greg. P.) « Christus ad
nandum in orbe Evangelium non elegit R
Senatores, non Philosophos aut Orator
elegit plebejos, pauperes et indoctos pisc
(S. Aug.) — « Piscatores autem et illiterat
tur ad prædicandum, ut fides credentium i
Dei, non in doctrina et eloquentia homi

is altitudinem, sibi subjugavit. » (Guilielm.
— « Apostoli, qui novas inducebant leges,
iis imperarunt. O res novas et stupendas!
rum innumera millia Romani ceperunt, et
:im viros vincere non potuerunt, qui nudi
'mis pugnabant. Quis sermo possit tantum
lum describere? » (S. Chrysost.)

Si Jesus elegisset et doctrinæ suæ minis-
lhibuisset eos qui multorum opinione sa-
; habentur, et aut cogitandi subtilitate, aut
iis facundia, multitudinis plausus captare
t, justa suspicio fuisset simili eum ratione
via usum fuisse, qua philosophi, sectæ cu-
a autores, usi sunt; et fides nostra, perinde
quam suis sententiis habent hujus Mundi
ɔphi, fuisset in sapientia hominum, et non
ute Dei. Nunc autem ecquis est qui, cum
piscatores, vel primorum elementorum im-
, confidenter de fide Jesu adjungenda, non
apud Judæos disputare, sed etiam apud re-
gentes prospere Jesum annuntiare, non
rit unde illis inesset persuadendi facultas?
non dixerit Jesum in Apostolis divina qua-
rtute executum fuisse, quod his promiserat
: *Venite post me; faciam vos Piscatores homi-*
(Origenes.)

onsidera nunc, Sacerdos, Vocationis tuæ
dinem. Omnipotens elegit te de Mundo,
le mari procelloso; initiavit te Sacerdotio:
uit te Apostolorum successorem, et talium
satorem mysteriorum quæ unice ad divi-
ectant gloriam. Elegit te, ut in altari quam
simum offerres sacrificium. Quantas prius
nes facere debuit Dominus, ut te faceret
otem? Inter innumeras possibiles creaturas

elegit te, et posuit in mundo; dein ex to
lium millionibus elegit te, ac collocavit in
Ecclesiæ Catholicæ. Demum ex tot Catho
millionibus elegit te, ut Sacerdotio fung
Antiquæ Legis sacerdotium a Deo voca
Peculium de cunctis populis (Exod. XIX.) *et gen*
Quo igitur nomine compellandi sunt nov
Sacerdotes, qui non tauros et hircos, sed
divinum et immaculatum in aris offerunt?
cabile quidem et præcelsum est hoc Fidei
verissimum tamen, et luculentis primoru
siæ Patrum documentis stabilitum :

Sec. I. ACTA PASSIONIS S. Andræ Apostoli, al
discipulis conscripta, hæc habent : « Achaiæ
Aegeas dixit ad S Andream Apostolum : Nisi si
diis offeras, in ipsa cruce, quam laudas, affigi te p
S. Andreas respondit : Omnipotenti Deo ego or
vum offero sacrificium, non thuris quidem fu
taurorum carnes, nec hircorum sanguinem; sed
latum Agnum quotidie in altari sacrifico, cuju
postquam omnis populus in Christum credens
verit, et ejus Sanguinem biberit, Agnus, qui si
est, integer tamen et vivus perseverat. Aegeas
dixit : Quomodo hoc potest fieri? S. Respondit
Si credideris, Christum Filium Dei, qui crucif
Judæis ; verum Deum esse, exponam tibi, qu
vivat Agnus, qui, cum sacrificatus fuerit et vere
integer tamen permaneat » — S. Andreas eth
proconsuli declaravit, nullo modo fieri posse, u
in Christum ad hujus mysterii notitiam perver
vero, si nihil est eucharistia, nisi panis tantum s
Christum, facile fuisset etiam sine fide intellig
modo Christus in signo manducatus, integ

s perseveret; nec ulteriori expositione opus

tro. II. CONSTITUTIONES, quæ dicuntur APOSTO-
. II, c. 33, hæc habent : « Si de parentibus secundum
ı ait divina Scriptura : Honora patrem tuum, etc.,
ı magis de patribus spiritualibus, verbis Dei mone-
honore et charitate eos prosequi,... qui vos per
n Deo regenerarunt,... lacte verbi Dei aluerunt,...
tis stabilierunt, Corpore salutari et pretioso Sanguine
signati sunt, vobisque peccata remiserunt, et sacræ
haristiæ participes fecerunt? »

ec. III. TERTULLIAN., *adversus Judæos*, c. 6. ait :
Necessitas nobis incumbit, ut ostendere debeamus, tam
gem illam veterem cessasse, quam Legem novam
emissam nunc operari. Et quidem imprimis quæren-
um an exspectetur novæ Legis Lator,... et novorum
acrificiorum Sacerdos, qui nova sacrificia offerat.... Sacri-
ficiorum æternorum Antistes, quærendum an jam vene-
it nec ne. » — Quid *sacrificiorum* nomine significet
Tertullianus, alibi satis aperte declarat.

Sec. IV. In LITURGIA Joannis Passorensis, (Murat.,
. I, p. 207), Sacerdos sic orat : « Quandoquidem his om-
ibus atque aliis ejusmodi digni facti fuimus,... et Agnum
ccisum super altare videmus,... deprecamur te, Amator
eminum, Domine, ut sis propitius peccatis nostris. » —
a aliis bene multis Liturgiis a Renaudotio evulgatis
aria leguntur.

Sec. V. S. ISIDOR. Pelusiot., lib. II, *epist.* 52, ait :
Divina quædam res est Sacerdotium ac rerum omnium
rastantissima.... Quamobrem desinant ii, qui Sacerdo-
ium parvipendunt, ne vindicem Dei gladium in seipsos
cuant.... Sacerdotium laudibus efferant; illius enim

opera et regeneramur, et divinorum myster
pes efficimur quibus sublatis nemo cœlesti
sequi potest; quemadmodum ex ipsius Ve
constat, primo quidem his verbis utentis :
ducaverit Carnem meam, etc. Quocirca
sempiternam sedem consequi non possum
non alia ratione, quam per Sacerdotium
quomodo tandem fieri potest, quin is, qui i
contumeliam rebus divinis inferat? Ac p
contingant, Sacerdotium divinam quam
existimemus. »

Sec. IX. Concilium Triburiense an.
t. IX, p. 444), can. IV, ait : « Sacerdotes
randi, sed potius coronandi, quia de his
liber (c. VII.) loquitur, dicens : Time Dom
norifica Sacerdotes. Et Isidorus : His
tio mysteriorum Dei commissa est,... e
tione divini Corporis et Sanguinis consor
copis. »

Sec. X. Remigius Antissiod., *in Ps.* 21,
hoc sacramentum a pluribus accipiatur,
videtur, in partes divisum; sed totum in
indivisum, Andrea Apostolo sic testante : A
sacrificatus est, integer perseverat et vivus.

Sec. XI. S. Bruno Carthus., *in Ps*
« Quamvis sacramentum hoc sit in partes d
ubique tamen est et integrum, Andrea Apo
Agni Carnes cum comestæ sint a populo,
bibitus, Agnus tamen, qui sacrificatus est,
verat et vivus. »

Sec. XII. S. Petrus Cluniac., *Tract. con*
ait : Christi Caro comeditur, et Sanguis

postoli Andreæ verba) in suo regno, integro, nortali, incorruptibili, imo specioso, glorioso, manente. » —

PRECES ANTE MISSAM.

batum sacrificium offero tibi, supreme que Monarcha! in gratiarum actionem pro nitate tua, qua ex piscatoribus illiteratis scatores hominum et totius orbis Docto- ro, Domine Deus, admirabilem Sapien- potientiam tuam, qua per paucos illos s et inermes homines, omnem mundanæ æ altitudinem superasti, et totum mundum ia superstitione ad sanctam Religionem isti. Debita submissione, ac profundissimo tu, laudo et glorifico te, Pater sancte, qui ria tua abscondis a sapientibus et revelas rvulis. Magnificare te cupio per hanc Obla- m pro misericordia tua, qua ex indoctis pis- ibus fecisti Apostolos et indefessos hominum tores.

ato pariter animo singularem hic recolo gra- tuam, qua vilissimum me peccatorem ad tam rabilem Sacerdotii dignitatem evexisti. Ve- r et admiror istam bonitatem tuam, qua me ot fidelium millionibus elegisti in Sacerdotem . Intime doleo, mores meos hactenus non ondisse sublimi huic ministerio meo. Deinceps n majori studio gravissimas Vocationis et tatis meæ obligationes implere conabor. Pro tranda vero gratia necessaria, offero tibi m immaculatum, Unigenitum tuum; ut per s merita, et per intercessionem sanctorum lorum, me (meosque omnes) adjuvare di- is, ut in fide semper stabiles, per viam crucis amur Jesum nostrum, Agnum illum mitissi-

ferum illud animarum virus, in vulgu
spargere nituntur. Memento NN., præser
tum defunctorum, qui in flammis piacular
negligentias suas.

PRECES POST MISSAM.

Eximia plane ac admirabilis est tua ir
ritas, suavissime Jesu! qui me quotidie s
mensam tuam. Reverenter adoro te,
animo istam glorifico munificentiam, q
servo tuo in dies exhibere dignaris. V
et mansuetus es Agnus, qui toties anim
Carne tua cibas, et Sanguine tuo pot
forem ingratitudinis monstrum, si vel ser
deliberato animo te graviter offenderen
absit a me tam execrabile nefas. Sacer
sum ego; et ut talis indefesse laborabo
tua et animarum salute. In omnibus oli
bus et laboribus tuis, unice quærebas
gloriam et æternam hominum salutem,
elegisti Apostolos, tanquam socios ac
tores tuos, eosque fecisti Piscatores

tia potentissima! et illi *statim relictis retibus* sequeatur te. Loquere nunc et mihi, o Verbum omnipotens! sed taliter, ut et ego retia mea relinquam, ut pravas consuetudines deponam, curas inanes abjiciam, negotia secularia dimittam, et omnia salutis impedimenta removeam. Fac, Apostolorum Magister! ut incunctanter obediam tibi, qui et mihi hodie in ara obtemperasti, cum ad vocem meam *statim* venisti in manus meas. O Creator omnipotens! imperio tuo Sol accelerat iter, et ad nutum tuum omnia parent elementa. Effice, precor, ut et ego, simul ac audiero vocem tuam, *statim* relictis omnibus quælibet fuerint in manibus, summa cum festinatione illuc accurram, quo tua me vocaverit jussio, vel animarum Cura, vel sacra Obedientia. Fac, ut de Apostolorum exemplo, relictis omnibus, sine mora huc vadam quo me dignitatis meæ officia vocant. Verecundia subit animam meam, Domine Jesu! quando et tuam et meam inspicio vitam. Tu nunquam fuisti in deliciis, sed in laboribus a juventute tua; neque sectatus es Seculi gaudia, sed dura et aspera. Semper amasti Crucem; hinc etiam Apostolos tuos Petrum et Andream, quos primum ad te vocasti, tanto Crucis amore succendisti, ut ambo gaudenter exspiraverint in cruce. Promisi quidem et ego tollere crucem meam, et *venire post te*: sed o quam procul absum a te! — Agnosco nunc errorem meum probrosum; simulque rogo te ut vel invitum me trahas post te. Poteuter excita me, ne Vocationis gratiam aut Sacerdotii munia negligam, sed ut omnibus nervis contendam sequi te per angustam Crucis semitam, et ita intrare in gloriam tuam. Amen.

ejecit de templo, oves quoque et boves, et num effudit æs, et mensas subvertit. Et his, qui vendebant, dixit : *Auferte ista hinc, et no domum Patris mei domum negotionis.* Reco vero discipuli ejus quia scriptum est : *Zelus d comedit me.* (Joan. II, 23.—25.)

« Legitur in Evangelio, quod ipse I cum introisset in templum, eos qui negoti et venditiones illicitas in eodem exercel gellum de funiculis faciens, omnes inde Proh dolor! his temporibus nec loca sanct Ministri Dei condigne honorantur; sed ve qui honorari debuerunt, nunc flagellant liantur, atque diversis calumniis frang (Conc. Mogunt. an. 847.) Postquam (sanctissimus divinæ gloriæ et salutis nost tes, a Judæis flagellatus est, desinant Sa conqueri si ob prudentem Zelum suum afficiantur contumeliis, nihilque remittant animi ardore. « Si amas Dominum Jesum, si videris ejus iujurias, contemptumque, fe tenus æquo animo poteris? Minime; sed

bus excitabo illud. Hæc dicebat de templo corpo-
suí. « Nequaquam tamen illos ad Homicidium
vocat dicens, *Solvite;* sed hoc eis affectantibus
n sibi esse absconditum demonstrat. Audiant
em Ariani, quomodo Dominus mortis destructor
it, *Excitabo,* virtute videlicet propria. » (Theo-
yl.) Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati
nt discipuli ejus, quia hoc dicebat, etc. « Ante re-
rrectionem non intelligebant Scripturas, quia
ndum acceperant Spiritum Sanctum. Sed in die
surrectionis apparens Dominus aperuit discipulis
nsum, ut intelligerent, quæ de ipso scripta
ant; et tunc crediderunt Scripturæ (scilicet Pro-
etarum, qui prædixerant Christum tertia die
surrecturum) et sermoni, quem dixit Jesus,
lvite templum hoc, etc. » (Alcuin.)

3. Jesus (ceteroquin mitissimus Amator homi-
m) nuspiam legitur ita excanduisse, ut flagellum
ripuerit nisi cum templum Dei, domum Patris
i, contra religionis jura cerneret profanari.
sce, Sacerdos! in domo Dei sancte ac reverenter
ictare augustissimum altaris mysterium, quod
n umbram, sed veritatem habet. Puro corde,
nda conscientia ingredere templum Domini,
laturus illud sacrificium, in quo corporaliter
est Christus, prout palam affirmant Patres
thodoxi :

Sec. V. S. Chrysost., *in Psalm.* 133. *Ecce nunc bene-
cite Dominum omnes servi Domini,* sic ait : « Vult esse
i servos accurata vitæ institutione ; et ideo adjecit : *Qui
tis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri* Eum
im, qui est impurus et profanus, nefas est ingredi sa-
ncta septa.... Domus Dei est cœlo similis.... Consi-
ra, o homo! quanta a te jure sit præstanda puritas....
i enim in templo Judaico non licebat omnibus quem-

et nos domum Dei; et quantum possumus, n
pravum geratur, insistamus.... Et maxime i
orationis, ubi Corpus Dei consecratur, ubi
præsentia semper adesse non dubitatur, ne q
fiat, ne quid nostram fraternamque oratione
totis viribus agamus. »

Sec. IX. Concilium Paris. VI, an. 829 (L
p. 1660), lib. III, cap. 6, ait : « In conventibu
vestræ jam admonitum est, quod Consecratio
Sanguinis D. N. J. C., per domos et ædicul
ad quorumdam libitum præparatas, et per a
incongrua loca fieri non debeat, excepto, quan
pergitur, et id in aliis locis quam in basilic
tis,... ne populus Dei sine Missarum celebrat
poris et Sanguinis Dominici perceptione man
tas compellit. »

Sec. XII. S. Bernard. Serm. III, *in ded*
ait : « Domus hæc æterni Regis est Oppidum
sum ab inimicis. Quotquot igitur in ipsius

n urgeri possumus, ut hostibus castrum tradere llamur : quoniam (gratias Deo) non nobis alimenta , qui et sermones frequenter, et frequentius sacras ıes audimus.... Habemus super omnia de cœlo ı vivum, Corpus Domini Salvatoris, in cujus utique dine Cibi, omnis adversæ partis dejicitur forti-

PRECES ANTE MISSAM.

er de cœlis Deus! domum tuam sanctam ingre- oraturus ibi pro populo. Intende voci ora- meæ, Rex meus et Deus meus! quoniam ad ıbo; Domine, mane exaudies vocem meam. ltitudine misericordiæ tuæ, introibo in domum adorabo ad templum sanctum tuum in timore :t in hac domo tua, Pater omnipotens, immo- tibi Hostiam sanctam; in cultum latriæ tibi oli debitum; in gratiarum actionem pro bene- tuis, præsertim illis quibus toties afficimur ıplo tuo. Socrificabo nomini tuo Oblationem am, in expiationem et satisfactionem scele- ıostrorum, illorum præcipue quibus domum sanctam violavimus. Per merita hujus sacri- concede nobis gratiam, ne templum tuum ıus *domum negotiationis*, sed ut ædibus sacris ım habeamus venerationem. Impetret nobis nitus tuus (gravissimus ille Zelator domus gratiam necessariam ad preces nostras ita ndas, ut mens nostra concordet voci. Largire , optime Pater, eximiam cordis puritatem et sanctimoniam, quo digniores efficiamur in- Sanctuarium tuum et offerre tremendam ı Victimam. Custodi templa nostra, nomini edicata, et ista divinæ Majestatis tuæ habi- . semper ab injuriis hostium vindica. Me- ', etc.

citer rogans ut sinas me super altari tuo
et manducare sanctissimum Corpus tuum
dum illud Divinitatis templum, quod oli
rum crudelitate solutum in tribus diebus
virtute propria. Parasti in conspectu meo
ubi teipsum Panem vivum mihi tribuis
dum. O bone Jesu, qui justo domus Dei Ze
ejice (precor) ex corde meo quidqu
dit oculos tuos : cunctas inde negotiorum
corum curas expelle, ne coram te indig
paream, sed ut omni qua decet pietate u
operari valeam.

Spiritus Sancte Deus, a Patre Filioque p
te supplex adoro, et quam demississim
ut cor meum, vivum hoc templum tuum
magis purificare digneris, quo decentius
piam Unigenitum Patris, Sanctum s
Exorna me omni virtutum decore, ut d
præparatione peragam mysteria tremend

post excitabat. O mysterium inenarrabile!
ro te flexis genibus, o Jesu Salvator mi,
rporaliter in corde meo versaris. Quis sa-
on adoret te, o Sapientia æterna? quis fidem
buat sermonibus tuis, o Deus omniscie, qui
minosam mortem tuam, et gloriosam re-
ionem, discipulis apertius quam inimicis
edicere solebas? Credo tibi et in te, o Veri-
rna! simulque tibi gratias ago, Domine
ro hac clementia tua, qua mihi denuo Cor-
Sanguinem tuum dedisti in cibum et potum.
tibi, Redemptor suavissime, qui Passione
visti iniquitatem meam, et Resurrectione
itasti spem atque fiduciam meam.
ine Jesu! severissime Zelator domus tuæ
e! qui me ad sacrum Ecclesiæ tuæ ministe-
sumere dignatus es; fac insuper, ut et in
npleatur illud Psalmistæ vaticinium : *Zelus
uæ comedit me*. Tribue mihi zelum bonum et
n : redde me strenuum divinæ gloriæ et
alienæ curatorem. Aufer a me zelum ama-
s, zelum imprudentem, qui nec ex amore
t, nec ad amorem tendit. Procul amove a
nem arrogantiam et invidiam, omnem indi-
em et iracundiam, omnesque turbulentos
notus. Dirige me in viam rectam, ne forte
is præceps aliqua moliar.
amantissime! qui olim mercatores e templo
us, fecisti *quasi flagellum* de funiculis; mi-
diter hucusque pepercisti mihi servo tuo,
innumeras negligentias meas promerui
ri a te. Interim tamen non renuo flagella
pote mihi salutaria, Et *quoniam ego in flagella
sum*, castiga me in præsenti vita, dummodo
rcas in futura. *Quasi flagellum* in hoc seculo,
verum in altero sustinere malo. Tua robo-

ratus ope divina, plagas libenter excipio, qu
ad salutem meam vapulo. Humiliter exosc
manum tuam, quæ flagellat in tempore, ut co
net in æternitate. Nec abnuo, si corpus meum
vatur lento acerboque morbi genere, dumm
resurgat ad gloriam in novissimo. Hanc a te gr
tiam spero, Domine Jesu, qui venerabile Corp
tui templum, a Judæis destructum in ligno cr
post triduum excitasti propria virtute. Effice, p
cor, ut et anima mea hoc corpusculum suum in
resurrectionis gloriosum recipere, et ad gau
æterna secum assumere mereatur. Amen.

DOMINICA III.

POST EPIPHANIAM.

JESUS leprosum tangens et mundans.

MEDITATIO.

Cum descendisset Jesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ. Et ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens, « Domine : si vis, potes me mundare. » Et extendens Jesus manum tetigit eum, dicens : « Volo; « mundare. » Et confestim mundata est lepra ejus. (Matth, VIII, 1.—4. Marc. I, 40.—45. Luc. V, 12.—16.)

1. « Merito leprosus occurrit Domino de monte descendenti, qui ad hoc venerat, ad hoc de cœlis descenderat, ut Mundum sanaret et a vitiorum lepra mundaret. Sed vide, quanta sit fides hujus leprosi. Hominem videt, Deum adorat, de Omnipotentia non dubitat. Sed quid dicit? *Domine, si vis, potes me mundare :* Dominus es, omnipotens es, omnis creatura tibi obediens est; non promerui beneficium tuum; non sum dignus alloquio tuo;

ıen, quia, si vis, potes me mundare. Ma-
n Dominus extendit, potentiam manifestat,
ıminem, et fugit lepra. » (S. Bruno Ep.

ait illi Jesus : *Vide, nemini dixeris; sed
nde te sacerdoti, et offer munus quod præ-
ses in testimonium illis.* — « Quærendum
Dominus præcipiat leproso ut nemini di-
dicare scilicet, et Dei miracula populis
. Sacerdotum est. Leprosus vero, etsi
ı sit, Sacerdos tamen fieri non debet;
illi ad hoc officium eliguntur (ut Aposto-
ui sine crimine sint. » (Idem.) Lex anti-
ısos arcebat ab ingressu templi. Et Domi-
rit. XXI.) dixit ad Moysen : *Homo, qui
naculam, non offeret panes Deo suo, nec ac-
ministerium ejus; omnis, qui habuerit macu-
accedet offerre hostias Domino.* Si hæc in
uid in luce veritatis? Quam purum opor-
Sacerdotem in novo Testamento? Quis
in templum Domini? *Aut quis stabit in
to ejus? Innocens manibus, et mundo corde :
litur sine macula, etc.*

: dum meditaris, Sacerdos! nonne tre-
· Nonne times subire conspectum Majes-
remæ? *Cœli non sunt mundi in conspectu
nto magis abominabilis et inutilis homo, qui
i aquam iniquitatem* (Job. XV)? *Stellæ non
læ in conspectu ejus : quanto magis homo pu-
llius hominis vermis* (Job. XXV)? Quis ergo
ıat accedere purissimum Regem gloriæ?
st dicere, Mundum est cor meum, purus sum
(Prov. XX)? Idcirco, Sacerdos! sæpius
:or tuum ab omni vel minima peccati ma-
de, ostende te Sacerdoti, eique dolenter

vitare internum corporis animique languore
et Sanguinem Christi ministret : neque enim
piam peccatis suis æger immortalium sanita
ministrare. Vide, quid agas Sacerdos! Nec fe
Corpus Christi attingas. Prius curare, ut m
sis. Si mundos eos, qui ante fuerant lepr
jubet occurrere sacerdotibus, quanto munc
convenit esse Sacerdotem? »

Sec. V. Concilium Rom., circa an. 486.
p. 1317), tit. III, *Can. ad Episc. Gall. de cas*
ditia Sacerd., ait : « De Sacerdotibus primo
tum est,... per quorum manus, et gratia
traditur, et Corpus Christi conficitur : quc
Nos, sed et Scriptura divina compellit esse
Aut enim baptisma tradendum est, aut o
sacrificia. Nunquid immundus ausus erit
quod sanctum est, quando quæ sancta sunt,
sunt? »

Sec. VI. Primasius, Ep. African., *Comm*

nim manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat
bibit. »

Sec. VII. Isychius, Presb. Hierosol., l. vii, *in Levitic.*,
onet (cap 24) ut considerantes « quantum veritatis,
antumque dignitatis habeat sacrificium novi Testa-
enti, cum maximo timore et amore accedamus. Dein
ap. 26) monet ut Sanctuarium Domini paveamus,
nctimoniam sectantes, id est, castitatem ac pudicitiam,
eque ad Corpus Christi, in quo omnis plenitudo inhabi-
t Divinitatis, sine subtili dijudicatione nostri temere ac-
edamus, sed prius nosmetipsos probemus, reminiscentes
us, qui dixit : Quicunque comederit Panem, aut biberit
alicem Domini indigne, reus erit Corporis et Sanguinis
Domini. »

Sec. VIII. S. Pirminius, Ep. Meldens. (Mabillon., t. IV,
Vet. analect., p. 70), *in libello de libris Canonicis, in mo-
ium Paræneseis scripto,* ait : « Nemo, cum capitalia cri-
ina admiserit, antequam confiteatur et veram pœniten-
iam agat per consilium Sacerdotis secundum ordinem
ccleslasticum, Corpus et Sanguinem Domini communi-
are præsumat. »

Sec. IX. Theodulf. Ep. Aurel., *in suo Capitulo ad
acerd.* n. 44, ait : « Admonendus est populus, ut ad
acrosanctum sacramentum Corporis et Sanguinis Domini
equaquam indifferenter accedat, nec ab hoc nimium
bstineat, sed cum omni diligentia eligat tempus; et vitiis
e purget, virtutibus exornet,... et sic ad tantum sacra-
nentum accedat. Quia sicut periculosum est impurum
uemque ad tantum sacramentum accedere : ita etiam
ericulosum est ab hoc prolixo tempore abstinere. »

Sec. X. S. Odo, Abb. Cluniac., lib. ii *Collationum
uarum*, ait : « Qui sacrosanctum mysterium Dominici
Corporis temerarie præsumunt, gravissimum committunt
ccelum. »

Sec. XI. THEOPHYLACT. Ep. Bulgaricus. *Exposit. in Matth.* 8, ait : « Jesus tetigit leprosum, ostendens quod non obnoxus sit legi, quæ præcepit, ne tangatur leprosus; sed quod Dominus ejus sit, et quod mundo nihil sit immundum, et quod sancta ejus Caro sanctificationem communicet. »

Sec. XII. HILDEBERT. Ep. Turon., in Serm. IV, *synod. ad Sacerdotes*, ait : « Mundamini, qui fertis vasa Domini; mundamini, qui refertis verba Domini; mundamini, qui offertis hostiam Domini; mundamini, qui defertis alis Corpus Domini. »

PRECES ANTE MISSAM.

Accedere cupio, bone Jesu, ad divinum illud convivium, ad quod Fideles convocasti, dicens : *Nisi manducaveritis Carnem Filii hominis, et biberitis ejus Sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* O sacrum convivium! o tremendum mysterium! — Quid agis, Domine? quare me jubes venire ad te? cur isthac inclinatione tua sic gravas me famulum tuum? Scio, quis ego, et quis tu. Novi te. doctus a te. Credo te esse Dei Filium, Patris Verbum. Non possum non adorare te Deum, cujus ad nutum tota hæc contremiscit Universitas. Agnosco magnificentiam tuam et vilitatem meam. Scio, quantum discriminis sit Creatorem inter et limum terræ, Vitam inter et mortem. Abominanda peccati lepra plenus jaceo; nec ad te oculos levare audeo, quia meipsum horreo. Factus sum mihimetipsi gravis ac intolerabilis. Turpi vitiorum lue totus infectus, prope tabesco, ita ut ab omni mortalium consortio procul amandari merear.

Quo igitur pacto audeam adire mensam tuam, *et manus* meas impuras extendere ad te, o magne

us, qui extendisti cœlum sicut pellem; Quo-
do sine metu et tremore manducabo te, qui
picis terram et facis eam tremere? Qua ratione
l ipse spectare poterit, universorum Dominum
servo immundo tam indigne tractari, quin illico
itos in me radios ut fulmina vibrans exurat me?
omodo feret terra tantam in Creatorem inju-
m, quin mox aperiens os suum me vivum de-
ıtiat sicut Dathan et Abiron? — Undique mihi
gustiæ. Si accedo, judicium metuo : si recedo
tam fugio, et misere pereo.

Reminiscor tamen, o Jesu! magnæ illius be-
gnitatis tuæ, qua leprosum aliquando tangere
que mundare dignatus es. Confidenter itaque ad
confugio, ad te suspiro, ad te clamo. Apud te
latium mihi et auxilium quæro, quod alibi
spiam invenio. Aut quis me potest facere mun-
m, nonne tu qui solus es bonus, solus clemens,
us Salvator misericors? Enimvero, *Domine! si
, potes me mundare.* Oro te igitur, ut velis : si-
l enim ac volueris, in momento, in ictu oculi
ndabor et sanabor. Dic etiam ad me duo illa
atissima verba : *Volo; mundare.* Miserere mei,
mine, quoniam infirmus sum. Sana me, quæso,
dice omnipotens, qui leprosum illum tetigisti et
ndasti. Cor mundum crea in me, Deus! purga
a fœda peccati lepra, ab omni reatus macula;
indue me splendido virtutum ornamento, ut tem-
m tuum ingredi sacrificium offerre, et puris-
num Corporis et Sanguinis tui sacramentum
gne percipere merear. Amen.

PRECES POST MISSAM.

Religione maxima et fide viva te adoro, o Do-
ine Jesu, qui habitare dignaris in corde meo.
ıam bonignitatem tuam eo minus capio, quo

magis immunditiam meam agnosco. Tu adoranda Sanctitas; ego abominanda fœditas. Tu Verbum plenum gratiæ et veritatis; ego sepulcrum plenum miseriæ et vanitatis. Temere quidem egi, dum ad tremenda tua mysteria accessi. Nec tamen abjicio spem meam, considerans infinitam clementiam tuam. Tetigisti quondam leprosum, et sanasti eum. Sana pariter animam meam attactu sanctissimi Corporis et Sanguinis tui.

« O benignissime Medice! Jesu bone! qui solo verbo restauras universa; scio, et vere scio, et hoc ipsum tuæ Bonitati confiteor, quia, *si vis, potes me mundare*. Ergo bone Deus, bone Domine! per magnam misericordiam tuam, dic animæ meæ criminum lepra infectæ, dic : *Volo, mundare*. Et, ut hic sanari, hic mundari valeam, etiam hic ure, hic seca : hic fiat expiatio et emundatio mei; ut, cum in tuo districto examine aream tuam ventilare et mundare animam meam veneris, invenias eam veræ pœnitentiæ scopis mundatam et ornatam. » (Urban. III, Pap.)

Amplius lava me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me. Extende manum tuam, o *Brachium Domini!* et dele cunctas noxarum maculas quæ deformant animam meam. Custodi me ab illa pestifera vitiorum lue, morumque contagione, quæ nunc atrociter ubique grassatur. Conserva in me puritatem fidei, puritatem amoris, puritatem intentionum, puritatem morum atque sermonum. Te adjuvante, mi Jesu! refugiam a perditorum consuetudine hominum, qui sua vitiorum lue probos inficere, et ad parem secum interitum abstrahere moliuntur. Jam autem ex animo tibi gratias ago, Domine, pro singulari tua bonitate, qua me miserum visitare, mundare, sanare, et Epulo pretiosissimo cibare dignatus es. Hanc tuam liberali-

tem semper habebo præ oculis, semper in mente, mper in ore; donec (te ductore) tandem illuc ırveniam, ubi cum omnibus Sanctis tuis admiralem misericordiam tuam collaudabo sine fine. nen.

FERIA II.

Jesus Centurionis puerum sanans.

MEDITATIO.

ım introisset Jesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, et dicens : « Domine, puer meus « jacet in domo paralyticus, et male torquetur. » Et ait illi Jesus : « Ego veniam, et curabo eum. » (Matth. VIII, 5 — 13.)

1. « Quid primum miremur in Centurione? ımilitatem, aut fidem, aut sapientiam, aut bonitem? Humilitatem, quia nec dignum se esse ıstimavit, in domo sua Christum suscipere. Fiım autem, quia credidit eum posse quod petiit. pientiam, quia Deitatis thesaurum absconditum agro terreno, non acumine oculorum, sed mentis ritate conspexit. Bonitatem autem, quia pro lute servi sollicite festinabat. » (Chrysost. in op. ıperf.) *Si quis autem suorum, et maxime domestirum curam non habet, fidem negavit, et est infideli terior.* (I Tim. v.) Centurio, sollicitus et orans o puero, pudore suffundit eos, quibus est potior ıra canum quam subditorum. Hoc reputas ingnum. Sed æque foret indignum, si potior esset ɔi cura corporis quam animæ. Nonne spiritus ıus quasi paralyticus jacet in tepore, et male torıetur internis doloribus? Fide viva et Centuonis fiducia nunc accede Jesum tuum, animaım Medicum, Consolatorem mœrentium; quem humiliter rogaveris pro languente spiritu tuo,

audies in corde vocem dicentis tibi : *Ego veniam, et curabo eum.*

2. Et respondens Centurio ait : *Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus, etc.* Verba similia Sacerdos in Missæ sacrificio dicere, et populo ad Communionem accessuro præire jubetur. Verba quidem antiqua, sed aptissima et efficacia, si non ex mera consuetudine, sed animo vere demisso proferantur. Mente tamen nimium meticulosa est, qui male se habens, ac leviori laborans infirmitate, a Medico cœlesti, a Pharmaco recedit immortalitatis. « Ad hoc enim ordinatum est altaris mysterium, ut frequentetur. Ex sola indignitatis æstimatione a Communione se quis subducere non debet : nam (peccato amoto) eo quisque fit dignior, quo indigniorem se putat. » (S. Laur. Justin.) Centurio ille fidem atque fiduciam suam ponebat in summa Domini bonitate et potentia.

3. Audiens autem Jesus, miratus est. Mirabilium Creator ideo mirationis signa præ se tulit, ut istius Gentilis fidem Judæis admirandam esse ostenderet, eorumque magis pungeret incredulitatem. — Et sequentibus se dixit : *Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi* (Gentiles) *ab Oriente et Occidente* (ad fidem) *venient, et recumbent* (feliciter epulaturi) *cum Abraham et Isaac et Jacob in regno cœlorum : filii autem regni* (Judæi obstinati) *ejicientur in tenebras exteriores : ibi* (propter suppliciorum acerbitatem) *erit fletus, et* (ob pœnarum æternitatem) *stridor dentium.*

4. Et dixit Jesus Centurioni : *Vade, et sicut credidisti, fiat tibi.* Et sanatus est puer in illa hora. — Jam ecce, Sacerdos ! idem Jesus, cui dixit Centurio, *Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum :*

n Jesus, qui fidem ejus laudavit et puerum avit; idem Jesus, qui gravissimas incredulis atus est pœnas, hodie personaliter intrabit sub tum cordis tui. Num forsan id vocas in dubium? it a te nefas istud. Christum enim in eucha- ia realiter adesse, certo crediderunt antiqui res, quorum hic aliqui laudantur.

culo III. ORIGENES, homil. XV, *in varia loca Evang.*, « Quando sanctum Cibum illudque incorruptum ac- epulum, quando vitæ Pane et poculo frueris, man- s et bibis Corpus et Sanguinem Domini; tunc Domi- sub tectum tuum ingreditur. Et tu ergo humilians tipsum, imitare hunc Centurionem, et dicito : Do- non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Ubi indigne ingreditur, ibi ad judicium ingreditur acci- ti. » — Origenes aperte dicit : *Tunc Dominus sub m tuum ingreditur.* In his verbis Novatores, si posi- æjudiciis quærerent, nullo negotio invenirent verita- Corporis Christi in eucharistia.

c. IV. EUSEBIUS Emissen. vel Gallican., *homil. in ng. Dominicæ* III, *post Epiph.*, ait : « Quando ad sti sacramentum accedimus, et fragilitatem nostram ideramus ; quid aliud dicit unusquisque nostrûm, Non sum dignus, ut intres sub tectum meum; non dignus, ut Corpus et Sanguinem tuum suscipiam in meo ? »

c. V. S. AUGUSTIN., homil. ult libri 50, *homiliar.*, « Ab ipsa mente talis sententia proferatur, ut se in- um homo judicet participatione Corporis et Sanguinis nini. »

odem Sec. V. S. CHRYSOLOGUS, Ep. Ravenn. Serm. 192., *enturione*, ait : « Non sum dignus, ut intres sub tec-

tum meum. Fratres, hoc tectum corpus est, quod tegit animam, quod cordis domicilium velat.... Sub hoc ergo tecto Centurio indignum ducit intrare Christum, hoc est, in corpus humanum divinam succedere Majestatem. Non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Sed Deus, qui, quod humanum est, cum vult, facit esse divinum;... nec habitare Carnem, nec tectum nostri corporis dedignatur intrare. »

Sec. VI. In Liturgia Græc., quæ S. Joannis Chrysostomi nomen a tot seculis præfert (Murat., t. I, p. 161, et Rituale Græcorum apud Goar.), hæc habentur : « Sacerdos accipit sanctum Panem, inclinans caput ante sanctam mensam, et precatur hoc pacto : Credo, Domine, et confiteor quod tu es Christus Filius Dei viventis, qui venisti in mundum ad salvandos peccatores, quorum primus ego sum. Deinde dicit : Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, etc. Apud eosdem Græcos in usu pariter est. *Missa S. Basilii* ubi similes occurrunt preces. »

Sec. VII. S. Eligius, Ep. Noviomens., homil. xv, *de Cœna Dom.*, ait : « Christus immolatur, et editur ; et tamen unus et integer permanet.... Quocirca cum timore et compunctione mentis, omnique reverentia debemus accedere ad altare mensam Corporis et Sanguinis Domini, et dicere humiliter cum Centurione : Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, etc. »

Sec. XII. Petrus, Ep. Carnot. *Tract., de discipl. claustr.*, c. 25, ait : « Summa discretione attendendum, quando ad Corpus Christi sit accedendum ; quando cedendum ; et quando recedendum. Accedere ad Christum, accedere est ad Dominum, accedere ad Regem, accedere ad Lucem, ad Ignem, ad Panem, ad Vitem, imo ad Vitam. Quæris libertatem ? accede ad Dominum ; quæris securi-

m? accede ad Regem quæris claritatem? accede ad Lu-
ı; quæris calorem? accede ad Ignem. Quæris refectio-
n? accede ad Panem : quæris potum! accede ad Vitem :
eris resurrectionem? accede ad Vitam. Offendisti Do-
num? cede : fecisti contra Regem? cede. Cæcus aut
ms es? cede a Luce. Portas ignem alienum? cede, ne
rat te Ignis in altari.... Distat autem plurimum inter
lere et recedere : nam cedere, reverentiæ est; recedere,
everentiæ. Cedit, qui dicit : Domine, non sum dignus,
intres sub tectum meum. Recedit, qui dicit : Major est
quitas mea, quam ut veniam mercar. »

PRECES ANTE MISSAM.

Filiali cum fiducia compareo coram te, Pater
mensæ majestatis! accedo altare tuum indignus
;o Sacerdos, ut totius Ecclesiæ nomine tibi offe-
m sanctissimum Missæ sacrificium. Suscipe illud,
erne Pater, in cultum latriæ tibi debitum, et in
tisfactionem iniquitatum nostrarum : nec non in
atiarum actionem pro illa inæstimabili bonitate
ı, qua Gentiles avos et proavos nostros ab
iente et Occidente vocasti ad fidem, ad Eccle-
ım et religionem unice salvantem. O felices nos
ristiani! qui in vera Fide, in Ecclesiæ gremio
ucati, et per misericordiam tuam facti sumus
i promissionis. Si enim per bona opera certam
stram Vocationem fecerimus, certe reportabi-
is hanc promissionem tuam, et recumbemus
m Abraham, Isaac, et Jacob, in regno cœlorum.
o isthoc fidei dono, et pro omnibus beneficiis
iritualibus ac corporalibus, gratias agimus tibi
r hoc sacrificium, demisse supplicantes, ut
clesiæ hostes reprimere, incredulos illustrare,
pios ad frugem revocare, veramque Fidem in

Oriente et Occidente magis magisque dilat
digneris. Memento NN.

AD CHRISTUM.

Te autem, suavissime Jesu, reverentia qua
sum maxima precor, ut benigne me respic
Ecce, spiritus meus immortalis, sanguine tuc
demptus, periculose languet, et tanquam *par*
ticus jacet in tepore, propemodum immotu
insensatus ad res divinas. Parum aut nihil i
virium est ad opera bona peragenda. Sed tibi q
mihi notior est torpor animæ meæ. Nisi juvet
te, deficit, succumbit, perit. Veni, quæso, Me
divine! veni, consolare animam meam, quæ
torquetur a mundo, carne, et dæmone : ven
noli tardare. — Verumtamen quis ego, qui teip
ad me invitare audeo? Si terrificam majest
tuam, meamque considero vilitatem, anxius hæ
stupeo, contremisco. Ergone tu hodie venir
cor meum? — Ah, *Domine! non sum dignus*
animo dico et repeto, *non sum dignus, ut intre*
tectum meum. Nihilominus (ut spero) ad me ve
desideras, quia deliciæ tuæ esse cum filiis h
num. Quoniam igitur ita vis, non reluctor a
tuo. Id unum a te peto, Domine, ut talem
fidem dones, qualem in illo Centurione laud
quo dignius hodie te sub tectum cordis mei
niam. Amen.

ium trahis ad te! Indignus sum ego servus
imo peccator omnium miserrimus : et tamen
ad me venisti. — Obstupescite, cœli et
! et audite mirabilem hanc charitatem : Sanc-
ıanctorum ingressus est tectum Sacerdotis
giosi; Rex regum se humiliter inclinavit ad
ıem superbum et ambitiosum; Dominus domi-
ım obedienter visitavit servum contumacem
morigerum ; Agnus mitissimus clementer in-
cor hominis iracundi et impatientis; Zelator
ırum divinus habitat in domuncula ministri
cediosi. — Quis mente capiendo erit tanto
i?
ıe Jesu! quid est homo, quia ita magnificas
aut quid apponis erga eum cor tuum? — Tu
me, o Amor mi suavissime! Tu quod es,
totus meus es, et ego quod sum, totus tuus
Tu in meo nihilo, et ego in Immensitate tua
ɔr et absorbeor. — Dilecte Jesu! parce huic
ıatis meæ temeritati; o Deus meus! posuisti
lævam tuam sub capite meo, et dextra tua
ıxaris me. Intra brachia tua cogis torpentem
ım meum. Liquescit cor meum, o Jesu cha-
ıe! amore tui langueo; et quid ultra dicam
ıgitem, nescio. — Fidenter reclino me in pa-
brachia tua, hic quiescere, hic mori volo.
ɜne me, Jesu fortissime! sustine me, con-
ɜe me, nec permitte me ullo modo separari a
felix hora! jucunda visitatio! — Te quidem
ım video, dulcissime Jesu! et tamen omnino
s sum, quia te diligo, quia te jam mecum
, quia perpetuam tui possessionem spero.
ı ista ne frustrari me sinas, obsecro, Domine
Perduc me (meosque omnes) ad patriam
desiderabilem, ubi summam Bonitatem et
tiam tuam inter Angelorum choros una voce

magnificabimus. Illuc nos perducito, ubi te i amplius sub mysterii velamine, sed coram vid mus. Fac, ut et nos paratas in domo Patris mansiones obtineamus inter illos Fideles innu ros, qui *ab Oriente et Occidente venient, et recum* feliciter epulaturi *cum Abraham, Isaac, et Jaco regno cœlorum*. Assiste nunc omnibus ægris et ribundis, qui jacent in domibus suis, et male quentur. Succurre singulis pro quibus me c volueris. Qui vivis, etc.

FERIA III.

Jesus ægris misericorditer opitulatus

MEDITATIO.

Afferebant ad Jesum omnes male habentes : et erat c civitas congregata ad januam. Omnes, qui habeba firmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. A singulis manus imponens, curabat eos. Ut adimple quod dictum est per Isaiam (cap. LIII) prophetam, c tem : « Ipse infirmitates nostras accepit, et ægrotat « nostras portavit. » (Matth. VIII, 16. — 18. Ma 32 — 34. Luc IV, 40 — 41.)

1. Erat tota civitas congregata ad januam do ubi Christus degebat. Delectabile spectacul quod et hodiedum renovatur, quando di festivis multitudo Credentium turmatim ad e

ıli pœnitentibus aures præbere, illorum consulere, etc.

esus afflictis hominibus misericorditer opi- ; est. Secundum Prophetæ vaticinium *vere res nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse t.* Non solum peccata nostra in se sponte ıit bonus Dominus, sed ærumnas etiam no- suis nobilitavit meritis, easque pro nobis ırias ac cœlesti præmio dignas fecit. Quid? et ipse suo nos confortat exemplo atque), ut omnes miserias patienter feramus, et ılterius onera portemus? — Frequens vitæ i meditatio, salutifera est medicina pro sa- ; animarum nostrarum infirmitatibus. « *Nam* terrogat S. Aug.) *quæ superbia sanari po- si humilitate Filii Dei non sanatur? Quæ a sanari potest, si paupertate Filii Dei non r? Quæ iracundia sanari potest, si patientia Dei non sanatur? Quæ impietas sanari potest, si ıte Filii Dei non sanatur?* » Imo, quæ infirmitas) sanari potest, si pharmaco immortalitatis, ris mysterio, nempe sanctissimo Corpore et ine Filii Dei non sanatur?

Christus, animarum medicus, eodem chari- ıffectu, quo tot ægros olim curavit imposi- manuum suarum, hodie in eucharistiæ sa- ınto seipsum nobis tradit, tanquam medicamen ıissimum. Quid est enim sacra synaxis? Est nia vitæ, cibus immortalitatis, medica salutis æ, cœleste antidotum, quo a peccatis præser- r. Salutarem hanc medicinam ut fide firmiori s, o Sacerdos! ruminare hæc veterum Patrum nonia :

do IV. JULIUS MATERN. Firmic , l. *de erroribus pro- ıligion.* c. 19, ait : « In quodam templo ut in in-

teriores partes homo moriturus possit admitti, dic
tympano manducavi, de cymbalo bibi, etc. Miser
de admisso facinore confiteris, pestiferum venen
hausisti : cibum istum mors sequitur semper, et
æterna.... Alius est Cibus qui salutem largitur et
Alius est cibus, qui languentes relevat, lapsos erig
rientibus æternæ Immortalitatis largitur insignia.
Panem quære, ut substantia hominis, immortali
saginetur. Quis est iste Panis ?... Ipse Dominus
evangelio Joannis : Ego sum Panis vitæ.... Et rurs
ait : Nisi ederitis Carnem Filii hominis, etc. Quæ
vobis sit cum tympanis, miseri mortales ! Salutar
bum quærite, et immortale poculum bibite.... Did
quid vos facere oporteat : eligite, quod vultis. Ind
nascitur ; hinc immortalis vita donatur. »

Sec. V. S. AUGUSTIN, l. I, *ad inquisit. Januar.*, cap
« Peccata si tanta non sunt, ut excommunicandus
quam homo judicetur, non se debet a quotidiana
cina Dominici Corporis separare. »

Sec. VI. In LITURGIA ab Armenis usitata, quam
le Brun publici juris fecit (Murator., t. I, p. 208), l
ante consecrationem : « Dedisti nobis Filium tuum
nitum,... Hostiam et Unctum, Agnum et Panem
tem, summum Sacerdotem et Sacrificium ; quia ips
per distribuitur inter nos inconsumptibiliter. »

Sec. VII. S. ISIDOR. Ep. Hispal., in lib. I, *de eccl.*, c 18, ait : « Si non sunt tanta peccata, ut excom
nicandus quisque judicetur, non se debet a me
Dominici Corporis separare, ne, dum forte diu abst
dus prohibetur, a Christi Corpore separatur. Manif
est enim eos vivere, qui Corpus ejus attingunt. »

Sec. XII. PETRUS Blesens., *in suo tractatu de e
ristia metrice conscripto*, c. 1, hæc habet :

altari, Verbi virtute sacratus
ıa Caro, nostri medicina reatus.
o quotidie, quamvis Caro non videatur,
ıbens speciem, pro mundo sacrificatur.

II. Humbert. Ord. Prædicat. General, l. II, 44, *de S. Communione,* ait : « Sicut medicina arato vertitur in bonum, et male præparato in a et Corpus Domini contrarios effectus habet, male præparato.... Væ, cui Vita in mortem, et ı vertitur in venenum. Ideo dicit Apostolus : em seipsum homo, etc. Qui enim indigne manıibit, judicium sibi manducat et bibit, etc. Ex rbis colligitur, quod indigna sumptio hujus Saıducit mortem æternam, cum dicitur, Judicium, mnationis æternæ. Et ideo videat quilibet, accedat. »

PRECES ANTE MISSAM.

or rerum omnium! Deus cœli et terræ! ıabilissime! Fons bonorum omnium indeen ego peccator miserrimus et indignus minister, ante thronum tuæ gloriæ humi ıs, omni quo possum amoris et pietatis olo et intendo hodie sanctissimum Missæ m divinæ Majestati tuæ, cui soli debetur, uxta ritum sanctæ Romanæ Ecclesiæ; et offero illud, unacum omnibus sacrificiis issimis, in unione illius sacrificii, quod in ultima cœna instituit, et in cruce cont. Offero tibi iilud in contestationem suıc increatæ tuæ Excellentiæ, Dominii tui s creaturas, et nostræ subjectionis a te; rum actionem pro beneficiis tuis in nos ıc conferendis; maxime pro singulari cha-

saginetur. Qu[illegible] sacrificii da no
evangelio Je[illegible] sinceram. Accende
ait : Nisi [illegible]us invicem, et alter al
vobis sit [illegible]xhibentes miseris opera m
bum o[illegible]nobis bonam voluntatem, ut a
quid [illegible]xiliemur, et proprias calamit
nas[illegible]enter sufferamus. Memento NN.

AD CHRISTUM.

Fili Dei, Jesu Christe! miserabilis
mus homo ad te venio, suspirans ab i
mei, Deus, secundum magnam miseri
Quo confugiam ego, toties in eum
languorem, nisi ad te, Medice longa
mulis tuis languentibus misericordi
eisque parasti Medicamen quotidian
tuo Corpore et Sanguine confectum?
ut accipiam vitæ alimoniam ac medi
lutis æternæ. Fateor equidem m
indignum esse remedio. Sed quid
manducavero Carnem tuam, nisi lib

enum. Fac, ut debita præparatione magnum ıysterium recipiam, et ejusdem salutares iam effectus. Amen.

PRECES POST MISSAM.

ice animarum omnipotens, Jesu Christe! tate profundissima prostratus ad pedes tuos, te Dominum Deum meum. Ingenue profi- cor meum, teterrimo vitiorum fœtore ple- minime dignum esse habitaculum infinitæ atis tuæ. Quid aliud, nisi bonitas tua inex- ı, eo te inclinare potuit, ut denuo venires ı? Quo minus beneficii hujus magnitudinem eo clarius video, quam gratum me animum ɔ oporteat. Ideoque pro posse meo te laudo, lies milliesque glorifico te, misericordissime — Beatus sum ego, dum iterum in corde ıabeo te, et tecum omnia, quæcunque desi- ı possum. Tu es ipsissima Omnipotentia, anguori meo confestim medetur. Ipsissima ıitas, quæ facile ad commiserationem move- ı te proin omnem fiduciam meam colloco, Jesu! tibique multiplices miserias meas de- Haud equidem ignoras statum morbi, quo ı, benignas tamen (ut spero) aures præbebis varios languores meos ad meipsum humi- m enarranti. En, ego indignus Sacerdos plenus sum miseriis ac infirmitatibus: mul- nclinatus ad exteriora, negligens ad inte- levis ad dissolutionem, durus ad compunc- n; incompositus in moribus, importunus in ıs: velox ad quietem, tardus ad laborem; vi- ad fabulas, somnolentus ad vigilias; cito ctus, raro bene collectus; lætus in prospe- npatiens in adversis. — His aliisque vexatus

animi morbis, nuspiam invenio remedium vel solatium nisi apud te.

Oro te igitur, o Jesu misericors! clementer respice me miserum, et sacri Corporis tui contactu sana languores meos. Amas me, et ab æterno amasti me. Singulos vitæ meæ annos si respicio, luculenta ubique dilectionis tuæ vestigia video. Utinam, Domine, tuum amorem amore pari compensare possem! Saltem in posterum adhærebo tibi charitate inseparabili. Et in signum dilectionis meæ, non solum declinabo ab omni peccato, sed debita quoque virtutum officia præstabo. Cetera tibi committo, Medice animarum sapientissime! Ordina et dispone de me, quocunque tibi placuerit modo. In manu tua sum, o Jesu amantissime! Libenter absorbeo tribulationum medicinas utut amaras, dummodo languens anima meæ sanitati restituatur integræ. Bone Jesu! qui languentibus olim misericorditer opitulatus es, inflamma et me, et Consacerdotes meos, simili charitatis ardore, ne gravemur afflictis illam ferre opem quam laudabis et remunerabis in die judicii. Qui vivis, etc.

FERIA IV

Et die 25 *julii.*

In festo S. Jacobi Apost.

Iesus suorum ambitionem improbans.

MEDITATIO.

unt ad Jesum Jacobus et Joannes, filii Zebedæi, dites : « Magister! volumus ut, quodcunque petierinus, facias nobis. » At ille dixit eis : « Quid vultis, t faciam vobis? » Et dixerunt : « Da nobis, ut unus d dexteram tuam, et alius ad sinistram tuam, sedeaus in gloria tua. » Jesus autem ait eis : « Nescitis uid petatis, etc. » (Matth. xx, 20—28. Marc. x, —45.)

« Non turbetur quisquam, si tunc imperfecicimus Apostolos fuisse; nondum enim gratia tus erat in corda ipsorum infusa. Licet Aposessent, imperfectiores tamen adhuc erant, iam pulli errantes in nido, cum nondum illis æ succreverint. Humi repentes, necdum in ı poterant evolare. Cum igitur falsa opinione ti, exspectarent ut Christo confestim regnum solymis obveniret, accedentes ad eum Jacot Joannes petitionem suam instituunt; præivam sedis postulant, et primas partes inter sibi deferri : quippe qui arbitrarentur jam nem accepisse, tempusque coronarum ac præam advenisse, quod ipsum extremæ fuit insci- Audi quid illis respondeat Jesus : *Nescitis petatis.* Minime noverant quod petebant, cum ronis atque præmiis apud illum verba face- necdum cèrtaminibus inchoatis. Intempestive ebant ceteris videri clariores et illustriores :

tempus enim illud non coronarum aut præmiorum, sed certaminum, luctarum, laborum, sudorum, atque prœliorum. Hoc igitur sibi vult, quod ait: *Nescitis quid petatis.* » (S. Chrysost.)

2. Cœlestis Magister, quid primo quærendum esset, insinuans, revocat eos ad viam laboris, qua ad bravium pertingere possint retributionis. *Potestis*, inquit, *bibere calicem, quem ego bibiturus sum.* Calicem suum dicit amaritudinem Passionis, quam infidelium asperitate crebro justis offertur. Hanc quisquis humiliter, patienter, gaudenter pro Christo suscipit, merito cum illo sublimiter regnabit. Quia ergo filii Zebedæi cum illo sedere desiderabant, admonet eos, primo Passionis suæ sequi exemplum, et ita demum gloriæ culmen appetere, ideoque interrogat an possint bibere calicem passionis. Dicunt ei : *Possumus.* Mentem suam, qualis in præsenti erat, simpliciter Domino pandebant, dum se calicem ejus bibere posse testabantur; qui tamen, quantæ infirmitatis essent, postmodum ostendebant, dum adveniente tempore, quo ipse Dominus eumdem calicem biberet, etiam illi cum ceteris discipulis eo relicto fugerunt. Sed eo resurgente ocyus redierunt; et qui Passionis turbine terrente trepidaverunt, fulgente resurrectionis ejus triumpho confirmati sunt, atque firmum de reliquo pectus ad bibendum Domini calicem tenebant, quia ad patiendum moriendumque pro illo jam invincibiles esse cœperunt, impleta ejus promissione, qua dixit : *Calicem quidem meum bibetis : sedere autem ad dexteram meam vel sinistram, non est meum* (qui veni humilitatem docere) *dare vobis* (nondum humiliatis, et adhuc ambitiosis), *sed quibus paratum est a Patre meo.* » (Ven. Beda.)

3. « Et audientes decem indignati sunt de duo-

is fratribus. Quid igitur Christus? Vocavit eos l se, et ait : *Scitis, quia principes Gentium dominantur eorum; et qui majores sunt, potestatem exercent eos.* Ita Gentium moris esse ostendit, prima quæ-ie appetere. Tyrannica enim passio est ambitio, nonnunquam eximios etiam viros perturbat. *on ita erit inter vos; sed quicunque voluerit inter vos ajor fieri, sit vester minister ; et qui voluerit inter e primus esse, erit vester servus. Sicut Filius homi-is non venit ministrari, sed ministrare, et dare ani-am suam, redemptionem pro multis.* — Noli ergo mere, quasi honorem tuum humilitate amittas. unquam poteris tantum humilitatis ostendere, uantum pro te Dominus suscepit, cujus tamen ascensus, universorum ascensio fuit, ejusque oriam illustri splendore manifestam fecit. Quare llo pacto metuas, quasi tollatur honor tuus, si psum humiliaveris; hinc enim gloria tua præ-ntior redditur. Si magnus vis esse, primatus norem contemne; et eris profecto magnus. stquam Christus semetipsum humiliavit, regnum um per universum mundum dilatavit. Quid ergo vereris, ne, cum te humiliaveris, minor fias? m magnus, tum clarus, tum eris illustris, cum psum flocci feceris, cum primas partes non ap-tiveris, cum ministerium aliis, obsequium, et ram studueris exhibere, atque hujus rei causa ævis agere patique paratus fueris. » (S. Chrys.)

4. Jesus vere mitis et humilis corde, qui suo-m ambitionem improbat, qui hominum aversatur ogantiam, qui *non venit ministrari sed ministrare,* bministrat nobis sacrosanctum Corpus et San-inem suum in cibum et potum. Meditare, cerdos, immensam hanc Domini benignitatem, i dulcissimum nobis Sanguinis sui calicem bi-

bendum offert, quo alacriori animo bibamus [illegible] rissimum Passionis calicem. O quantum intere[illegible] discriminis inter amarum illum Passionis calic[illegible] quem Christus olim usque ad fæces pro nobis [illegible] hausit, et inter calicem salutis perpetuæ, qu[illegible] hodie nobis bibendum præbet! — Porro sub sp[illegible] cie panis verum latet Christi Corpus, et sub spe[illegible] vini verus Sanguis ejus. De hac veritate, Sacerdo[illegible] noli dubitare, quam antiquissimi Patres Eccles[illegible] suis confirmarunt testimoniis :

Seculo II vel III. In Liturgia S. Jacobi Apost[illegible] hæc *Oratio* legitur : « Ora assueta alimento et frugi[illegible] confitentur gratiam tuam, per quam meruerunt Do[illegible] hoc cœleste, quod est Corpus et Sanguis unigeniti Fi[illegible] tui. »

Sec. IV. S. Ambrosius, l. iv, *de Sacram.* cap. 4, ait : « Panis iste est panis ante verba sacramentorum. Ubi accesserit Consecratio, de pane fit Caro Christi.... Quomodo potest, qui panis est, Corpus esse Christi? Consecratione. Consecratio autem quibus verbis fit, et cujus sermonibus? Domini Jesu.... Non suis sermonibus utitur Sacerdos, sed utitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit sacramentum. »

Sec. V. S. Cyrill. Alexandrin. (Combefis., t. V, p. 189), *serm. in mysticam Cœnam,* ait : « Sincera fide,... ad mysticam Cœnam una properemus. Christus nos hodie convivio excipit. Christus nobis hodie ministrat : Christus, benignus ille ac clemens, nos reficit. Tremendum quod dicitur; formidabile quod peragitur. Dei Agnus ille, qui tollit peccatum mundi, occiditur (mystice sacrificatur). Pater lætatur; Filius sponte immolatur; non quidem hodie a Dei hostibus, sed a se ipso, ut ad hominum salutem voluntarios cruciatus subiisse significet. »

Sec. IX. THEODORUS Studites, *in antirrhetico* I, n. 10, ıonomachum ita alloquitur : « Quomodo appellas quæ Sacerdote... tractantur? Imaginem, an Veritatem? ıedsi imaginem, o rem absurdam! a blasphemia in ıasphemiam ruis : — sin autem veritatem, ut revera est : ıum enim Corpus et Sanguinem Christi Fideles confi ıtur : quorsum nugaris, veritatis mysteria ad figuras ıducens? »

Sec. XII. HILDEBERT. Ep. Turonens. Serm. II, *in festo* ·. *Jacobi Apost.*, al. Serm. LXIV, ait : « Fili, sedisti ad ıensam divitis (Prov. XXIII), vide quæ tibi apponuntur, ; scito debere te præparare similia. Mensa ista est eu- ıristia nobis in mensa altaris proposita, id est, Corpus, Sanguis Dominicus, qui in cruce pro nobis effusus est. ıs ergo ad hanc mensam sedere debetis, id est, parati ıe debetis suscipere digne quod in mensa altaris vobis ɔponitur; et debetis ei similia præparare, ut, sicut ım sanguinem pro nobis effudit, sic et vos pro nomine ıs parati sitis vestrum effundere sanguinem. »

Eodem Sec. XII. LOMBARDUS, lib. IV, *sentent.*, dist. 8, terminans quæ sit forma sacramenti eucharist., ait : Forma est, quam Christus ibidem (in cœna) edidit, di- ıs : Hoc est Corpus meum, et post : Hic est Sanguis ·us. Cum enim hæc verba proferuntur, conversio fit nis et vini in substantiam Corporis et Sanguinis Christi. ıde Ambrosius : Sermone Christi hoc conficitur sacra- ·entum, qui sermo Christi creaturam mutat; et sic ex ne fit Corpus Christi; et vinum, cum aqua in calicem issum, fit Sanguis Consecratione verbi cœlestis. »

Sec. XIII. S. THOMAS Aquinas, in eumdem lib. IV. ıt, dist. 8, quæst. 2, art. 1, *de forma sacramenti* ·*har.*, ait : « Per formam cujuslibet sacramenti oportet, od exprimatur hoc, in quo substantia sacramenti con-

sistit. Tota autem perfectio hujus sacramenti in ip
teriæ consecratione consistit, quæ est per Transsu
tiationem panis in Corpus Christi, et hanc Transsu
tiationem exprimunt verba hæc : *Hoc est Corpus*
et ideo hæc verba sunt forma hujus sacramenti. »

PRECES ANTE MISSAM.

Expavesco, Deus magne et terribilis,
hæc verba considero : *Cœlum sedes mea,*
autem scabellum pedum meorum ; omnia ho
nus mea fecit. Ad quem autem respiciam,
pauperculum, et contritum spiritu, et trement
mones meos? (Isai. LXVI.) — En, ego servu
pauperculus, et contritus spiritu, profund
qua possum animi submissione adoro te, ac
tremenda Majestate tua prostratus, me cre
tuam esse profiteor, a te per omnia depend
Nullus dubito, quin tu supremus sis unive
Dominus, omnino dignissimus, qui pro tali
nibus habearis et magnificeris. Subjicio me in
tum immensæ Majestati tuæ, debitumque tibi
cultum atque homagium præsto. Invito par
convoco omnes creaturas, ut una mecum a
ac collaudent te Optimum Maximum.

In contestationem hujus adorationis e
jectionis nostræ, offerimus tibi hæc mune
bata super altari tuo, gratias simul agent
cunctis beneficiis tuis, præsertim pro illa
cordia et bonitate tua, qua in terras misis
genitum tuum, *non ministrari, sed ministr*
dare animam suam, redemptionem pro nob
ferimus tibi, Pater omnipotens, hanc Hosti
maculatam in expiationem iniquitatum nost
et ad impetrandum auxilium, ut parati
amarum Passionis calicem bibere et pro v

nostrum profundere sanguinem. Tolle a nobis
ɔm arrogantiam et ambitionem, ut in spiritu
ilitatis et in animo contrito suscipiamur a te,
ine! et sic fiat sacrificium nostrum in con-
tu tuo hodie, ut placeat tibi, Domine Deus.
ento, etc.

AD CHRISTUM.

ɔ autem, o Jesu amantissime! supplex oro,
e vilissimum peccatorem, et vel humano in-
um alimento, ad divinum illud admittas Con-
ɪm, quod parasti servis tuis. Improbus ego
uncio non tantum promerui amarissimum tri-
tionis calicem in terris exhaurire; sed nedum
ɑ in gehenna, in loco tormentorum, ignis et
hur et spiritus procellarum, pars calicis mei
deberet. Nihilominus parasti in conspectu
mensam plane dulcissimam; et Calix meus
rians, calix Sanguinis tui, quam præclarus
quam suavis Potus pro pœnitente peccatore!
upesco misericordiam tuam. Et quia non ve-
ministrari sed ministrare, et teipsum nobis
in cibum et potum, confidenter accedo Altare
ɪ, enixe petens gratiam ut Dona tua digne per-
ɪm ad salutem animæ meæ. Amen.

PRECES POST MISSAM.

ɪmiliter pono genua, et adoratione religiosa
ɔneror, amantissime Jesu! tibique gratias ago
ineffabili bonitate tua, qui iterum mihi de-
Panem cœli manducandum, et calicem San-
is tui bibendum. Jam luce meridiana clarius
o, et quasi manibus palpo, quod me speciali
equaris amore. Quam miranda dignatio!
ɪta clementia! « Dilectus meus mihi, et ego
O quid audet cor meum! Dilectus meus mihi

ministrat, mihi servit, mihi intendit. Itane mihi intenta est illa Majestas, cui gubernatio pariter et administratio totius Universitatis incombit? Itane mihi servit ac intendit Rex regum et Dominus dominantium, qui curam seculorum ad sola transfert negotia dilectionis? Ita plane. » (S. Bernard.) Tu, Dilectus meus, mihi intendis, mihi faves, mihi inclinaris, mihi servis, mini ad mensam tuam Cibum et potum ministras pretiosissimum. O stupendam charitatem! — Jesu liberalissime! en etiam ego tibi soli intendo, tibi soli servio, et omnem meam sollicitudinem projicio in te, quoniam tibi cura est de me. Diu noctuque me observas, ita sollicitus de salute mea, ut citius mater obliviscatur filii sui, quam tu obliviscaris me!

Si omnem tuam in terris conversationem considero, Fili Dei! magnæ mihi admirationis est infinitus amor tuus, quo non venisti ministrari, sed ministrare. Quis nominum enarrare poterit quanta lenitate vocaveris peccatores ad pœnitentiam? Amicabiliter eos invitasti ad gratiam tuam; promissionibus atque minis contudisti illorum duritiem. Incredibili ardore perambulasti Judæam, quærens animarum salutem. Clementer excepisti venientes ad te; benigne remisisti languentibus peccata sua. Velociter advolasti quocunque vocatus es. Mansuete respondebas oblocutoribus; humaniter habebas rudes discipulos : amabiliter reprehendebas stupidos. Non repulisti peccatores, non horruisti leprosos, non vitasti pharisæos, non abjecisti publicanos. Omnium saluti te impendisti, omnibus Omnia factus. Trahe me in vestigia tua, Domine Jesu! et qui Apostolorum ambitionem improbando, sat luculenter ostendisti quantum averseris arrogantiam; custodi me ab hoc vitio. Fac, ut gaudenter bibam Passionis

quem prior bibisti. Extingue in me de-
utilia, quæ mergunt hominem in interi-
Magister mitis et humilis corde! redde
pulum tibi similem. Fac, ut meipsum
iam in hoc mundo, quo major fiam atque
in cœlo. Amen.

FERIA V.

a turbis quæsitus, et inventus.

MEDITATIO.

iluculo valde surgens, egressus abiit in desertum
ibique orabat. Et prosecutus est eum Simon
et qui cum illo erant. Et cum invenissent eum,
ei : « Quia omnes quærunt te. » Et ait illis :
s in proximos vicos, et civitates, ut et ibi prædi-
ad hoc enim veni. » Et turbæ requirebant eum,
unt usque ad ipsum : et detinebant eum, ne dis-
ab eis. Quibus ille ait : « Quia et aliis civitatibus
t me evangelizare regnum Dei ; qui ideo missus
etc. » (Matth. IV, 23—25. Marc. I, 35—39.
, 42—44.)

erdos a Jesu discat valde diluculo sur-
loco solitario precibus matutinis venerari
t orare pro animabus suæ curæ com-
que pro totius Ecclesiæ necessitatibus.
Petrus inquirens Jesum in deserto, haud
, sed mox invenit eum. *Et qui cum Petro*
ii eum ducem sequebantur, inveniebant
Quicunque Petro (visibili totius Ecclesiæ
deliter adhærent atque obtemperant, aber-
ueunt, sed certo certius Jesum, ac cum
item æternam inveniunt. Heterodoxi, qui
vias dispares extra Ecclesiam circum-
unquam venient usque ad Jesum. Quocirca,

Sacerdos, Deo gratias age, qui vocavit te ad Ecclesiam Catholicam unice veram, extra quam nulla salus.

2. Et *circuibat* Jesus totam Galilæam, *docens* in synagogis eorum, et *prædicans* Evangelium regni, et *sanans* omnem languorem et omnem infirmitatem in populo. Et abiit opinio ejus in totam Syriam, et obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus et tormentis comprehensos; et curavit eos. — Ut animarum Curatores non sint pigri, neve discrimen inter suos faciant, monentur per hoc quod dicitur : *Circuibat Jesus totam Galilæam.* Ut autem doctrina christiana juventutem diligenter imbuant tam in ecclesiis quam in scholis, monentur per hoc quod subditur : *Docens in synagogis eorum.* Ut porro sacris concionibus populum ad virtutis studium exortari contendant, monentur per hoc quod sequitur : *Prædicans evangelium regni.* Ut demum confitentibus in sacro tribunali salutaria dent remedia et ægrotis succurrere festinent, monentur per hoc quod subjungitur : *Sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo.*

3. Et secutæ sunt Jesum *turbæ multæ* de Galilæa et Decapoli, et de Hierosolymis, et de Judæa, etc. — « Nos quoque Jesum sequamur; nam multis animi morbis laboramus. Et hos ille præcipue vult curare, ideo enim illa mala curavit in corporibus, ut mala hæc expellat ex animabus nostris. Accedamus igitur ad eum; nihilque seculare petamus, sed remissionem peccatorum, etenim etiam nunc dat, si diligenter petamus. » (S. Chrysost.)

4. Jesus, misericors animarum Medicus, a turbis olim tam diligenter quæsitus in altaris sacramento revera præsens est. Quapropter, o Sacerdos! si volueris sacramenti hujus virtute sanari a

tui, firmiter crede, solerter quære, ccede, fiducialiter tange, ardenter aberis ab omni languore. « Est enim)c sacramentum salus animæ et cor- ina omnis spiritualis languoris, in antur, passiones frænantur, tentatio- ' et minuuntur; gratia major infundi- ıcepta augetur, firmatur fides, spes ;aritas ignescit ac dilatatur. » (Imit.

Porro doctrina catholica de reali ıtia in altaris sacramento Antiquitatis itur :

IEODORET., Ep. Cyr., *in* II *dialogo, Ortho- Eranist.*, hæc habet : « Eranist. *Post sanc- ıomodo hæc appellas?* Orthod. *Corpus ɟuinem Christi.* Eran. *Et credis, te Corpus guinem percipere?* Orthod. *Ita credo.* — ıod symbola mystica *post sanctificationem,* ınsecrationem maneant quidem in priori atura, forma, et figura, *et videri et tangi prius; intelliguntur autem ea esse, quæ creduntur, et adorantur, ut quæ illa sint,* . — Apertissime asserit hoc loco Theodo- ım Corporis Dominici in eucharistia, cum ;ecrationem *intelligi, credi et adorari* Cor- t ideo *intelligi,* ideo *credi et adorari,* quia ;icus, id est, Panis consecratus, est vere id, ur et creditur et adoratur. Adde, quod)retus nolebat apertius loqui, metuens ne ıditores aliquis nondum initiatus : *Aperte est*, inquit; *verisimile est enim adesse iis non initiatos.* Atqui de eucharistia in rum potuisset quibusvis infidelibus aper-

tissime loqui, cum in illa nihil omnino mirabile, nihil arduum aut difficile sit

Sec. IX. Concilium Pariens. VI, an 829 (Apud. *Labbe*, t. VII, p. 1660), lib. III, cap. 6, ait : « Nunc iterum atque iterum admonemus, ut (posthabitis ædiculis, quas usus inolitus Capellas appellat), Basilicæ Deo dicatæ ad Missarum celebrationem audiendam, et Corporis et Sanguinis Dominici perceptionem sumendam, assidue devoteque adeantur. »

Sec. XII. Concilium Londinense, an. 1138 (Ibid., t. X, p. 995), can. 2, ait : « Sancimus, ut ultra octo dies Corpus Christi non reservetur : neque ad infirmos, nisi per Sacerdotem, cum summa reverentia deferatur. »

Sec. XIII. Concilium Coloniense, an. 1280 (t. XI, p. 1114), cap. 7, ait : « Cum aliquis infirmus communicare voluerit, Sacerdos (si commode fieri poterit) prius eum visitet sine Corpore Domini, et diligenter Confessionem infirmi audiat, et post ad ecclesiam redeat, ad communicandum infirmum, Corpus Domini allaturus. »

Sec. XIV. Concilium Avenionens., an. 1326 (Ib., p. 1720), cap. 2, ait : « Si propter Christum reverentia impendi præcipitur, dignum est sacrum Corpus ejus coli veneratione præcipua, quod utique pro nobis in illius Passionis memoriam consecratur. Statuimus igitur, et jubemus, quatenus singuli Vicarii nostrarum ecclesiarum,... Parochianos suos salutaribus monitis inducere studeant, ut sanctissimum Corpus Dominicum, dum Presbyter ipsum portat in Viaticum ministrandum ægroto, reverenter associent : *i. e. comitentur.* »

PRECES ANTE MISSAM.

Benignissime Deus! Pater D. N. J. C., ecce offe-
imus tibi incruentum hoc sacrificium, ad laudem
t gloriam adorandi nominis tui; nec non in gra-
iarum actionem pro charitate tua, qua Filium
uum ad homines in mundum misisti, ut evangeli-
aret regnum tuum. Gratias agimus tibi, Pater, pro
ingulari clementia tua, qua tot Gentilium turmas,
ie quærentes quidem Jesum, mirabiliter duxisti
d Jesum, ut invenirent veritatem, viam salutis, et
itam æternam. Hostia hæc propitiatoria expiet
numeras iniquitates et negligentias nostras,
uibus nos homines ingrati munificentissimam
ffendimus Majestatem tuam. Respice, Pater, Uni-
enitum tuum, qui tempore prædicationis suæ
equenter *orabat in deserto*. Per ipsius preces et
erita supplicamus tibi, sancte Pater! ut et nobis
ibuas solitudinis amorem, precationis ardorem,
lei firmitatem, et rectam in omnibus intentionem.
ilitantem in terris Ecclesiam tuam perpetua de-
nsione conserva, ne portæ inferorum prævaleant
lversus eam. Summum Pontificem, Petri succes-
orem ac visibile Caput Ecclesiæ, assidua pro-
ectione guberna. Præsules sacros et animarum
uriones fac munere suo impigre fungi, ut eorum
inisterio et exemplo christiana plebs in viam
alutis dirigatur. Deus exercituum! dirige Princi-
es Catholicos et omnes qui in sublimitate sunt,
t potestatem suam Majestatis tuæ famulam facien-
es, ad communem salutem omnia disponant et a
iæ veritatis tramite non recedant. Largire pau-
eribus solatium, ægris remedium, tentatis auxi-
um, moribundis sacrum Viaticum. Memento, etc.

AD CHRISTUM.

Domine Jesu! e diversis aliquando civitatibus *turbæ multæ* diligenter te quæsierunt, gaudenter invenerunt, inventumque libenter comitati sunt. Tui desiderio flagrantes, iterum iterumque te videre, semperque secum retinere voluerunt. O Jesu delectabilis! etiam mihi magnum tui desiderium injecisti. Seda, precor, illam eucharistici Panis appetentiam, quam mihi præstare dignatus es. O Fons misericordiæ, qui manare non desinis! saluberrimo Sanguinis tui potu restingue sitim animæ mæ excitatam a te. Toto corde quæro te, Jesu desiderabilis! ad te omni nisu, et aviditate maxima tendo, anhelo, festino. Nosti utique, Amor mi! quam ardenti nunc tui desiderio æstuet anima mea, ut brevi ruat in amplexus tuos. Jam advolo ad mensam tuam, o Jesu desideratissime! quo citius te suscipiam manibus, immo et brachiis animæ meæ. Felix hora, qua te Jesum meum invenio, offero, contingo ac comedo!! —

PRECES POST MISSAM.

Jam habeo quod volui; inveni quod quæsivi; possideo quod exoptavi; amplector quod unice desideravi. Habeo Jesum meum, animarum Medicum, ideoque non reformido languores. Inveni Ducem cœlestem, ideoque non metuo hostem. Possideo veram Vitam, ideoque non timeo mortem. Amplector summum Bonum, ideoque non horreo mala. — Jesu suavisissime! omnibus nunc affluo deliciis, dum amplector te animæ meæ brachiis. Ingenti exulto lætitia, quia tu es Propitiatio mea, Refectio mea, Medicina mea, Consolatio mea, Deus meus et Omnia. Non admodum mirabile mihi videtur, te quondam a turbis tam studiose fuisse

a; nam utique Salvator es totus amabilis, lectabilis, totus desiderabilis. Ah! quam illi mortales, qui te non habent, non agnoson quærunt! — Grates tibi, bone Jesu! non tantum vocasti ad cœtum Fidelium, iam ad ministerium altaris tui, ubi mihi ie licet teipsum manibus meis tractare.

am te semper et ubique præ oculis haberem, udiosius imaginem tuam moribus meis exre contenderem. Perbene scio, Domine! tuam, quam in terris transegisti, fuisse præssimum sanctæ conversationis exemplar, in l ceu in speculum omnes, maxime nos Sacers tuos, inspicere oportet. Frequenter orabas eserto. Concede mihi quoque solitudinis amo- et indefessum precandi studium. Circuibas os et civitates, ubique prædicans evangelium ni Dei. Da et mihi charitatem et gratiam tuam, Fidei mysteria junioribus exponam, adultis salua monita tradam, rudes erudiam, sanctoque ccensus ardore, nullas prætermittam occasiones orum promovendi salutem.

Turbæ illæ, postquam te diligenter requisitum renerant, *detinebant* te, *ne discederes ob eis*, nimis re ferentes separari a te Salvatore amabilisimo. niliter et ego nunc arctissime constringens te, secro, Domine, ne discedas a me. Ne derelinas me, Domine Deus meus! Mane mecum, ior mi! nam tu es unicum Refugium meum in riculis, unicum Auxilium meum in tentationibus, icum Refrigerium meum in laboribus, unicum latium meum in terris, et unicum Gaudium meum cœlis. Amen.

FERIA VI

Jesus prænuntians Passionem suam.

MEDITATIO.

Exinde cœpit Jesus ostendere discipulis suis quia oportet eum ire Hierosolymam, et multa pati a senioribus et scribis, et principibus sacerdotum, et occidi, et tertia die resurgere, etc. (Matth. XVI, 21—23. Marc. VIII, 31—33. Luc. IX, 22.)

1. Inter omnia illa beneficia quæ nobis mortalibus ex immensa Dei misericordia obtigerunt, facile maximam esse Redemptionis nostræ gratiam, nemo Christianorum ignorat; in ea namque Salvator noster omnem bonitatis charitatisque demonstravit excessum, dum in probrosa Passione sua invictissimam patientiam, in patientia profundissimam humilitatem, in humilitate manifestavit charitatem suam perpetuam. Ubinam clarius alibi hæc omnia in Christo emicuerunt, quam dum supra dorsum ejus fabricaverunt peccatores, eumque vulneribus et opprobriis onustum tandem occiderunt in ligno? Jesus pluries prædixit Passionem suam, ne invite vel repugnanter eam sustinuisse videretur.

2. Christus *oblatus est* (Isai. LIII.) *quia ipse voluit.* Sicut ovis ad occisionem ductus, non aperuit os suum, sed quasi agnus coram tondente se obmutuit. Caput ejus venerandum, regali dignum diademate, spinarum densitate perpunctum. Facies, speciosa præ filiis hominum, sputis Judæorum fœdata. Oculi blandientes, ac Sole lucidiores, sensim caligarunt in mortem. Aures, quæ suavissimos audiunt Angelorum cantus, audierunt horrendas *impiorum* blasphemias. Os, quod viam Dei in veri-

uit, felle et aceto potatum. Humeri, qui ventam ad ovile reportarunt, crucis onere Manus, quæ innumeros sanarunt infirmos, clavis perforatæ. Pedes, quorum scabellum .r, crucis patibulo affixi. Corpus totum plaiceratum et exsangue. Cor amabile tandem confossum. Nec aliud in Jesu integrum que superfuit præter linguam, ut pro inimi-:o peccatoribus oraret.

Ne igitur a corde hominum fugeret, quod ne cordi semper inesse oportebat, signo rei ruente, velut fune insolubili, alligata est acermæ Passionis ejus memoria; qua fortiter iente, redemptus assidue cogitaret redemptiopretium, Redemptori gratias agens illa fide ı quæ per dilectionem operatur. Ideo Dominus us, in qua nocte tradebatur, accepit panem, et ıtias agens fregit, et dixit: *Accipite et manducate: c est Corpus meum, quod pro vobis tradetur; hoc ite in meam commemorationem.* Idem est sacrifium et altaris et crucis, sola offerendi ratione dirsum. Idem adest Corpus, idem Sanguis; unus idem Christus; prout sequentia demonstrant terum documenta Patrum:

Seculo IV. S. Basilius, l. I, *de bapt.*, c. 3, ait: « Scripm est, Sumpsit Jesus panem, et benedixit, fregitque, dabat discipulis, aitque, Accipite, edite, Hoc est Corpus ıum, quod pro vobis frangitur: hoc facite in mei reemorationem.... Sed et Apostolus his adstipulatur, cum : Dominus Jesus, in qua nocte tradebatur, accepit nem,... et dixit, Hoc est Corpus meum, quod pro vobis ıngitur; hoc facite in mei rememorationem. Simili-, etc. Quid itaque utilitatis habent verba hæc? Ut nirum edentes atque bibentes, perpetuo memores simus ıs, qui pro nobis mortuus est et resurrexit, atque ita

[illegible] necessarii insolitae traditum ab Apostolo [illegible] Pro omnibus mortuus est Christus, ut [illegible] jam non sibi vivant sed ei, qui pro [illegible] mortuus est.

Sanctus Chrysostomus, hom. XVII, *in Epist. ad Hebr.* [illegible] Apostolus dicit. *Semel oblatus est, etc.*, sic expo[illegible] Quid ergo? Nos non quotidie offerimus? Offerimus [illegible] sed ejus mortem revocamus in memoriam. Et [illegible] est Hostia, non multae.... Eumdem semper offe[illegible] Non nunc hanc, nunc aliam offerimus Ovem, sed [illegible] Quamobrem unum est sacrificium prop[illegible] Ait quoniam multis in locis offertur, [illegible] Nequaquam, sed unus ubique [illegible] Corpus. Sicut ergo, quod ubique offertur, [illegible] est Corpus, [illegible] unum est sacrificium. Pontifex [illegible] hostiam, quae nos mun[illegible] Ecce, quae tunc fuit oblata, [illegible] H[illegible] ad[illegible] in memoriam ejus, [illegible] H[illegible] in meam com-

[illegible] nomine [illegible] *de Paschate*, [illegible] Sanctus [illegible] Dominici sta[illegible] Sicut una [illegible] nulli dubium sit [illegible] Sanctus [illegible] in multis reperiri. [illegible] Passionem significat.

[illegible] Leo [illegible] *de unitate Missae*, [illegible] *Unigenitus Dominus*, [illegible] Dominus et Salvator noster mysterium [illegible] salute [illegible] commendavit, [illegible] Corporis et Sanguinis, eamdem vi-

leam mortem suam nos annuntiare voluerit, donec niat in majestate de cœlis, quid dignius aut salubrius si potest, quam ut hæc veneranda mysteria frequenndo, memores sint Sacerdotes beatæ Passionis ejus. »

Sec. XII. Ecbertus, Presb. Bunnens., serm. xi, *adver-s Catharos*, ait : « Erat aliud, quam panis, quod sub scie panis ibi (in cœna ult.) erat, id est Corpus ejus; sit patet ex eo, quod dicebat : *Hoc est Corpus meum.* illud jussit eos facere in commemorationem Passionis mortis suæ. Itaque in eo, quod dixit, *Hoc facite in meam nmemorationem*, dedit tam eis, quam omnibus, ad quos rventurum erat sacerdotale Officium ab ipsis, potesta-m faciendi cum oratione et benedictione Corpus et San-tinem suum. »

Sec XIII. Innocentius III. Papa, in lib. xi, epist. 124, t : « Si olim in veteri Testamento, altaris consecratio lebris habebatur, quanto magis nunc in nova debet lemnis haberi, cum non minus inter illud et istud quam ler lucem et umbram distet altare. In illo sane carnales irrationales hostiæ mactabantur; in isto vero illud icum et vivificum Holocaustum semper offertur, quod) redemptione humani generis semel in ara crucis itit victimatum, videlicet unigenitus Dei Filius, Jesus ristus, idem ipse sacrificium et Sacerdos, qui et pre-m se dedit in cruce, ut moriens fideles suos a morte limeret, et Cibum se tribuit in altari, ut vivens fideles os alat ad vitam. »

PRECES ANTE MISSAM.

Augustissimum frequentantes et innovantes sa-ificii crucis mysterium, suppliciter exoramus te, ıter omnipotens, æterne Deus ! ut, quod sub ysticis speciebus hodie peragimus, a te clemen-

precamur, et in earum satisfactionem
tibi eumdem unigenitum tuum Filium,
ac Redemptorem nostrum.

« Recole, Pater, quia hic ipse est, qu
æterno genuisti, nostræ tamen infirmit
næ participem fieri voluisti. Hic est, qu
indutus naturam, crucis ascendit pa
triste tulit supplicium. Converte oculos
tuæ super istud Opus misericordiæ tu
dulcem Natum in crucis ligno extens
manus innocuas, proprio manantes sa
remitte placatus scelera quæ patrar
nostræ. Vide immaculatos pedes, qui in
torum non steterunt, duris confixos cla
fice gressus nostros in semitis tuis. Vid
toris supplicia, et dimitte redemptorum
(S. Anselm.)

Justissime Pater! offerimus tibi infini
meritorum thesaurum in pretium pro e
nostris debitis. Offerimus tibi humilitat
pro nostra superbia, charitatem ejus
malevolentia, obedientiam ejus pro nos

suum, sed sicut ovis ad occisionem per-
quasi agnus coram tondente se obmutuit.
ita hujus dilectissimi Filii tui, quem tibi
ı Missæ sacrificio offerimus, miserere
'ater amantissime! tuamque nobis gratiam
, ut Redemptoris nostri mansuetudinem
ır, et omnes injurias, atque afflictiones cor-
, animi patienter feramus, ac salutares istius
ıenti fructus percipiamus. Memento, etc.

PRECES POST MISSAM.

ve, mitissime Redemptor, Jesu Christe! qui
alute nostra pretiosum sanguinem tuum in
ı fudisti. Jure quidem merito admiror dilec-
ım et patientiam tuam, qua pro nobis tam
rosam subiisti mortem. At tua illa charitas
ens et benigna, qua teipsum mihi tribuis in
ım, longe mirabilior mihi videtur. Supplex
ro te Jesum meum, te Amorem meum cruci-
ım, verissime nunc præsentem in corde meo.
mi stratus amplector et exosculor sacratissimos
les tuos, propter me clavis transfixos. Reveren-
exosculor sanctas ac venerabiles manus tuas,
cruce perforatas. Debita pietate adoro et exos-
or amabile pectus tuum lancea perfossum.
ates tibi habeo pro hoc beneficio, quod nunc ad
ım tuam mihi tribuisti.
Amo te, Domine Jesu, qui ab æterno amasti me.
ratus sum *multa pati* amore tuî, o Salvator beni-
ssime, qui amore meî tam multa, tam gravia,
ı ignominiosa passus es. Id unum a bonitate
enixe rogo, ut ope tua divina me corroborare
neris, ne sub onere crucis meæ succumbam.
, o patientissime Jesu! ut omnes Seculi vani-
es et delicias respuam, et in ærumnis gaudium
um habeam. Crux tua, Domine, sit unicum mihi

deficiet consolatio, sit mihi tua voluntas probatio, pro summo solatio, Dummodo mea recta et firma ad te permaneat, quidquid de me feceris. Si me vis esse i sis benedictus; et si me vis esse in lu rum benedictus. Si me dignaris consol nedictus; et si me vis tribulari, sis æq benedictus. Libenter patiar pro te qu lueris venire super me. Indifferenter vo tua bonum et malum, dulce et amarun triste suscipere, et pro omnibus mihi c bns gratias agere. Custodi me ab omni non timebo mortem, nec infernum. D æternum me non projicias, nec dele vitæ, non mihi nocebit quidquid vene tionis super me. » (Imit. C.)

SABBATO.

s ovibus suis dans vitam æternam.

MEDITATIO.

at Jesus in templo, in porticu Salomonis. Cir-
derunt ergo eum Judæi, et dicebant ei. « Quous-
animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic
s palam. Respondit eis Jesus; Loquor vobis, et
creditis : opera quæ ego facio in nomime Patris
, hæc testimonium perhibent de me. Sed vos non
litis, quia non estis ex ovibus meis. Oves meæ
em meam audiunt; et ego cognosco eas, et sequun-
me; et ego vitam æternam do eis; et non peribunt
eternum, et non rapiet eas quisquam de manu
. Pater meus quod dedit mihi, majus omnibus
; et nemo potest rapere de manu Patris mei : Ego
ater Unum sumus. » (Joan. x, 22—39.)

ves morigeræ, quæ Christi vocem audiunt,
bonum hunc Pastorem fideliter sequuntur,
ternam obtinebunt. Qui non credunt Eccle-
isti, non sunt ex ovibus Christi. Sed quare
qui paulo ante dixerat : *Non rapiet eas quis-*
e manu mea, postea subjungit : *Nemo potest*
de manu Patris mei? Lege ulterius : *Ego et*
num sumus. Manus Patris, et manus Filii,
lemque manus est, una eademque potestas,
mavit cœlos, quæ creavit orbem terrarum,
bernat omnem rerum universitatem. Patris,
, et Spiritus Sancti, una est divinitas, æqua-
ia, coæterna majestas. *Ego et Pater Unum*
per *Unum* exprimitur Unitas Naturæ; per
distinctio Personarum : hoc Sabellio adver-
illud Ario, ut ait S. Aug.

ustulerunt ergo lapides Judæi, ut lapidarent
espondit eis Jesus : *Multa bona opera ostendi*

vobis ex Patre meo : propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Judæi : *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, et quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum.* Respondit eis Jesus : *Nonne scriptum est in Lege vestra, quia ego dixi : dii estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptura : Quem Pater sanctificavit, et misit in mundum, vos dicitis, Quia blasphemas, qui dixi, Filius Dei sum? Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi; si autem facio, et mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis et credatis quia Pater in me est, et ego in Patre.* — « Si sermo Dei factus est ad homines, ut dicerentur dii; ipsum Verbum Dei, quod est apud Deum, quomodo non est Deus? Si lumina illuminata dii sunt, Lumen quod illuminat, non est Deus? Si ergo vos deos facit Sermo Dei, quomodo non est Deus Verbum Dei? Pater ergo *sanctificavit* Filium suum, et misit in mundum. Forte aliquis dicat : Si Pater eum sanctificavit, ergone aliquando non erat sanctus! Sic sanctificavit, quomodo genuit. Ut enim sanctus esset, gignendo ei dedit, quia Sanctum eum genuit. Nam si, quod sanctificatur, ante non erat sanctum, quomodo dicimus Deo Patri, *Sanctificetur nomen tuum?* » (S. Aug.)

3. Christus supra dixit : *Oves meæ vocem meam audiunt.* Sed quænam est vox Christi? — Christi vox est : *Qui manducat meam Carnem, et bibit meum Sanguinem, habet vitam æternam : Caro enim mea vere est cibus etc.* Christi vox est : *Qui manducat me et ipse vivet propter me.* Christi vox est : *Accipite et manducate; Hoc est Corpus meum, etc.* Clarissimam hanc boni Pastoris vocem heterodoxi aut rejiciunt, aut perperam interpretantur; et quare? quia non sunt ex ovibus ejus. Orthodoxi autem vocem illam

r audiunt, gratanter recipiunt, firmiterque
t, in sacrosancto altaris mysterio veram
Carnem et verum ejus Sanguinem sumi.
n utique Patres antiquissimi dicunt nobis
:

o II. vel III. In LITURGIA S. Jacobi Apost., quæ
ı Græca, tum Syriaca lingua fuit conscripta (Murat.,
165), hoc *Canticum* habetur : « Oves tuæ, Christe,
l ostium tuum; comedunt Corpus, et bibunt San-
tuum, canuntque gloriam Divinitati tuæ. » — Hæc
æ sacrificio dici, manifestum est. »

IV. S. EPHRÆM Syr., *in sua Necrosima, canone* 5,
, pro defuncto Episcopo Christum ita precatur :
ı tanto dignatus es honore, ut sacerdotali fungere-
ıisterio, tuumque tuis Ovibus propinaret Sangui-
unc, precor, tua jube divina jucunditate frui. »

V. S. CYRILL. Alexandrin. (Combefis., t. IV, p. 317),
ıtar. *in illa verba Joan.*, c. x, v. 27 : *Vos non cre-*
uia non estis ex Ovibus meis, ait : « Indicium et
:ntum certissimum Ovium Christi est, facile audire
tum esse ad obediendum ac credendum... Dicit
Et sequuntur me Oves. Qui enim credunt, etiam
quadam gratia, Christi vestigiis insistunt, non
s legalibus umbris servientes, sed Christi mandata
: doctrinam sequentes, ad ejus dignationem, utpote
i vocati, ascendant.... Mercedem autem et præmium
uentibus vitam æternam se largiri ait.... Vitam
ıntelligimus æternam, non longum illud ævum,
nnes tam boni quam mali post resurrectionem
s; sed ut etiam omni jucunditate agant. Possumus
n accipere mysticam Eulogiam, per quam Christus
ırnis Communione, suam Fidelibus inserit vitam,

juxta id quod dictum est : Qui manducat meam Carnem et bibit meum Sanguinem, habet vitam æternam. »

Sec. VI. Primasius, Ep. African., *commentar. in Apocalyp.*, c. 12, ait : « Idem (Christus) et refugii locus peregrinis, et refectionis Cibus esurientibus servis, et Merces promittitur regnaturis. »

Sec. IX. S. Paschasius Ratbert., *in epist. ad Fredugard.* ait : « Qui manducat digne hanc Carnem, et bibit hunc Sanguinem, jam vitam æternam manducat et bibit. Quodsi Christus vere Deus-Homo est, ut credimus; vera etiam Caro Christi in hoc Fidei sacramento est. »

Eodem Sec. IX Alcuin., *homil. in superius Evang.*, ait : « Ambulabat Jesus in templo, etc. Si autem Filius Dei in templo, in quo caro brutorum animalium offerebatur, ambulare voluit, quanto magis nostram orationis domum, in qua Caro et Sanguis ejus consecratur, visitare gaudebit ? »

Sec. XII. S. Anselm. Ep. Cantuar., lib. iv, *epist.* 107, ait : « Quamvis separatim Corpus, separatim Sanguinem, non tamen bis, sed semel Christum accipimus immortalem et impassibilem Sed iste mos separatim accipiendi, inde in Ecclesia inolevit, quod Christus in cœna discipulis separatim dedit, ut per hoc intelligerent se Animæ et Corpori Christi debere conformari. »

PRECES ANTE MISSAM.

Redemptor mundi ! Jesu Christe ! suppliciter adoro te Deum verum de Deo vero. Ex imo pectore laudo et glorifico te Dominum infinitæ majestatis, et totius Universi Monarcham; tibique submississimum præsto homagium, in agnitionem supremi tui, quo tibi subdor, Dominii. Grates tibi, Unigenite Altissimi, pro stupenda charitate tua,

Oves tuas ita dilexisti, ut assumpseris Humani-
m, et illas a perditione redemeris pretio San-
uis tui. Maximas tibi grates habeo, Domine
ı! quod ad perennem dilectionis tuæ memo-
ı, et in pignus vitæ æternæ, altaris sacramen-
institueris, et ad illud conficiendum, etiam
peccatorem eximia Sacerdotii dignitate orna-
s. Debuissem equidem pro ratione Vocationis
e, singularem vitæ sanctimoniam sectari, et
ores quodidie in via virtutis progressus facere.
, heu! quid egi! Sæpius admisi turpem ingrati
ni culpam : velut ovis immorigera vocem tuam
ire nolui; sequi te renui; longius a te rece-
s, erravi, sicut ovis, quæ periit
tecce, Pastor bone! nunc gemens ac dolens ad
edeo, humiliterque fateor insipientiam meam.
i me despicere creaturam tuam, quam tuo
guine redemisti. Jam serio mecum statui dein-
s tibi fidelius auscultari, alacrius servire, ac
ıius adhærere. Accedens hodie ad aram, devoto
lis affectu tibi Corporis et Sanguinis tui Sacri-
ım, quod semel pro Ovibus tuis in ara crucis
ılisti, purissima intentione rursus offero, ad
lem et gloriam adorandæ majestatis tuæ; in
noriam sanctissimæ Incarnationis, vitæ, Pas-
ıis ac mortis tuæ; in gratiarum actionem pro
ıibus beneficiis tuis, mihi et universo Ovium
um gregi hucusque præstitis vel adhuc præ-
ıdis, nec non in propitiationem noxarum et
ligentiarum, quibus in dies offendimus Bonita-
tuam. Offero tibi hoc Missæ sacrificium pro
etranda gratia tua, mihi ceterisque Fidelibus
essaria. Effice, quæso, Homo-Deus! ut effectu
ımore tuarum Ovium vel jam regnantium in
is, vel adhuc peregrinantium in terris, sacrifi-
n divinissimum (grande hoc et inscrutabile

tuæ charitatis Opus) in altari tuo peragam, ut per ejusdem merita consequar vitam æternam. Clementer etiam, magne Pastor! intuere et tueri Oves illas, quas curæ meæ commisisti; neque permitte, ut rapiat eas quisquam de manu tua, antequam perirent in æternum. Memento NN.

PRECES POST MISSAM.

O Jesu Fili Dei! Deus incomprehensæ majestatis! flexis genibus me coram te reverenter inclino, debitaque animi submissione adoro te Deum-Hominem, in corde meo vere præsentem. Adoro te Deum fortem ac omnipotentem, qui fecisti cœlum et terram, qui appendis tribus digitis molem terræ, et omnia in mensura et numero et pondere disposuisti. Reverenter adoro te Deum magnum et immensum, quem cœli cœlorum capere non possunt, nec ulla locorum spatia constringunt. Humiliter adoro te immortalem universi Gubernatorem, qui vitæ et mortis habes potestatem. Supplex adoro te Salvatorem misericordissimum, te Pastorem bonum, qui vitam posuisti pro Ovibus tuis.

Domine Jesu! dixisti quondam ad Judæos : *Vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis*. En, ut ego adnumerari merear ovibus tuis, corde credo, et ore confiteor omnia Religionis Catholicæ mysteria, simulque majorem in modum a te peto fidei augmentum. Credo, quod Pater tuus sic dilexerit mundum, ut te Filium suum unigenitum dederit nobis Redemptorem. Credo, Domine, te, et Patrem tuum, Unum esse in essentia. Firmiter credo, eo fine te naturam humanam, servi formam, boni Pastoris officium suscepisse, ut Oves tuæ, vocem tuam audientes et sequentes te, pervenirent ad vitam. Vere bonus es Dominus, et Pastor bonus;

ibus tuis das gratiam tuam, lucem et veritatem tuam, omnia merita tua, Corpus et Sanguinem tuum, et denique *vitam æternam*. — O vita ...! o merces omnibus votis expetenda! — ...esu! qui talia nobis præstas in via, quid non ... in patria? Qui bonis terrenis indignos cu... hædos in hac valle lacrymarum; quid non Ovibus tuis in paradiso deliciarum? — Jesu ...avissime! vehementer desidero *vitam æter*... quam promisisti et præparasti Ovibus tuis.

Quam mira, quam pulchra sunt domus tuæ ...stis habitacula, Domine Deus virtutum! con...iscit illuc intrare anima mea. Dilexi decorem ...us tuæ, et locum habitationis gloriæ tuæ. ...d jucundius, quidve dulcius est quam inter ...us vitæ amaritudines, divinæ dulcedini tuæ in...re, atque ad vitam æternam suspirare, illicque ...rsari mente, ubi vera gaudia haberi certissimum ...t? Jesu dulcissime, begnissime, amantissime, ...rissime, pulcherrime, desideratissime! quando ...eniam, et apparebo ante faciem tuam? Quando ...idebo te facie ad faciem in terra viventium? In ...ta terra mortalium te videre non possum. Quan...onam educes me de isto carcere tenebroso, ut ...i confitear nomini tuo? Quando transibo in illam ...mirabilem domum tuam, ubi sonat vox lætitiæ ...exultationis in tabernaculis justorum? Heu mihi ...uia incolatus meus prolongatus est? Quid faciam ...iser, gravedine mortalitatis adstrictus? O beati, ...ui habitant in domo tua, Domine! in secula se...ulorum laudabunt te. Beati, vere beati, quos ele...isti, et assumpsisti in illam cœlestem hereditatem! ...ebriabuntur ab ubertate domus tuæ, et torrente ...oluptatis tuæ potabis eos. » (S. Laur. Justin.) Qui ...vis, etc.

DOMINICA IV

POST EPIPHANIAM.

JESUS, Refugium nostrum in periculis.

MEDITATIO.

Ascendente Jesu in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus. Et navigantibus illis obdormivit. Et ecce motus magnus factus est in mari, et facta est procella magna venti, ita ut navicula operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat. Accedentes autem suscitaverunt eum, dicentes : « Magister! non ad te pertinet, quia perimus? Domine! « salva nos, perimus. » Et dicit eis Jesus : « Quid « timidi estis, modicæ fidei? » Tunc surgens imperavit ventis, et dixit mari : « Tace, obmutesce. » Et facta est tranquillitas. Dixit autem illis : « Ubi est fides vestra? « quid timidi estis? Necdum habetis fidem? » Porro homines mirati sunt, et dicebant ad alterutrum : « Quis putas est iste, quia et ventus et mare obe- « diunt ei? » (Matth. VIII, 23—27. Marc. IV, 35—40. Luc. VIII, 22—25.)

1. « Quæ volatu aërem secant aves, pullos suos recens genitos fovent, proprioque labore pastu comparato, quo fruantur, nullo ipsorum labore, fœtibus ingerunt. At ubi eos pennis aptos viderint, inde eductos ad volatum exercent, ipsæque unacum eis aërem tranantes, adhuc teneris volandi exercitationem præstant tutam; nonnunquam etiam deserunt, interea volitantes, quo virtutis volandi capiant experimentum. Sic interdum Christus suos discipulos, cum multa de fide edocuisset, nunc, tanquam rationem doctrinæ velit reposcere, spe eos ac timore suspensos tenet, fideique stadium mare Apostolis parat, etenim assumptis discipulis navigavit. Cum vero scapha mediis esset in fluctibus, ipse dormiebat. Inusitata vero tempestas con-

surgit. Ventorum turbines ferebantur in
. Discipuli circumcursabant; et dormiebat
Dominus. O somnum, quo fidem dormitan-
media maris tempestate Dominus excire
! — Navis undis concussa fluctuabat. Dis-
alutem ab arte quæritabant; sed manus
ant. Cum ventis de navi decertabant. At
rocella prævaleret, nec arti obediret mare,
ili quæsitas ab arte spes, tanquam et ipsæ
gium facerent, dimittentes, recurrunt ad
n, qui in scapha erat, et clamant : *Magister!*
ter! salva nos, perimus. O periculum, quo doce-
i salutis sit anchora ! — Quid tandem Domi-
somno excusso prius discipulos increpat,
mare. *Quid*, inquit, *tam modicæ fidei estis?*
transfert increpationem in mare, dicens :
, obmutesce. Fugiunt venti, coercentur undæ;
itur pelagus, fluctuum suorum cervicem curvat
discipulorum terrorem excipit. O Magistri sa-
ntiam ! naufragii periculum ostendit, mare fidei
olam fecit. » (S. Basil. Seleuc.)

2. « Dedit per hæc omnia nobis Dominus figu-
n et doctrinæ imaginem, ut et nos in omni con-
batione patientiam teneamus, stabiles simus,
em non deseramus. Et si omnis iste Mundus
quam mare ebulliat, atque in furorem consur-
; et si omnes vertigines dæmonum undique
viant; et si omnes potestates mundi continen-
, et in tumore iracundiæ spumantes, furant
per sanctos, nolite turbari, nolite contremiscere,
lite deficere. Omnes quotquot in Ecclesiæ navi-
a cum Domino navigatis (etsi ipse dormire vi-
atur, vestram patientiam vel impiorum pœniten-
m expectans), alacriter ad eum accedite, cum
pheta clamantes : *Exurge, quare obdormis, Do-*

mine? Et ipse surgens, mitigabit omnia. Nonne sæpius infideles commoti sunt adversus Ecclesiam? Sed Dominus evanescere fecit audaces adversarios Fidei, magnamque pacem et tranquillitatem dedit Ecclesiæ suæ. » (Origenes.)

3. « Valida quandoque tempestate concutitur Ecclesia; confertique casuum adversorum fluctus adversus sanctam hanc cymbam consurgunt, ac innumeræ tentationes velut ebulliunt. Adest quidem electis suis Christus. Quod tamen eos haud raro malis affici sinat, speciem quamdam dormitantis præfert. Ceterum, cum tempestas fere modum excesserit, resque jam in summum discrimen adducta fuerit, tunc in hæc propemodum verba clamare oportet: *Exurge; quare obdormis, Domine?* Sine mora surget, atque luctum nostrum in gaudium convertet. » (S. Cyrill. Alex.)

4. « Ascendente in naviculam Christo, fecisse motum magnum refertur ausa tempestas. Quare Christus, futurorum præscius, præsentium sic videbatur ignarus, ut instantem procellam, tempestatis horam, tempus periculi non caveret, sed inter vigilantes omnes tunc solus teneretur in somno, quando imminebat sibi suisque tam grande discrimen? Fratres! gubernatoris peritiam non probat temperies serena, sed procellosa tempestas. Blandiente aura, navim regit ultimus nauta: in confusione ventorum, primi quæritur ars magistri. Hinc est, quod discipuli, postquam viderunt sibi nauticorum industriam deperiisse, ad ipsum Gubernatorem rerum, Rectorem mundi, elementorum Autorem trepidi confugerunt, petentes ut sedaret fluctus, periculum removeret, salutem redderet desperatis. Domini jussio recus*sit* ventos, tulit turbines, dedit quietem. Sed jam

quod intus est, proferamus. Ubi Christus Ecclesiæ suæ navim conscendit, mox Gentium flabra, Judæorum turbines, persecutorum procellæ, dæmonum nebulæ, sic ruerunt, ut totius mundi fieret una tempestas. Regum spumabant undæ, fervebant Potestatum fluctus, sonabat rabies traditorum, populorum gurgites rotabantur, etc. Suscitatus a discipulis Christus, increpat mare, id est, Mundum; tranquillat orbem, Reges mitigat, Potestates placat, sedat fluctus, componit populos, etc. Modo et nos dormientem in nobis Christum toto præcordiorum gemitu, fidei voce, Christianis lacrymis, Apostolicis clamoribus excitemus, et dicamus: *Domine, salva nos, perimus.* Et quia lectio apte tempori huic convenit, quo navicula Christi nunc tollitur ad cœlum, nunc in trepidationum ima descendit; nunc formidine jactatur, nunc operitur fluctibus passionum, etc., iterum atque iterum clamemus: *Domine, salva nos, perimus.* Et revera, Fratres! si essemus unum corpus; si eos, qui pereunt, nostra esse viscera crederemus, certe afflictione jejunii, precum gemitu, effusione fletuum jugiter clamaremus: *Domine, salva nos, perimus;* et studeremus nobismetipsis in nostris fratribus subvenire. » (S. Chrysolog.)

5. Mundus iste a S. Chrysostomo bene comparatus est *mari tempestuoso, ubi homines ab invicem exeduntur, sicut pisciculi minores devorantur a fortioribus.* Ecclesia tamen inter innumeras hostilium persecutionum procellas, non sine grandi miraculo, firma semper et inconcussa permansit. De præcipuis Fidei nostræ mysteriis nulla fuit unquam inter Orthodoxos Patres opinionum dissimilitudo. Novatores autem et increduli philosophi, de naturæ miraculis æque ac de Religionis

divinæ mysteriis, identidem inter se digladiantur, et plerumque tam inepte secum pugnant, ut de stultitiæ palma contendere velle videantur. S. Greg. P. ait : *Quidquid ratione hominis comprehendi potest, fidei mysterium esse non potest : sola est in miraculis ratio Potentia Facientis.* Jesus omnipotens, Adjutor in tribulationibus et Refugium nostrum in periculis, qui maris tempestatem unico verbo sedavit, realiter adest in altaris sacramento. Hæc est et fuit semper Ecclesiæ doctrina :

Seculo IV. S. Ambros., *lib. de Sacram*, c. 4, ait : « Jussit Dominus, et facta sunt maria, etc. Vides ergo quam operatorius sit sermo Christi.... Non erat Corpus Christi ante consecrationem ; sed post consecrationem.... Corpus est Christi. »

Sec. V. S. Chrysost., homil. II, *in epist.* II, *ad Tim.*, c. 1, ait : « Oblatio eadem ipsa est, quam Christus dedit discipulis, et quam nunc Sacerdotes faciunt. Hæc nihil minor est illa.... Sicut enim verba, quæ Deus ibi locutus est, eadem sunt quæ nunc Sacerdos dicit ; sic et Oblatio eadem ipsa est.... Et hoc igitur Corpus Christi est, et illud. Qui vero putat hoc minus illo esse, is nescit Christum etiam nunc adesse, et operari. »

Sec. cir. VI. In Liturgia S. Gregorii (quis ille fuerit, nescimus (Murator., t. I, p. 173), tam Græcis, quam Copticis et Arabicis literis antiquitus scripta, Sacerdos sic orat : « Domine, voce tua commuta hæc, quæ sunt proposita (panem et vinum), perfice nobis hoc ministerium plenum mysteriis ; mitte super nos gratiam Spiritus Sancti, qui sanctificet et transferat hæc dona proposita in Corpus et Sanguinem salutis nostræ ; et hunc quidem panem facias Corpus tuum sanctum,... et hunc calicem *Sanguinem* pretiosum Testamenti tui novi, Domine Deus

noster, Jesu Christe. » — Rogatur ergo Domi-
e sua, quæ omnia potest, *commutet et trans-*
proposita in Corpus et Sanguinem suum. In
qui transmutationem ab antiquis Patribus de-
non agnoscit, libero animo id minime contem-

Petrus Blesens., *tractatu de sacra eucharis-*
conscripto, cap. 8, hæc habet :

ius celebrat, quamvis alius videatur,
ium sacrum : Verbum Deus operatur.
es quæ panis pridem substantia mansit,
isti Carnem, Deitatis munere transit.

I. Concilium Santon., an. 1280 (Labbe, t. I,
ıp. 9, ait : « Cum Creatori nostro sit summa
exhibenda, et ideo fuerit alias provide consti-
od laici moneantur, ut, ubicunque viderint
risti deferri, statim genua flectant tanquam
Creatori suo, et quocunque transierit, orent ;
itandam fidelium devotionem, omnibus, qui
to Presbyterum cum Corpore Christi duxerint
em dierum de condigna pœnitentia injuncta
»

. Manuel Calecas, Græcus, *l. de principiis*
, c. 6, ait : « Quonam modo convertantur panis
Christi Corpus et Sanguinem, humanus sermo
potest. Quia tamen creaturæ Arbiter hoc modo
ere testatus est ; quemadmodum credimus,
mundum ex nihilo conditum esse,... sic quoque
lotis ministerio fieri credimus, ut panis in
, vinum in Sanguinem convertantur ? ob ejus,
tentiam. »

PRECES ANTE MISSAM.

Universi totius Conditor Deus, cujus Potentia et Misericordia ab æterno in æternum! Tibi pro donis et beneficiis tuis gratias agimus, suppliciter adorantes infinitam Bonitatem et Omnipotentiam tuam. Dumque tibi hodie incruentam altaris Hostiam immolamus, enixe precamur te, Optime Maxime! ut nobis famulis tuis, in procelloso hujus peregrinationis pelago navigantibus, et in extremo naufragii periculo versantibus, benigne succurras, et nos miseros ex tot angustiis clementer eripias. Exurge, Domine, adjuva nos; quoniam propter te mortificamur tota die; æstimati sumus sicut oves occisionis. Exurge, quare obdormis, Domine? exurge, et ne repellas in finem. Quare faciem tuam avertis, oblivisceris inopiæ et tribulationis nostræ? Haud equidem ope tua digni sumus ob innumeras iniquitates nostras : speramus tamen ab immensa Bonitate tua propitiationem et indulgentiam. « Hostiam tibi, Domine, placationis offerimus; ut delicta nostra miseratus absolvas, et inter hujus seculi tempestates nutantia corda nostra dirigas. » (Missal. Bellovac.)

Per istius Oblationis merita rogamus te, Deus, Sancte, Fortis! ut Ecclesiam tot inter persecutionum procellas navigantem semper gubernes, et ad portum æternæ beatitudinis perducas. Protege omnes et singulos Fideles, ne salutis spe abjecta Ecclesiam deserant, aut in vitiorum gurgites se præcipitent. Vide lacrymas, audi clamorem tot innocentium, et esto nobis propitius per infinita hujus sacrificii merita. « Domine Deus virtutum! qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere : da nobis sa-

lutem mentis et corporis, ut ea, quæ pro peccatis nostris patimur, te adjuvante vincamus. » (Sacram. Gregor.) Deus patrum nostrorum! fac, ut in omni eventu Providentiam tuam collaudemus, et omnem sollicitudinem nostram projiciamus in te, quoniam tibi cura est de nobis, non enim delectaris in perditionibus nostris, sed post tempestatem tranquillum facis, et post lacrymationem et fletum, exultationem infundis. Memento, etc.

PRECES POST MISSAM.

Nemo inter mortales tuam comprehendere valet majestatem et gloriam, o Jesu suavissime! nihilominus admisisti me ad tremendum altaris tui mysterium. Omnia elementa parent tibi ad nutum, et tibi nunc complacuit venire ad servum tuum immorigerum. *Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum ejus tu mitigas;* et tamen, o Deus omnipotens, habitare dignaris in corde peccatoris. O bonitas! o misericordia! — Jam incipio respirare a metu inter graves hujus Mundi procellas, quia te mecum habeo. Dulcissima hæc tua præsentia timorem mihi abigit, spem erigit, dolorem mitigat, mentisque serenitatem reducit. Beati, qui habitant in cœlesti domo tua, Domine! felices cœlicolæ, qui de procelloso hujus seculi pelago transierunt ad illam immortalitatis regionem, ubi gaudiis affluunt, et torrente voluptatis inundantur. Nos autem miseri mortales, per sævientes tempestuosi maris fluctus navim ægre trahimus, ignari num ad portum æternæ salutis pertingamus. Infelices nos! quorum vita in exilio, navigatio in turbido, peregrinatio in nubilo, salus in periculo, spei anchora in lubrico, et portus est in dubio. Cum metu et tremore salutem meam operari debeo, quia periclitor in æternum perire.

Domine Jesu! adjutor meus esto; ne derelinquas me. « Sicut in mari discipuli ad te confugerunt, teque excitarunt, et per oris tui vocem procella venti cessavit, et tempestas fluctuum facta est tranquilla, ita quoque exaudi preces meas, quæ diu, noctuque suscitant te. » (S. Ephræm.) Tu es unicum Refugium meum in quibuscunque periculis. Et si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Non extimesco pericula, dum mecum est Salvator, nec ipsam metuo mortem, dum mecum habeo Vitam.

Bone Jesu! etsi quandoque nobis obdormisse videaris, omnia tamen circumspicis atque gubernas. Vides enimvero, quibus ventis et undis, quibus procellis ac fluctibus jactetur navicula tua, Ecclesia Catholica. *Fluctus feri maris, despumantes suas confusiones* (Jud. v, 13) violentis ab omni parte ventis exasperati, hanc navim assidue quatiunt. Domine! quid est causæ quod dormientis speciem præteferas? Humiliter adoramus justitiam tuam, fatemur iniquitates nostras; imploramus misericordiam tuam. In gravi hac tempestate, ubi tot animæ periclitantur, exurge, Domine! adjuva nos. Audi clamorem Fidelium ubique vociferantium : *Domine! salva nos, perimus.* Tu solus es nobis spes salutis, et unicum Refugium nostrum. Omnis nostra exhausta est industria. Manus hominum ad opem ferendam comperiuntur inutiles. Virium nostrarum imbecillitatem arguit vis tempestatis. Exurge, Domine! adjuva nos. Ostende te vigilantem, et pelagus furore quiescet. Mare paca, quod nobiscum pugnat. Verbo extingue procellam, quæ nobis minatur exitium. Pacem undis loquere. Miserere discipulorum, qui maris tyrannide premuntur. Mare te loquentem verebitur; subsidebunt fluctus, silebunt venti, cessabit

procella, et fiet tranquillitas magna. Vox tua validissima, præpotens voluntas tua, secundissimus erit ventus, quo adspirante per medios seculi fluctus secure navigabimus ad illum æternæ felicitatis portum, quem madentibus oculis procul conspicimus, et omnibus votis expetimus. Amen.

FERIA II.

Jesus, Assertor Libertatis nostræ.

MEDITATIO.

Dicebat Jesus ad eos, qui crediderunt ei, Judæos : « Si vos « manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis ; « et cognoscetis veritatem, et Veritas liberabit vos. » Responderunt ei : « Semen Abrahæ sumus, et nemini « servivimus unquam : Quomodo tu dicis, Liberi eritis? » Respondit eis Jesus : « Amen, amen dico vobis : Quia « omnis qui facit peccatum, servus est peccati. Servus « autem non manet in domo in æternum : Filius autem « manet in æternum. Si ergo vos Filius liberaverit, vere « liberi eritis. » (Joan. VIII, 31-36.)

1. Quo magis Christus firmaret fidem Judæorum credentium, dixit : *Si manseritis in sermone meo, Veritas liberabit vos ;* id est, liberos vos reddet a servitude Legis Mosaicæ, a servitute peccati, a tyrannide diaboli, a morte æterna. Jesus *Veritas* est, eoque Legis umbras removet, errores dedocet, promissiones adimplet. Quisquis in sermone Domini manet, vera semper ac integerrima libertate gaudet. Hodiedum, multi sunt, qui Judæorum more aliam nesciunt servitutem ac libertatem nisi temporalem seu mundanam. Christus, ut Judæos de falsa libertate sua gloriantes corrigeret, ait : *Omnis, qui facit peccatum, servus est peccati.* Et talis, nisi a Christo liberetur, manet servus peccati, mancipium diaboli, pabulum ignis æterni.

2. « *Si vos Filius liberaverit, vere liberi eritis.* Triplex invenitur libertas in sacra Scriptura. Una est naturæ, altera gratiæ, tertia gloriæ. Prima liberat a necessitate, secunda a peccato, tertia ab omni miseria. Primam contulit creatio, qua conditi sumus immunes ab omni necessitate; nobilis in Deo creatura. In secunda regeneramur per gratiam et baptisma; nova in Christo creatura. In tertia coronabimur ad salutatem; gloriosa in Spiritu creatura. Per primam subjecti sumus Deo lege creationis; per secundam subjecimus nobis carnem lege regenerationis; per tertiam superabimus mortem virtute glorificationis. De hac secunda et tertia liberatione Veritas ait : *Si vos Filius liberaverit, vere liberi eritis.* Quomodo facta est hæc liberatio per Filium : *Semetipsum exinanivit* (Philip. II) *formam servi accipiens* ; et fecit primum gradum humilitatis in carnem, secundum in crucem, tertium in mortem. » (Hildebert.)

3. Humilitate hac admiranda Filius non solum e servitute peccati nos liberavit, sed insuper adoptavit nos in fratres suos, et transtulit nos *a servitute corruptionis* (Rom. VI) *in libertatem gloriæ filiorum Dei*, ut una cum unigenito Filio maneamus *in domo* Patris *in æternum*, et possideamus hereditatem incorruptibilem conservatam in cœlis. Ne ergo timeatis, o filii Dei! *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore* (Ibid.), *sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus : Abba, Pater. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei.*

4. « Joannes ait : *Charissimi! nunc filii Dei sumus* (I. Joan. III), *sed nondum apparuit, quid erimus.* Si subito, nescio cui peregrinanti pupillo, et ignoranti prosapiam suam, sustinenti ærumnas et

egestatem, ac laboribus nimiis onerato diceretur, Filius principis es, pater tuus amplo gaudet patrimonio, reducam te ad patrem, quali gaudio exultaret, si hoc non fallax promissor diceret? Jam ergo venit non fallax Apostolus Joannes, et nobis suggerit : Quid tristes estis? quid vano mœrore vos ipsos consumitis? quid egestatem hujus seculi, quid adhuc servitutem peccati amatis? Habetis utique Patrem, habetis patriam, habetis patrimonium. Quis est iste Pater? *Filii Dei sumus*. Deus est Pater noster. Quare nondum videmus Patrem nostrum? Quia *nondum apparuit, quid erimus*. Quid ergo erimus? *Similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est*. » (S. Aug.)

5. Quo facilius autem in libertate gloriæ filiorum Dei maneamus, et aliquando ad Patrem et ad cœlestis patriæ patrimonium pertingamus, ipsemet unigenitus Dei Filius (*Assertor veræ libertatis nostræ*) sacrosancto Corpore et Sanguine suo pascit animas nostras in hac via peregrinationis. Est equidem inenarrabile hoc divini amoris mysterium; credibile tamen, et minime dubium, ob insignia veterum sanctorum Patrum Testimonia :

Seculo IV. S. Jacobus, Ep. Nisiben., serm. xiv, *de Pasch.*, n. 6, ait : « Judæi in Pascha exierunt e tyrannide servitutis Pharaonis : Et nos in die crucifixionis Domini nostri erepti sumus e captivitate servitutis satanæ. Illi immolaverunt agnum ex grege ovium, et sanguine ejus liberati sunt ab angelo exterminatore; et nos Sanguine Agni.... erepti sumus ab operibus corruptionis.... Datum est eis manna in cibum ; et Dominus noster dedit nobis Carnem suam in escam. »

Sec. V. S. Chrysost., homil. xxiv, *in I. Cor.* x, ait :

« Corpus universorum Dei immaculatum,... cum ipsum videris propositum, tibi ipsi dic : Propter hoc Corpus non sum ultra captivus, sed liber; ideo cœlos spero et bona illic reposita me accepturum esse. »

Sec. VI. S. Cæsarius, Ep. Arelat., homil. vii, *de Pascha*, ait : « Sicut quicunque ad fidem veniens, ante verba baptismi adhuc in vinculo est veteris debiti, his vero commemoratis mox exuitur omni fæce peccati ; ita quando benedicendæ verbis cœlestibus creaturæ sacris altaribus imponuntur, antequam invocatione sancti nominis consecrentur, substantia illic est panis et vini ; post verba autem Christi, Corpus et Sanguis Christi. Quid autem mirum est, si ea, quæ verbo potuit creare, possit verbo creata convertere? »

Sec. VII. S. Eligius, Ep. Noviom., in homil. viii, *de cœna Dom.*, ait : « Solus Jesus est (Psal. 87.) inter mortuos liber ; per quem nos a peccati servitio, veraci jam Libertati, solvimur, quia ei, qui vere liber est, per Corporis et Sanguinis ejus acceptionem unimur. »

Sec. VIII. S. Joan. Damascen., lib. iv, *de fide orthod.*, c. 13, ait : « Quemadmodum naturaliter panis per cibum, vinum et aqua per potum, in comedentis ac bibentis corpus et sanguinem immutantur, sic propositionis panis ac vinum et aqua, per Sancti Spiritus invocationem et adventum, mirabili modo in Christi Corpus et Sanguinem vertuntur; nec sunt duo, sed unum et idem. »

Sec. XII. Honorius Presb. Augustod., l. iii, *de antiquo ritu Miss.*, c. 44, ait : « Filii Israel longo tempore in Ægypto sub Pharaone servierunt, sed per Moysen liberati, eremum transierunt ; pastum de cœlo, potum de terra habuerunt, et sic ad terram lacte et melle manantem pervenerunt. Ita et nos longo tempore sub diabolo servivimus;

Christum liberati sumus. Et ideo.. ad paradisum lebemus, ut Corpore Christi pasti, et Sanguine ati, ad terram lac et mel fluentem, scilicet regio- vorum, perveniamus. »

PRECES ANTE MISSAM.

riamur, o Pater omnipotens, *in spe gloriæ um* tuorum; ideoque filiali cum fiducia ingre- ar templum tuum, altaris sacrificium oblaturi. enim accepimus spiritum servitutis iterum in re, sed (intercedente Verbo tuo incarnato) pimus Spiritum adoptionis filiorum, in quo namus : *Abba, Pater*. En omni quo valemus morum demissione, laudamus et adoramus te, mentissime Pater! tibique hoc sacrificium offe- aus in condignum Latriæ cultum; nec non in atiarum actionem pro benignitate tua, qua ipsum igenitum tuum misisti nobis Redemptorem, et *sertorem libertatis nostræ*. Grates tibi debitas re- rimus, quoniam donasti nobis Filium tuum, qui rmam servi accipiens et in cruce moriens, non ntum a durissima peccati servitute nos liberavit, d in optatissimam quoque libertatem gloriæ liorum tuorum vindicavit.

Pater amantissime! per merita hujus Hostiæ ropitiatoriæ nobis ignosce, quod immemores tanti eneficii, voluntarie peccando rursum facti sumus rvi peccati. Ne memineris iniquitatum nostra- m antiquarum; cito anticipent nos misericordiæ iæ, et propitius esto peccatis nostris propter no- en tuum. *Neque enim in justificationibus nostris osternimus preces ante faciem tuam, sed in misera- onibus tuis multis*. (Dan. IX.). — Abba, Pater! ad- va nos filios tuos fragiles, ut ope misericordiæ iæ adjuti, et a peccato simus semper liberi, et

cor, Domine Jesu Christe! ut indigno n
doti tuo indulgeas, quod altaris sacı
Angelis tremendum et adorandum, scele
consecrare, et profanis manibus audeo
Sed dum accedo per me, fateor, Domine
de te. Memor enim miseriarum mearun
ricordiarum tuarum quæ a seculo sunt
Domine! ut sacrosanctum hoc sacrificiı
mihi ad judicium, neque ad condemnati
potius ad liberationem iniquitatum et au
mearum et ad perennem animæ meæ
Idipsum, Domine Jesu, supplicans rej
elata (ut ipse conspicis) præsumptione,
et pavida submissione, quod miser et
ego peccator, Carnis tuæ sanctæ et pre
guinis tui sacramentum immundis manil
crare audeo. Supplex oro te, Domine! m
meum benigne respice, et misero mih
tuo miserere. Sacrificantem purifica, et s

esentem in fœtido corde meo. O Ens æternum et mensum! ecce, trepidat ante faciem tuam vilis-ıus terræ vermiculus. Suprema quidem majes-ı tua terret me; at dum mecum considero te sericordissimum esse *libertatis nostræ Asserto-*ı, e timore me colligo, novamque concipio em. Innumera mihi jam dedisti beneficia, ceu lidem manifesta benevolentiæ tuæ indicia. Cum sem servus peccati, per gratiam tuam liberasti ı; cum essem mancipium diaboli, fecisti me um Dei; cum præ multitudine delictorum meo-m non auderem oculos ad cœlum elevare, cle-ınter erexisti me, ac consolatus es me. Cum ser et pauperculus essem, invitasti me, ut come-rem de sacra mensa tua omnibus diebus vitæ æ. O mirabile dilectionis ac munificentiæ prodi-ım! —

Grates tibi, Domine Jesu! qui mihi, ad cœles-m patriam peregrinanti, jam iterum dedisti ınem vitæ æternæ. Grates tibi pro illa misericor-a tua, qua servi formam indutus, vitam in cruce ısuisti, ut nos filios hominum o servitute peccati ansferres *in Libertatem gloriæ filiorum Dei*. Nolo itur recipere tyrannicum diabolicæ servitutis gum; nolo ambulare difficiles peccatorum vias, quibus contritio et infelicitas. *Juravi, et statui, stodire judicia justitiæ tuæ*. Volo deinceps omnia ıl minima vitare peccata, tibique constanter lhærere. Nunquam mihi bene fuit sine te; tecum ınquam male. Sed quid prodest mihi, Domine, lia velle, nisi tu dederis et posse et perficere? omo frustra proponit, quem tua gratia non dis-ınit. Tibi quam mihi notior est imbecillitas mea. ne te nihil boni possum facere; mihique relictus, hil possum, nisi peccare. « Adjutor esto mihi, ɔminator universorum, Jesu Christe! imbecillita-

Obsecro te, miserator Domine! conf
meosque confratres infirmos, ut sempe
maneamus, et quod bonum est, bene pe
Pone nobis ob oculos et virtutis pulchritu
peccati fœditatem, ut, qui sat diu degi
amarissimam diabolicæ servitutis amar
dulcissimam deinceps dulcedinem Libert
rum Dei sentiamus, *et ultra non serviamu*
« Domine Jesu! qui divinitatis tuæ infin
stantiam, ad infimam mortalis servi co
depressisti, ne universa humani generis
funditus interiret; Domine! qui Mortis
quam satis laudando beneficio, nos da
peccati servituti mancipatos, in libertat
ruisti; miserere populo tuo, qui maxim
tione tuam opem implorat. Sic porro fie
Patrique tuo, ac Spiritui Sancto, laud
immortales. Amen. » (Idem.)

FERIA III.

ıs in Judæos acriter invectus.

MEDITATIO.

d Judæos : « Scio, quia filii Abrahæ estis ; sed me interficere, quia sermo meus non capit . Ego, quod vidi apud Patrem meum, loquor, quæ vidistis apud Patrem vestrum, facitis. » unt, et dixerunt ei : « Pater noster Abraham ixit eis Jesus : « Si filii Abrahæ estis, opera facite. Nunc autem quæritis me interficere, m, qui veritatem vobis locutus sum, quam ı Deo ; hoc Abraham non fecit. Vos facitis ıtris vestri. » (Joan. VIII, 37—45.)

quidem erant *fitii Abrahæ* secundum t omnino degenerabant a fide atque ·ahæ, ita ut Christo necem machina- i, ut se Deum omniscium ostenderet, ;it : *Quæritis me interficere, quia sermo tpit in vobis.* « Est enim sermo Dei fide- pisci hamus : tunc capit, quando capi- injuria illis qui capiuntur ; ad salutem ı ad perniciem capiuntur. » (S. Aug.) — ı *quæritis me interficere, Hominem, etc.* ne non dico Filium Dei, sed hoc dico, is : quia quod videtis, potestis interfi- em non videtis, offendere. » (Origenes.) unt ei Judæi : *Unum Patrem habemus* t ergo eis Jesus : *Si Deus Pater vester ·etis utique me : ego enim ex Deo processi, ue enim a meipso veni, sed ille me misit. lam meam non cognoscitis? quia non potes- sermonem meum.* — Moderni novorum ; errorum idem dicunt, quod olim Judæi : *em habemus Deum.* Sed si Deus Pater ɔt, diligerent Filium Patri coæqualem ;

enutrivi, et exaltavi; ipsi autem spreverun
clamat Propheta, *Audite cœli et terra,*
quod Judæi audire contempserint. Infeli
qui Deum Patrem, a quo sunt enutriti, s
tanti honoris immemores, tantæ dignita
Quid beatius, quam si Deus paterno hon
tur homines attendere? *Filios enutrivi :*
de hominibus dixisse, quam dulce! Tal
offendere ac spernere, quam turpe! » (S

3. Christus porro dixit ad Judæos : *V*
diabolo estis (non nascendo, sed imitan
deria patris vestri vultis facere. Quid des
bolus, nisi spargere mendacia et perdere
Ille homicida erat ab initio mundi, dum p
tum nostrorum animas enecavit; nec
desinit animas occidere, quotquot nemp
ejus suasionibus cedunt. *Et in veritate*
quia non est veritas in eo. Nihilominus p

nsidera, Sacerdos, beatam sortem tuam, ;ratum et præsta pro gratia Vocationis, pro ıbili dono veræ Fidei, in qua natus ac edus. Christiani Romano-catholici, non ex ıbolo, sed (o singulare beneficium!) *ex Deo* !: omnes unum ac eumdem Patrem habent Patrem vere munificum, qui filios suos ›s nutrit sacratissimo Corpore et Sanguine ı incarnati. Quid dulcius? quid salutarius? Sacerdos, stabili fide atque fiducia men-:ris optimi, qui proprio Filio suo non pe-ıed pro te semel tradidit illum in ara crucis um, et tibi multoties tradit manducandum. ɜ veritate Corporis et Sanguinis eucharis-ınem nobis dubitationem tollit autoritas nis ecclesiasticæ :

VII. S. Gregor. Magn., lib. xxii, c. 13, *in Job.*, : « Si non dixerunt viri tabernaculi mei, Quis rnibus ejus, ut saturemur? Quæ nimirum sen-test per mysterium ex voce Redemptoris intel-quippe ejus tabernaculi de carnibus illius satu-ɜrunt, vel Judæi scilicet persequentes, vel Gen-entes; quia et illi moliti sunt Corpus illius quasi ıdo extinguere; et isti esurientem mentem suam ıt per quotidianum immolationis sacrificium de ıibus satiari.

VII. S. Germanus, Ep. CPolit., *Contempl. rerum* t : « Sacerdos Deum ingenitum, sacro ritu ap-ıum scilicet ac Patrem.... Rursumque obsecrat, rium Filii sui perficiat; fiatque, hoc est, trans-.pse panis ac vinum in Christi ac Dei Corpus et m. »

V. Alcuinus vel Albinus, *lib. de divinis Offic.*,

c. 46, *de Missa*, exponens illa Canonis verba, *Quam oblationem tu Deus in omnibus... ratam, rationabilem... facere digneris*, ait : « Panis per se irrationabilis est; sed orat Sacerdos, ut ille ab omnipotente Deo consecratus, rationabilis fiat, transeundo in Corpus Filii sui. »

Sec. X. Atto II, Ep. Vercellens., *in exposit. Epist.* I, *Cor.* 11, ait : « Sacerdos, dans mysterium,... dicit : Accipe Corpus; proficiat tibi in vitam æternam, ut ille audiens, Corpus, tremiscat, et cum reverentia percipiat. »

Sec. XI. Durand., Ep. Troarn., *lib. de Corp. et Sang. D., part.* III, hæc habet : « Dominus suis ait discipulis : Caro mea vere est cibus, et Sanguis meus vere est potus. Quid lucidius? quid expressius? Ecce ipsa Veritas de se testatur, cui adhuc novitia hæresis impudenter renititur, cassamque similitudinis ac figuræ nubem improbe consectatur. »

Sec. XII. Goffrid. Cardinal., *tract. de Corp. et Sang. D.*, ait : « Firmiter credamus, et nullatenus dubitemus, quia, quod in altari post Consecrationem a christiana religione sumitur, nihil aliud habet, præter quod ipsa Veritas per se profitetur : *Accipite*, inquit, *Hoc est Corpus meum*, et de quo suo Corpore diceretur, per semetipsum exposuit, dicens, *Quod pro vobis tradetur*. Si quis autem aliam carnem præter istam habuisse Dominum Jesum credit, desipit. »

PRECES ANTE MISSAM.

Magne Deus! clementissime Pater! qui Judæorum gentem ingratam abjecisti et sprevisti, qui spreverunt Filium tuum in terram missum : Pater! qui talem dedisti nobis extraneis charitatem, ut filii tui nominemur et simus; en ego Sacerdos indignus accedo ad offerendum tibi dilectum Filium

Paulo post in manus meas veniet Verbum
ıcarnatum. O mysterium, a peccatore tre-
da manu tractandum! — Ah, Pater! peccavi
ım et coram te; jam non sum dignus vocari
ıus, multo minus contingere atque suscipere
ı Unigeniti tui. Quanta est tua in me benefi-
! Utinam saltem in posterum ardentius dili-
te Patrem meum optimum! Utinam omnia
mundi regna mecum collaudarent et magni-
t te, sanctumque altaris sacrificium hodie
ı offerrent! Sed, quia sunt homines innu-
ıel extra Ecclesiam erroribus Judaismi aut
smi aut hæreseos involuti, vel intra Eccle-
efandis delictorum sordibus sepulti, qui nec
nec factis te glorificant; in supplementum
n omnium admitte, Pater adorande, hoc sa-
ım laudis, immolandum ab Unigenito tuo,
primarius Offerens, seipsum in holocaustum
excellentissimum tibi sistit. Idem Filius
mnium vice te laudet ac glorificet. Ipse om-
ıice gratias tibi agat pro beneficiis Ecclesiæ
ısis; simulque per infinita Passionis suæ
satisfaciat pro peccatis nostris, quibus te
ı adeo bonum offendimus. Ipse tandem om-
ıice tibi supplicando, impetret nobis neces-
ıalutis remedia, et lumen gratiæ, ne decipia-
diabolo, patre mendaciorum, sed ut æternæ
ı firmiter adhæreamus. Auge nobis fidem,
et præcipue charitatem. Inflamma nos
fraternitatis, ut, qui unum te habemus
ı, etiam cor unum et animam unam habea-
ac fratrum more nos invicem diligamus.
amantissime! clementer intuere calamitates
m, pericula debilium, tribulationes populo-
gemitus captivorum, miserias pupillorum,
ta viduarum, pressuras innocentium, neces-

sitates itinerantium, lacrymas pauperum, labores sospitum, dolores ægrotantium, angustias morientium, suspiria animarum in Purgatorio pœnas luentium. Memento, etc.

PRECES POST MISSAM.

Talis ac tanta est tua erga me bonitas, amabilissime Jesu, ut eam intellectu meo comprehendere haud valeam. Ad pedes tuos provolutus, omni qua decet reverentia, adoro te unigenitum Dei Filium, præsentem in medio cordis mei. O beatus ego! possideo Deum immensæ misericordiæ. Quid ergo metuam in hoc momento, dum teipsum Salvatorem meum in præcordiis habeo? *Non timebo mala, quoniam tu mecum es,* Summum Bonum, a quo sunt omnia alia bona. Pro dulci hac æternæ vitæ alimonia, qua denuo recreasti animam meam, et pro ceteris beneficiis tuis, tota cordis contentione debitas tibi grates habeo. Scio, Domine! me tibi obligatissimum et omni ex parte obstrictum esse; sed nescio, nec valeo tantas tibi referre grates, quantas cupio et debeo. Quapropter universas invoco creaturas, ut mecum et pro me Bonitatem tuam laudent atque magnificent. In signum gratæ voluntatis meæ, tibi meipsum totum trado et dedico, unacum ardenti desiderio et firmo proposito deinceps alacrius tibi serviendi. Suscipe hoc qualecunque munusculum meum, infinita quidem majestate tua indignum, sed ex mille titulis tibi debitum.

Libera me, Domine Jesu, ab illo ingrati animi vitio, quod olim in Judæis tam acriter reprehendisti et tam severe castigasti. Tutum me præsta ab insidiis diaboli, patris mendaciorum, ne unquam malignis ejus suasionibus cedam. Fac, ut inseparabiliter adhæream tibi, qui redemisti me, Domine

ɛ veritatis. Omnibus etiam famulis tuis (con-
·ibus meis) largire gratiam tuam, ut talem
ıt vitam, sicut decet filios Dei. Ad frugem
ɔca peccatores; illumina hæreticos atque pa-
ɔs, ut suavissimo Ecclesiæ jugo cervices sub-
ant. Consolare mæstos, variisque calamitati-
pressos erige. Auxiliare omnibus curæ meæ
missis, amicis, notis, et benefactoribus meis.
ɔitius esto inimicis meis, qui me læserunt ac
.ristaverunt. Quo citius autem me pro confra-
ıs meis orantem exaudias, appello investiga-
ın miserationum tuarum abyssum; appello
ssimum illud crucis lignum, ex quo propter
pendens, inclinato capite emisisti spiritum.
ıdi me precantem pro fratribus meis, quos
ıes sincere diligo. Omnes *unum Patrem habe-*
Deum; ad unum omnes id unice desideramus,
aliquando mereamur omnes in cœlo unum
m Patrem immensæ majestatis, et te veneran-
ı ejus verum, et unicum Filium, Sanctum
que Paracletum Spiritum, laudare et glorificare.
ɔn.

FERIA IV.

Jesus Lazarum nuncupans amicum.

MEDITATIO.

quidam languens, Lazarus a Bethania, de castello
ariæ et Marthæ sororum ejus. Miserunt ergo sorores
ıs ad Jesum, dicentes : « Domine, ecce quem amas,
firmatur. » Audiens autem Jesus dixit eis : « Infirmi-
tas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glo-
rificetur Filius Dei per eam, etc. » (Joan. XI, 1—16.)

. « Multi, cum aliquem bonum et Deo accep-
, mali aliquid ut morbum vel paupertatem aut

hujusmodi perpeti vident, perturbantur ignari, hoc maxime Dei amicis contingere rus enim et amicus Christo et ægrotus erat mittentibus intelligitur : *Ecce, quem amas, i tur*. Et quid evangelista verbis illis sig intendit, *Diligebat Jesus Martham, et sorore et Lazarum?* Nempe nunquam ægre ferend boni viri et amici Dei aliquo morbo labo (S. Chrysost.)

2. Ut ergo audivit Jesus, quia Lazarus i batur, tunc quidem mansit in eodem loco diebus. Deinde post hæc dixit discipulis *Eamus in Judæam iterum*. Dicunt ei disc *Rabbi! nunc quærebant te Judæi lapidare, et vadis illuc?* Respondit Jesus : *Nonne duodec horæ diei?* (Nonne certum et definitum est mortis meæ?) *Si quis ambulaverit in die* (sic niscius Dei Filius) *non offendit* (non pote constitutum Passionis tempus interfici), *qui hujus Mundi* (impiorum insidias et machina *videt : si quis autem ambulaverit in nocte* (sicut catus Judæorum populus), *offendit*, consilio et spe frustratur, *quia lux* (divinæ sapienti *est in eo*.

3. Post hæc dixit eis : *Lazarus amicus dormit; sed vado, ut a somno excitem eum*. Di ergo discipuli ejus : *Domine! si dormit, salv* Dixerat autem de morte ejus : illi autem runt, quia de dormitione somni diceret. Tu Jesus dixit eis manifeste : *Lazarus mortuus gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non e sed eamus ad eum*. « Si gaudere se dicit D propter discipulos de Lazari morte, quid es postea ad ejus sepulcrum flevisse refertu advertamus rationem gaudii et lacrymarun

Dominus propter discipulos, flebat propter
s. Propter discipulos gaudebat, quia per re-
tionem Lazari confirmari debebat fides ipso-
Propter Judæorum flebat incredulitatem,
ec resurgente Lazaro erant crediturí. *Ut cre-*
quoniam non eram ibi. Quomodo non erat
Cum manifeste dicat, *Lazarus mortuus est,*
ntem se ibi fuisse ostendit; neque enim hoc
potuisset nemine sibi nuntiante, nisi præ-
uisset. Illic nempe non erat Dominus secun-
carnem, sed secundum Divinitatem suam,
eus ubique est. » (S. Aug.)

esus Lazarum nuncupavit Amicum, dicens
ostolos : *Lazarus amicus noster dormit.* Quodsi
in vera Christi amicitia et familiaritate sem-
anere cupimus, credamus in Christum, spe-
in Christo, diligamus Christum. *Credidit*
im Deo (Jac. II, 23.) *et reputatum est illi ad*
m, et Amicus Dei appellatus est. Sine fide
impossibile est placere Deo. — Spem nos-
onamus in Christo, *Amico* nostro fidelissimo,
ios non deserit, etiamsi ad tempus ab illis
sisse videatur. Divina ejus Providentia dis-
omnia suaviter. — Diligamus Jesum, *Amicum*
m familiarissimum, qui tanto nos amplexus
iore, ut pro nobis in crucis patibulo mortuus
Cum Jesus rediret in Judæam, ubi eum
ante Judæi lapidare volebant, dixit Thomas
ndiscipulos : *Eamus et nos, ut moriamur cum*
forsitan Ecclesiæ hostes extrema nobis mi-
ur supplicia, impavide dicamus ad invicem :
et nos, ut moriamur cum Jesu, cum optimo
nostro. Talem ubique meretur a nobis amo-
Dominus Jesus, qui Amicos suos fideles (o
tabile charitatis et benevolentiæ mysterium!)

objiciunt : *Si Christus realiter adest in altari*
quomodo simul id esse potest commemorati
Resp. Noverat Dominus, quam cito homines
vina beneficia sibi e memoria dilabi patiantu
voluit, ut istud frequentetur sacrificium in su
morationem. Christum in hoc mysterio præs
videmus oculis corporis; ideo, licet ibi rea
Jesus, *Amicus noster*, facile tamen ejus obl
Nonne Deus ubivis locorum essentialiter pr
Plerique tamen homines sæpius obliviscuntu
David ipse, qui (Psal. 138), dixit ad Deum : *Si*
in cœlum, tu illic es ; si descendero in infernum,
nihilominus (Psal. 76), ait : *Memor fui Dei, et*
sum. Igitur Christus, in hoc sacramento quider
at oculorum nostrorum obtutum effugiens, vu
faciamus in memoriam Passionis ac Mortis su

Sec. XII. Hildebert. Ep. Turon., lib. *d*

adspexerit, si illum toto animo dilexerit. Similiter et nos, quotiescunque accedimus ad consecrandum vel percipiendum sacramentum Muneris æterni, quod nobis Dominus in memoriam sui dimisit tenendum, cum timore et compunctione cordis, omnique reverentia debemus accedere, recolentes quanto amore dilexit nos, qui pro nobis seipsum obtulit, ut nos redimeret. »

Sec. XIII. Urban. IV, Papa, (Labbe., t. XI, p. 818)., *epist. ad omnes Prælat.*, ait : « In institutione hujus sacramenti dixit Christus Apostolis : Hoc facite in meam commemorationem, ut præcipuum et insigne Memoriale sui amoris eximii, quo nos dilexit, esset vobis præcelsum et venerabile sacramentum ; Memoriale, inquam, mirabile ac stupendum, delectabile, suave, ac super omnia pretiosum, .. in quo habetur omne delectamentum, et omnis saporis suavitas, ipsaque dulcedo Domini degustatur. »

Sec. XIV. Gerard. Zutfan., l. ii, *de spirit. ascens*, c. 31, ait : « Christus, qui suos semper dilexerat, usque in finem dilexit eos. Siquidem transiturus ex hoc mundo, cœnam fecit magnam, plenam mysteriis.... In qua cœna multa mirabilia fecit, imo mirabilium omnium suorum quoddam Memoriale instituit, dans Escam timentibus se in memoriam mirabilium suorum. Hanc ultimam nobis memoriam reliquit, quemadmodum si quis peregre proficiscens aliquod pignus ei, quem diligit, relinquat, ut, quotiescunque viderit, possit ejus amicitiam commemorari, quem si ille perfecte dilexit, sine ingenti desiderio vel fletu illud videre non potest. Ideoque Salvator hoc tradidit sacramentum, ut semper commemoremur quia pro nobis mortuus est. Hoc igitur, cum accipimus, commemoremur quia Corpus et Sanguis Christi est. »

Sec. XV. Bessario, Cardinal., *Tract. de sacram. Eu*

char., ait : « Doctor gentium... tradidit modum consecrationis divini Corporis et Sanguinis.... Accipere scilicet panem, gratias agere, frangere, et dicere : Accipite et manducate, Hoc est Corpus meum ; et hoc modo conficere sacramentum. Quid horum consecrat divinissimum illud munus? Profecto non acceptio panis : hoc enim subjectum est consecrationis, quod in Corpus Domini transsubstantiari oportet : non gratiarum actio, non fractio. . . . . Superest igitur, ut verba ista sint, quæ consecrent : Hoc est Corpus meum, et, Hic est Sanguis meus. »

PRECES ANTE MISSAM.

Omnipotens æterne Deus, Pater D. N. J. C., indignus ego Sacerdos tuus offero tibi hoc Missæ sacrificium, ad laudem et gloriam adorandæ majestatis tuæ ; in signum nostræ dependentiæ a te, simulque in gratiarum actionem pro beneficiis tuis, quibus et me, et totam cumulasti Ecclesiam ; speciatim vero pro illo amore stupendo, quo unigenitus Filius tuus nobis, in amicorum suorum numero positis, sacrosanctum altaris mysterium, velut insigne dilectionis suæ Memoriale, munusque vere pretiosum, relinquere dignatus est. Offero tibi, Sancte Pater, augustissimum hoc sacrificium, in commemorationem acerbissimæ Passionis ac Mortis, quam idem Unigenitus tuus pro nobis amicis suis sponte subiit ; nec non in plenam satisfactionem culparum nostrarum, maxime teporis illius probrosi, in quo tamdiu jacuimus. Offero tibi, Pater, incruentam hanc Victimam pro impetranda gratia efficacissima, ut tandem ex indigno languore nostro surgentes, alacrius posthac tibi serviamus, et amore perfecto tecum uniti, tam in prosperis *quam* in adversis, mandata tua faciamus. Accende,

Pater, algentes animos nostros, ut Filii tui, Amici nostri charitatem charitate compensemus reciproca. Memento NN.

AD CHRISTUM.

Domine Jesu! *Amice* dilectissime! summo jam desiderio ad illam propero mensam, quam parasti nobis, languentibus amicis tuis, ut accipientes hoc charitatis tuæ pignus pretiosum, non tantum reminiscamur amarissimæ Passionis ac mortis tuæ, sed vires etiam exinde hauriamus ad pergendam justitiæ viam. Indignus equidem ego sum tali munere. Attamen nescio, quo confugiam in angustiis meis, nisi ad te benignissime Salvator, Amice misericors! qui dixisti : Non est opus valentibus Medicus, sed male habentibus. *Ecce, quem amas, infirmatur*. Quem amas, in eumdem sæpe recidit languorem. Bone Jesu! num derelinques animam meam, cujus pro salute posuisti vitam tuam? Neutiquam, o Amice divine! non despero, quandiu Pharmacum immortalitatis ad manus habeo. Confidenter itaque festino ad aram, enixe petens opem tuam, ut Missæ sacrificium, præcipuum hoc amoris tui Memoriale, debita devotione celebrare valeam. Amen.

PRECES POST MISSAM.

Amice suavissime, Jesu Christe! pronus adoro te præsentem in corde meo. Millies benedicta sit hæc optatissima præsentia tua, qua me ceu familiarem tuum denuo lætificas. Video tuam in me charitatem et benevolentiam. Si de præteritis vitæ meæ annis recogito, ubique mirandas tuæ erga me dilectionis et divinæ Providentiæ dispositiones animadverto. Nullatenus dubito, bone Jesu! quin etiam in posterum mihi semper adfuturus sis. Ideo

nunc cum omni fiducia conjicio me in bra
ibique vivere et mori cupio. — Lazarum,
tuum, infirmari, quin et mori permisisti p
tua. Nunquam igitur despondebo animum
mitates meas. In omni eventu laudabo m
videntiæ tuæ vias, quia viæ tuæ, *viæ pulch*
optimo Amico meo, totum me trado : di
me, quo tibi cunque modo placuerit. Par
offero ad acceptandum de manu tua qui
hac vita mihi acciderit, sive prosperum ill
sive adversum. Quocirca, si vis me diutiu
grate accipio ; si vis me propediem m
recuso. Si vis me sanum esse, accepto sa
si infirmum, infirmitatem. Si vis me ab al
rari, placet honor; si contemni vel inl
minime abhorreo a quibuslibet opprob
Amice delectabilis, ut habeam consolati
istam volo : si vero desolationem, hau
reor, sed tibi gratias ago. Totus tuus e
dero, amantissime Jesu ! Ideo non vol
oculos nisi ad videndum te, non aures r
diendum te, non linguam nisi ad loqu
te; nec cor nisi ad diligendum te, nec
riam nisi ad cogitandum de te, nec i
nisi ad cognoscendum te, neque mar
laborandum pro te, neque pedes nisi
dum pro te, neque vitam nisi ad mori
te. — Hæc modo voluntas mea, hæc
proposita mea. Sed, heu ! voluntas hu
parum sibi constat ! Ideoque tuum imp
rium. Fac ut nunquam hac illac fl
æqualem semper animi firmitatem in
neam, et tibi Amico meo constante
Ecce, quem amas, infirmatur; quem a
ad Ecclesiam, ad Sacerdotium, ad Co
admisisti, *infirmatur*, et multis anin

iis. Plura non dico, amas enim infirmum
tuum, Domine omnipotens! Qui vivis, etc.

FERIA V.

, Fidelium Resurrectio et Vita.

MEDITATIO.

in Bethaniam, et invenit Lazarum quatuor
in monumento habentem. Multi autem ex Ju-
erant ad Martham et Mariam, ut consolarentur
atre suo. Martha ergo, ut audivit, quia Jesus
currit illi; Maria autem domi sedebat. Dixit
tha ad Jesum : « Domine, si fuisses hic, frater
non fuisset mortuus; sed et nunc scio, quia
ıque poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit
ıs : Resurget frater tuus. Dicit ei Martha : Scio,
surget in resurrectione in novissimo die, etc. »
, 17—27.)

agata semper in veteri et novo Testa-
t doctrina de resurrectione mortuorum,
lerni negant increduli. In novissimo die
surgent homines, qui fuerunt, sunt, et
dormiunt in terræ pulvere (Dan. XII), *evi-*
ılii in vitam æternam, et alii in opprobrium,
semper. — In momento (I. Cor. XV) *in*
in novissima tuba; canet enim tuba, et mor-
nt. — Omnes enim nos (II. Cor. V) *mani-*
rtet ante tribunal Christi, ut referat unus-
opria corporis, prout gessit, sive bonum,
!.

. Jesus ad Martham : *Ego sum Resurrectio*
ıi credit in me, etiamsi mortuus fuerit vivet,
qui vivit, et credit in me, non morietur in
Credis hoc? Ait illi : *Utique, Domine! ego*

crēdidi, quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti. — « Plane fructus ac præmium fidei in Christum, vita æterna est; Quanquam enim omnes resurgemus, hæc tamen una vera vita est, ut immortali beatitudine vivamus. Nihil enim a morte differt, ad hoc solum resurgere, ut tormentis excrucieris. Dum ait Salvator, *Etiamsi mortuus fuerit, vivet,* non sustulit præsentis ævi mortem; sed eatenus vigere illam erga fideles sinit, quatenus solum accidat : idoneo namque tempori munus resurrectionis servavit. Ait itaque, Qui credit in me, non erit quidem a morte carnis immunis : verumtamen nihil inde gravius patietur, sed in futuro seculo immortalem vitam in beatitudine ac perfecta incorruptione habebit. Quare nemo infidelium videat. Non enim dixit Christus fore ut deinceps mortem non videat : sed cum absolute dixerit; *Non morietur in æternum,* de futuro seculo dixit, reservans in illud promissionis finem. » (S. Cyrill. Alex.)

3. Jesus, *Fidelium Resurrectio et Vita,* non fallit nec fallitur, dum Credentibus æternam atque beatam promisit vitam. Quam dulce solatium pro Christianis super terram peregrinantibus! Eccur temporariam mortem metuant, quibus vita promittitur æterna? *Qui habet Filium* (I. Joan. IV. 12) *habet vitam : qui non habet Filium, vitam non habet.* — En, Sacerdos! habebis hodie in manibus et præcordiis tuis Dei Filium; adeoque et *Vitam.* O donum vere magnum! o beneficium inæstimabile! quod ut accipias utiliter, statue tecum meliorem posthac vitæ rationem inire. ***Muta vitam,*** (monet S. Aug.) ***muta vitam, si vis accipere Vitam : si non mutas vitam, ad Judicium accipis Vitam.*** Jesus, Filius Dei, *Fidelium resurrectio et Vita,* in eucharistiæ sa-

mento personaliter adest. *Credis hoc?* Utique dis, et quidem firmissime. Ne autem hæc fides frivolis Sophistarum argutiis aut pessimis indulorum exemplis imminui possit, aperta hæc tiquorum Ecclesiæ Patrum testimonia diligenter perpende :

Seculo V. S. Cyrill. Alexandr., lib IV, *Commentar., in illa Joan.* VI, *verba : Qui manducat meam Carnem habet vitam æternam, et ego ressuscitabo eum in novissimo die,* ait : « Qui manducat sanctam Carnem, habet vitam æternam ; habet enim Caro in seipsa Verbum, quod Vita est secundum naturam. Idcirco namque ait : Ego resuscitabo eum in novissimo die : ego in eo existens per meam scilicet Carnem, resuscitabo eum, qui manducat, in novissimo die. Fieri enim non potest, ut, qui secundum naturam Vita est, corruptionem non superet ac vincat mortem. Proinde, licet mors, quæ per prævaricationem nos invasit, humanum corpus corruptionis necessitati subjiciat ; tamen, quia Christus per suam Carnem in nobis est, resurgemus. Incredibile enim est, imo vero impossibile, ut Vita eos, in quibus fuerit, non vivificet. »

Sec. VIII. Beda Venerab., *exposit super I. Cor.* 10, ait : « Quando Christus manducatur, Vita manducatur. Quando manducatur, reficit, sed non deficit.... Nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit ; sed norunt fideles quemadmodum manducent Carnem Christi. »

Sec. IX. Hincmarus, Ep. Rhemens., *in epist. ad Hincmarum Ep. Laudun,* ait : « De Corpore et Sanguine suo, in quibus salus animarum et corporum nostrorum consistit, Dominus dicit : Qui manducat meam Carnem, et bibit meum Sanguinem, habet vitam æternam, et ego resuscitabo eum in novissimo die. Quæ resuscitatio dis-

creta erit ab eorum resuscitatione, qui non manducant Carnem Filii hominis, et non bibunt ejus Sanguinem; ac per hoc non habebunt vitam. »

Sec. XII. Hugo, Ep. Rothmag., lib. I, *dogmatum christianæ fidei*, c. 14, ait : « In omni Missa, quam facimus, Agnum qui semper vivit,... et immolando sumimus, et sumptum non consumimus. Ego sum, inquit, Panis vitæ... Ego sum Panis vivus.... Patres vestri manducaverunt in deserto manna, et mortui sunt. Patres mali, patres increduli, et corpore et anima pariter mortui. Non erat eis remedium contra mortem manna comestum. Vera enim et sola contra mortem medicina est, qui ait : Ego sum Resurrectio et Vita : qui manducat meam Carnem, et bibit meum Sanguinem, habet vitam æternam. »

PRECES ANTE MISSAM.

Exaudi, Domine sancte, Pater omnipotens, supplicationes Fidelium; mundamque hanc Oblationem, quæ de sacrificio crucis infinitam promerendi vim participat, benignus assume, in contestationem nostræ subjectionis in supremum tuum Dominatum, nec non in gratiarum actionem pro omnibus beneficiis tuis, præsertim vero pro singulari tua bonitate, qua nos, in sinu Ecclesiæ Catholicæ constitutos, ex omni periculo hæreseos hactenus eripuisti. Dolentes fatemur, ingrate nos egisse pro tam eximio fidei dono; et in satisfactionem culparum nostrarum offerimus tibi, Pater, hanc Hostiam placationis, demisse supplicantes, ut eam clementer acceptes, tuamque nobis gratiam concedas ad emendandos mores nostros. Fac, ut sobrie et juste et pie vivamus in hoc seculo, quo certius in altero nobis obveniat gloriosa Resurrectio et Vita æterna. Mi-

serere tot hominum, qui nondum credunt in Filium tuum, quem misisti in hunc mundum. Ad Ecclesiæ gremium eos reducito, qui a fide Christo data defecerunt, et in omnia sese flagitia ingurgitarunt. Illumina cœcorum mentes, qui mortuorum Resurrectionem et animarum immortalitatem credere nolunt. Da nobis omnibus, ut in novissimo die resurgamus ad gloriam et vitam æternam. Memento, etc.

AD CHRISTUM.

O Jesu, Fili Dei! qui in hunc mundum venisti, ut Credentes in te, vivant per te; ingenti nunc desiderio flagrans, accedo ad sacram mensam tuam, sumpturus ibi Pabulum vitæ æternæ ac Calicem salutis perpetuæ. Ad divinum hoc mysterium avidissime propero, ut tecum intime conjungar, o bone Deus, qui es *Fidelium Resurrectio et Vita.* « Domine Deus meus! præveni servum tuum in benedictionibus dulcedinis tuæ, ut ad tuum magnificum sacramentum digne ac devote merear accedere. Excita cor meum in te, et a gravi torpore exue me. Illumina oculos meos ad intuendum tantum mysterium, et ad credendum illud, indubitata me fide robora. Est enim operatio tua, non humana potentia; tua sacra institutio, non hominis adinventio. Non enim ad hæc capienda et intelligenda aliquis idoneus per se reperitur, quæ angelicam etiam subtilitatem transcendunt. Quid ergo ego peccator indignus, terra et cinis, de tam alto sacramento potero investigare et capere? Domine! in simplicitate cordis mei, in bona firma fide, et in tua jussione, ad te cum spe ac reverentia accedo; et vere credo quia tu præsens es hic in sacramento Deus et Homo. Vis ergo ut te suscipiam et meipsum

tibi in charitate uniam. Unde tuam precor clementiam, et specialem ad hoc imploro mihi donari gratiam, ut totus in te liquefiam, et amore perfluam. » (*Imit. C.*)

PRECES POST MISSAM.

Vivere quasi de novo nunc incipio, quia Vitam ipsissimam in præcordiis meis habeo. Domine Jesu! en omni qua possum reverentia et animi submissione te adoro, te laudo atque magnifico. Credo enim, quia Tu es *Fidelium Resurrectio et Vita*. Utique, Domine! firmiter credo, *quia tu es Christus Filius Dei vivi*, qui ex mera bonitate in hoc cor meum immundum venisti. Dulcissima isthæc præsentia tua mirifice me recreat, nec minore gaudio quam solatio replet animum meum. Omnem spem meam pono in te, Domine, quoniam aperte dixisti : *Qui manducat meam Carnem, et bibit meum Sanguinem, habet vitam æternam*. Non amplius timeo mortem æternam, qui multoties accipio Vitam vivificam.

« Domine Jesu! tu promisisti, dicens : *Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet : et omnis qui vivit, et credit in me, non morietur in æternum*. Ecce, Domine! firmissime credo in te, spero in te, et super omnia diligo te, quia tu es Creator meus, Redemptor meus, Amator meus suavissimus. Per angustias mortis tuæ quæsivisti et invenisti me. Quid ergo timeam? Ero semper tecum, qui es *Resurrectio et vita*. Te itaque rogo humillime, ne immoderatam mihi tristitiam afferat mortis memoria; sed misericordia tua cor meum exhilaret, quia semper tecum esse cupio. Tu, mi Jesu, moriendo pro me, terribilem ceteroquin mortem mihi jam reddidisti amœnam et jucundam. Igitur te supplex obsecro, dulcissime Redemptor! ut pre-

tiosissima tua morte mortem meam undique contegas, munias, sanctifices, et tibi gratam, mihique haud formidolosam reddas. Et cur expavescam? Cur grave sit mihi relinquere corpus meum corruptibile, sordidum hoc animæ vestimentum, quod toto vitæ meæ tempore tantas mihi creavit molestias, tot contradictiones ac tentationes, et multiplicia æternæ salutis discrimina? Cur grave sit mihi relinquere hanc sarcinam meam, quæ tamdiu jam miserabiliter aggravavit animam meam? Computrescat ergo, et in pulverem revertatur hæc caro mea, quandocunque tu volueris, Domine! dummodo anima mea tanto pondere liberata, per infinitam misericordiam tuam gaudeat se evasisse laqueos mortis, et in cœlorum gaudiis quietissimo desiderio expectet Resurrectionem in novissimo die; ubi glorificata quoque caro mea, pro fatigationibus suis incorruptionem induet, et ad præmia æterna deducetur. Amen. » (Ludov. Blosi.)

FERIA VI.

Jesus mortuum resuscitans Lazarum.

MEDITATIO.

Abiit Martha, et vocavit Mariam sororem suam silentio, dicens : *Magister adest, et vocat te.* Illa, ut audivit surgit cito, et venit ad eum : nondum enim venerat Jesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Martha. Judæi ergo, qui erant cum ea in domo et consolabantur eam, cum vidissent Mariam, quia cito surrexit et exiit, secuti sunt eam, dicentes : *Quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi, etc.* (Joan. XI, 28—46.)

1. Simul ut a sorore audiverat Maria, *Magister adest, et vocat te,* surrexit cito, et venit ad dilectum Jesum suum. Jam audi, Sacerdos! Magister divi-

venerant cum ea plorantes, infremuit sp
turbavit seipsum. — Fremitus est indigna
primo erat in mortem, et in diabolum, e
vidia mors introivit in orbem terrarum.
contra Judæorum perfidiam, quos hic vidi
tes externe, intus autem incredulos e
corde. *Tertio*, ut isthac sua indignatione
redderet adstantium animos ad miraculu
patraturus erat.

3. Et dixit Jesus : *Ubi posuistis eum?* Di
Domine! veni et vide. Et lacrymatus est Jesu
flevit, nisi quia lugendam tot incredulorum
piorum miseriam præ oculis habuit? Quan
nisi ut nos mala nostra deflere doceret
flevit, nisi ut singularem suam in amicum
dilectionem proderet! Dixerunt ergo Juda
quomodo amabat eum. — Considera hic, S
immensam Redemptoris in nos charitate
quomodo amabat nos Jesus, qui amore no
lacrymas solum, sed omnem etiam Sa
suum in cruce fudit. *Ecce quomodo amabat n*

. Jesus ergo venit ad monumentum. Erat autem
unca, et lapis superpositus erat ei. Ait Jesus :
ite lapidem. Dicit ei Martha : *Domine! jam fœtet,*
riduanus est enim. Dicit ei Jesus : *Nonne dixi*
quoniam si credideris, videbis gloriam Dei? Tu-
nt ergo lapidem. Jesus autem elevatis sursum
lis, dixit : *Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti*
ego autem sciebam, quia semper me audis; sed
ter populum qui circumstat, dixi : ut credant, quia
me misisti. — Christus non indigebat precibus
resuscitando Lazaro; sed quia Martha preces
it, Salvator ei concessit. Precatus est, non
pter mortuum, sed propter incredulos qui ade-
t. *Ut cognoscant, quia tu me misisti.* Oravit ut
no, Mediator Dei et hominum, prout hodiedum
acrificiis nostris interpellat pro nobis.

. Hæc cum dixisset, voce magna clamavit :
are! veni foras. Et statim prodiit qui fuerat mor-
s, ligatus pedes et manus institis. Dixit eis
us : *Solvite eum, et sinite abire.* Multi ergo ex
æis, qui venerant ad Mariam et Martham, et
erunt quæ fecit Jesus, crediderunt in eum. —
gnum enimvero prodigium erat resuscitatio
tui quatriduani. At ecce, Sacerdos! illa vox
gna, quæ Lazarum suscitavit a mortuis et jussit
dire foras : illa vox magna, quæ in novissimo
resuscitabit omnes mortuos, *qui in monumentis*
! (Joan. v) : illa vox magna, quæ cœlum et
ram e nihilo produxit, ista vox magna quotidie
ic ad aras nostras transmutat panem et vinum
issimum Christi Corpus et Sanguinem, prout
lesia semper docuit :

eculo IV. S. EPHRÆM Syrus, *in sua Necrosima*
. 23, *in funere Clericorum,* ait : « In membris tuis re-
ditur Corpus Suscitator mortuorum; et spiritus tuo

sanguini immixtus est Calix salutaris. Haud illa in periculo destituent te, cui in regione Justorum parant coronam. »

Sec. V. S. Augustin. Serm. 201, *de tempore*, ait : « Qui digne comedit hunc Panem qui est Corpus Christi, necesse est ut moriatur præteritis et vivat futuris. » — Ergo panis in altari consecratus non significat, sed *est Corpus Christi.*

Sec. VI. S. Anastasius, Sinaita, *Odegi*, c. 14, ait : « Acoluthus sophista, Judæus, cum in disputationis certamen mecum descendisset, Moysis prodigia miraculis Christi opposuit. Deinde cum dicerem, Moysen fusis precibus portenta patrasse, Christum autem suo nutu et imperio absque precibus miracula fecisse ; occurrit Judæus, Etiam Christum oratione Lazarum excitasse, etc., quodsi etiam absque precibus signa quædam patraverit, id mirum non esse, nam et Moysen alia prodigia præcando, alia absque precibus edidisse.... Hæc et his similia a fide nostra alienis et Atheis de divinitate Christi impie blaterantibus et blasphemantibus ; dicant nobis illi (Hæretici) qui Christi Carnem inaspectabili Divinitatis pelago commixtam et assimilatam contendunt : Unde adversariis Divinitatem Christi persuadere velint, nisi, sola fide curiose inquirere non consueta ? At vero naturam, qua Corpus constat, non modo novimus fide, sed ipsa experientia rerum, quas vidimus et contrectavimus ; illudque Corpus quotidie in natura sua et veritate communicantes manducamus.»

Sec. XI. Concilium Atrebat. (an. 1025), cap. 21, *de Corp. et Sang. D.*, ait : « Cum dixisset Dominus, Qui manducat meam Carnem ; continuo subjunxit : Et ego resuscitabo eum in novissimo die. Nam, qui digne Carnem Christi comedit, et Sanguinem ejus bibit, licet mortuus corpore, habet interim secundum spiritum vitam

ternam. Quod vero ad corpus attinet, nec ipsum vita terna fraudabitur, quia resuscitabitur in novissimo die ltra jam non moriturum. »

Sec. XII. ANONYMUS (Bibl., PP. t. XXV, p. 314), *in ist.* III, errorem Folmari dicentis; *Non Filium hominis, d Carnem Filii hominis manducari in eucharistiæ sa-amento,* ita refellit : « Christus commendans Carnem ilii hominis manducandam, etiam hoc inter cetera o. VI, 58) dixit : *Qui manducat me, et ispe vivet propter e.* Manducans igitur Carnem Filii hominis, manducat ilium hominis ; manducat Panem qui de cœlo descen-it.... Et ideo, qui Carnem Verbi manducat, Verbum uoque in sua Carne manducat. Alioquin Caro non pro-esset quidquam, si non haberet in se Vitam, vivificandi ficaciam »

PRECES ANTE MISSAM.

Ligatus ego tam arctis noxarum institis, quo me ertam, nisi ad te, Jesu mi charissime? *Veni, et vide* ictuosam rerum mearum faciem. Visita (precor) mici tui animam, quæ propter extremum languo-em suum mortua potius quam viva mihi videtur. *Veni,* et ingredere cor meum, quod equidem fœtet, c vitiorum sordes redolet. O triste spectaculum! *Veni, et Vide,* Domine! quantas in miserias mea me eccata præcipitaverint. *Vide,* in qua calamitate iceat anima mea. Num derelinques me canem mor-ium, quem ibi defleveras prope sepulcrum Lazari? n projicies a facie tua, quem (ut spero) in amico-ım tuorum numero posuisti? — Doleo utique de mnibus peccatis meis : et utinam ea lacrymis anguineis deplorare possem. Bone Jesu! da cordi ieo verum dolorem, et oculis meis fontem lacry-iarum, ut assidue lugeam insipientiam meam. Ah, e despicias me peccatorem putidum. Disrumpe

vincula mea, solve cunctos scelerum meorum nexus, quo liberior prodire possim ad mysticam mensam tuam. Admitte me ad altare tuum, amantissime Salvator! et offer æterno Patri tuo sacrificium hoc, unacum omnibus sanctissimis operibus tuis in eminenti charitate factis. Oblationem istam conjunge cum pretioso crucis tuæ sacrificio.

Per hoc Missæ sacrificium tibi gratias ago, Domine Jesu Christe, pro evidenti illo Deitatis tuæ testimonio, dum virtute propria resuscitasti mortuos, et sic te vitæ ac mortis arbitrum esse declarasti. Tibi gratias ago pro clementia tua, qua et me et alios mihi similes peccatores, à morte peccati resuscitasti, et ad vitam gratiæ revocasti, *ut peccatis mortui, justitiæ vivamus*. Per merita hujus sacrificii, concede nobis donum lacrymarum, ut abjectis seculi deliciis, indesinenter deploremus scelera nostra. Opitulare omnibus Proximis meis; adjuva domesticos fidei, præsertim illos quorum pro animabus ego rationem redditurus sum. Resuscita desides suæque salutis incurios, ut ad frugem reviviscant. Salutaribus monitis excita corda hæreticorum (mortuorum fratrum nostrorum), ut audita voce tua statim prodeant e tenebris errorum suorum, et incunctanter ad sinum matris Ecclesiæ redeant, atque nobiscum *serviant* tibi *humero uno*. Memento NN.

PRECES POST MISSAM.

Peccati fœtorem redolet cor meum; et in tali corde tantus habitare dignatur Dominus, Deus purissimus. Vivo ergo — jam non ego; vivit vero in me Christus Autor vitæ. — Venite, audite, omnes creaturæ! narrabo, quanta fecerit Dominus animæ meæ. Venite, et videte miram ejus in me charitatem. Ecce, quomodo amat me. Jesus meus,

oluit esse Cibus meus. *Ecce, quomodo amat* umphator mortis, quia me toties lætificat ıbili præsentia sua. Magnificate Dominum ı, et exaltemus nomen ejus in idipsum.

ɜdictus es, Domine Deus meus! qui tam fa- ter mecum agis. Provolutus ad pedes tuos, ı tibi gratias ago pro hac charitate tua, qua ·sum invisere, tuoque Corpore et Sanguine ı dignatus es. Utinam semper ardentissimo .tis affectu tibi adhæsissem aut deinceps ɜrem! Sed, o quam mobilia hominum inge- enties jam mecum statueram alacrius ser- ɔi; nihilominus in eodem semper languore *Domine, jam fœtet* tepor meus, inveteratus est Ægre fero miseriam meam, et factus sum ɜtipsi gravis. At majori posthac cura muniis ınvigilabo. Propono (adjuvante gratia tua) *lapidem* offensionis et removere cuncta sa- bstacula.

ıine Jesu, qui lacrymatus es ad sepulcrum ut doceres nos flere, da mihi lacrymas . et veræ pœnitentiæ. Nam eo majori me t affligi mœrore, quo diutius jacebam in i vel inertiæ fœtore. « Domine Jesu! lar- ıihi indigno lacrymas per singulos dies, fortitudinem, ut cor meum, fontes lacryma- giter cum dulcedine fundens, illustretur in ıe munda; ut magnum illud delictorum meo- ıirographum lacrymis meis deleatur, ignis- ternus exiguo flexu extinguatur : hic enim e non desino, illic inextinguibilem ignem » (S. Ephræm.)

dilectissime Jesu! rogo te per illas lacry- quæ sæpius ex oculis tuis promanarunt, ge omnes oculorum meorum maculas, quas sus mei incontinentiam contraxi, ut finito

hujus vitæ curriculo mundatus, divinam faciem tuam intueri ac contemplari merear. Dilectissime Jesu! rogo te per vulnera manuum tuarum, aufer omnia impiarum manuum mearum scelera, ut, postquam anima mea hinc egressa fuerit, in suavissimos amplexus tuos suscipi mereatur. O dilectissime Jesu! rogo te per pedum tuorum fatigationem et perforationem, condona mihi cunctas legis tuæ transgressiones, ut, ubi corporis mei sarcinam deposuero, locum tabernaculi tui admirabilis ingredi valeam. Dilectissime Jesu! rogo te per dulcissimam virtutem sacratissimorum verborum, quæ divino ore tuo protulisti; deterge cunctas oris, linguæ, et verborum meorum offensas, ut immaculatus post hoc exilium ad te veniens, tibi laudes in æternum decantare valeam. Amen. » (Ludov. Blosi.)

SABBATO.

Jesus, Victima pro populo oblata.

MEDITATIO.

Collegerunt ergo pontifices et pharisæi concilium, et dicebant : « Quid facimus, quia hic Homo multa signa facit? « Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum; et « venient Romani, et tollent nostrum locum, et gen- « tem. » (Joan. XI, 47—56.)

1. In isto pharisæorum conciliabulum nec religio, nec justitia, nec ratio humana locum habuit, sed odium et invidia. *Si dimittimus eum sic*, inquiunt, *omnes credent in eum*, omnes perfitebuntur eum Messiam Regemque Judæorum : *et* tunc *venient Romani* contra nos exasperati, quod novum regem creaverimus; *et tollent nostrum locum*, vastabunt *Judæam*, *et gentem* Judaicam exturbabunt. O insen-

harisæi! quid timendum vobis a Romanis sub
iine hujus novi Regis, cujus ad nutum obtem-
Universitas? — Nolite imperfectum inire con-
ı, o Judæi! sed abunde criminis rationem
e, et dicite : *Quid facimus*, quia post paucos
Sol obscurabitur, terra tremet in templo,
etur velum, mortuorum multi revertentur ad
? Iterum dicite, *Quid facimus*, quia solvetur
um, incendetur civitas, vos exterminabimini,
que loco heredes alii snbstituentur? *Quid*
us, quia transferentur omnia, prophetæ, sacer-
m, sacrificia, cultus Dei? De his deliberate;
is inite consilium. Sermones vestri sunt
es; manet consilium Domini. » (S. Chrysost.)

Unus autem ex ipsis, Caiphas nomine, cum
pontifex anni illius, dixit eis : *Vos nescitis*
uam; nec cogitatis, quia expedit vobis, ut unus
tur Homo pro populo, et non tota gens pereat.
tus, in cruce moriens, erat Victima *pro po-*
pro universo hominum genere oblata. *Chris-*
emel (I. Pet.) *pro peccatis nostris mortuus est,*
pro injustis. — Hoc autem Caiphas a seme-
non dixit; sed cum esset pontifex anni illius,
ıetavit : *quod Jesus moriturus erat pro gente. etc.*
dera, Sacerdos! quantum Deus deferat Sa-
tio, etiamsi ab homine impio administretur.
enim Caiphas tunc esset pontifex, voluit Deus
tum potius, quam per alium, hoc oraculum
rre, quod expediret, Christum mori pro po-
Quodsi vetus sacerdotium, jamjam peritu-
ita honoravit Deus; quanto magis honorabit
dotium Ecclesiæ suæ, cui Spiritus veritatis
usque ad consummationem seculi?

Et non tantum pro gente Judaica mori voluit
us, *sed ut filios Dei* per gratiam futuros, *qui*

erant tunc inter alias nationes adhuc *dispersi congregaret in unum* Ovile, ad unam Ecclesiam. Hæc una, Sancta, Catholica et Apostolica Ecclesia quotidie in Missæ sacrificio recolit memoriam Passionis ac mortis Christi Domini, qui tanquam Victima pro populo semel in ara crucis oblatus, indies adhuc offerendum se præbet in altaribus nostris. Priusquam enim se cruentam in cruce Victimam offerret, instituit incruentum altaris sacrificium in ultima cœna, præcipiens Apostolis, eorumque successoribus, ut facerent hoc in suam commemorationem. Ceterum in hoc altaris sacrificio panem et vinum, in verum Christi Corpus et Sanguinem converti, plane cognoscimus ex sequentibus orthodoxis scriptoribus :

Seculo V. S. Leo Magn., Papa, in Serm. VII, *de Passione Dom.*, c. 1, ait : « Ut ovem significativam Ovis vera removeret, et ut uno explereter sacrificio variarum differentia victimarum,... discumbentibus discipulis ad edendam mysticam cœnam, cum in Caiphæ atrio tractaretur, quomodo Christus posset occidi, ille Corporis et Sanguinis sui ordinans sacramentum, docebat qualis Deo Hostia deberet offerri, nec ab hoc quidem mysterio traditore submoto. »

Sec. circ. VI. In Sacramentario Leon. (Murat., *de Liturg.* t. I, p. 124), hæc *Oblatio* legitur : « Remotis obumbrationibus carnalium victimarum, spiritualem tibi, summe Pater, Hostiam supplici servitute deferimus, quæ miro ineffabilique mysterio et immolatur semper, et eadem semper offertur. »

Sec. VII. S, Andreas, Ep. Cretens., *triodio ad feriam 4. Mai. Hebd.*, hæc habet : « Est Christus Pascha *illud* magnum,... manducatus ut panis, ac velut ovis

mactatus. Quippe pro nobis Victima oblatus est. Ejus omnes religiosa pietate Corpus Sanguinemque mystice (in mysterio) percipimus. »

Sec. XI. S. LANFRANC. Ep. Cantuar., *lib. de Corp. et Sang. D.*, cap. 10, ad hanc Berengarii objectionem : « Sacrificium Ecclesiæ duobus constat, duobus conficitur, visibili et invisibili ; sacramento, et re sacramenti ; quæ tamen res, id est, Christi Corpus, si esset præ oculis, visibilis esset; sed elevata in cœlum,... cœlo devocari non poterit ; *sic respondet :* « Caiphas, cum esset pontifex anni illius, vera de Salvatore nesciens prophetavit, dicens : Expedire magis pro mundo mori unum Hominem, quam totius mundi perire omnem hominem. Verum quidem dixit ; verumtamen, quo ejus verbum vergeret, ignoravit. Sic et tu volens loqui contra causam nostram, manifeste, quam defendendam suscepimus, adseris partem nostram. Hoc est namque, quod dicimus ; hoc modis omnibus contra te ac sequaces tuos approbare contendimus, Sacrificium scilicet Ecclesiæ duobus confici, duobus constare, visibili elementorum specie, et invisibili Domini Jesu Christi Carne et Sanguine ; sacramento, et re sacramenti, quæ res (ut verbis tuis utar) est Corpus Christi. »

Sec. XII. S. BRUNO, Ep. Signiens., *super illud exod.* XXIII, 18. *Non immolabis super fermento sanguinem Victimæ meæ,* ait : « Fermentum,... malitiam et peccatum Apostolo teste significat. Sanguinem vero Victimæ, Christi Sanguinem intelligimus. Præcepit ergo, ut sanguis Victimæ super fermento non immoletur, id est Christi Sanguis ab iniquis non recipiatur, nec sacrificetur. Super fermento namque Victimæ sanguis immolatur, quando Christi Sanguis vel ab iniquis Sacerdotibus conficitur, vel iniquis ad bibendum traditur. »

PRECES ANTE MISSAM.

Domine sancte, Pater omnipotens æterne Deus! mortalium nemo immensam bonitatem tuam satis laudare vel comprehendere valet. Post peccatum a protoparente nostro admissum, omnis existentiæ privationem meruimus : tua tamen liberali providentia et nati et redempti sumus. Cum ad summum devenisset malitia nostra, et mors exspectaretur æterna, divinam nobis Misericordiam atque Potentiam tuam declarasti, dum Filium tuum unigenitum (Redemptionis Victimam) pro hominibus dedisti, Sanctum pro impiis, Bonum pro malis, Justum pro injustis, Immortalem pro mortalibus, ut ipse formam servi indutus, in cruce morereretur, *non tantum pro gente* Judaica, sed etiam, ut *filios* tuos electos, *qui erant dispersi* per omnes nationes, *congregaret in unum*.

Offerimus tibi, Pater misericors, incruentam hanc Victimam in gratiarum actionem pro charitate tua perpetua, qua prædestinasti nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum. Vix equidem audemus coram te comparere, nimium erubescentes, eoquod te Patrem optimum non honoravimus ut filii tui, sed offendimus ut barbari ac alieni. Nunc autem suppliciter veniam deprecamur, amantissime Pater! et in satisfactionem pro peccatis nostris immolamus tibi Victimam placationis, videlicet Unigenitum tuum, qui mortuus est *pro populo*, ut non tota gens pereat. Clementer igitur respice hanc Hostiam propitiatoriam, quam super altare tuum offerimus, ut per infinita illius merita populo tuo benigne condones noxas *et iniquitates* suas.

Da nobis, optime Pater, per merita hujus *Victimæ* salutaris, ut Filium tuum, quem Judæi

noluerunt habere Regem, tanquam Dominum et Regem nostrum condigne honoremus, et strenue sequamur. Largire nobis gratiam tuam, ut nos sub ejus imperium ac potestatem obedienter subjiciamus. Et quoniam iste mortuus est in ligno crucis, ut filios tuos, qui erant dispersi, *congregaret in Unum* Ovile, ad unam Ecclesiam; fac ut immensam hanc misericordiam tuam magni faciamus; ut omnes tanquam dilecti filii tui, mutuam inter nos unitatem ac concordiam servemus. Præsta, quæsumus, misericors Deus, ut junctis viribus ac concitátis gressibus una simul properemus ad beatam æternitatem, cujus nobis auditum devicta morte reseravit Filius tuus, et *Primogenitus in multis fratribus*. (Rom. VIII.)

Gravis quidem pœna, dura nempe moriendi necessitas adhuc remansit nobis. Sed quia propter Dei-Hominis mortem a nobis post hanc vitam felix speratur æternitas, te pro beato ex hac vita transitu impetrando, suppliciter imploramus summopere misericordiam tuam exorantes, ut, qui vocati sumus in societatem Filii tui Jesu Christi, in hora mortis nostræ, omnibus delictorum vinculis absoluti, transire mereamur ad vitam æternam. Memento NN.

PRECES POST MISSAM.

Factus particeps infinitæ Largitatis tuæ vehementer gaudeo, dilectissime Jesu! in te exultat cor meum; in te lætatur anima mea. Ingentem capio lætitiam ex immensa bonitate tua, Domine! Creasti me Potentia tua, imbuisti me Doctrina tua, gubernasti me providentia tua, fovisti me charitate tua, redemisti me morte tua, cibasti me Carne tua, et potasti me Sanguine tuo. — Vere bonus es Dominus, et in me speciatim munificus, dum me

miserum peccatorem multoties invisere dignaris.

« En ego, quem anteacta vita ac propria conscientia, tanquam filium gehennæ, deputaverat ardoribus sempiternis, ad tantam visitationis tuæ dignationem respiro, et gloriari incipio præter spem in spe gloriæ filiorum Dei. Signatum est super me lumen vultus tui, Domine! dedisti lætitiam in corde meo. O Domine, quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum? Vermis equidem sum vilissimus, et odio dignissimus sempiterno. Confido tamen, me amari, quoniam sentio me amare. Imo, quia miserum me homunculum amari præsentio, non redamare confundor. Amo proinde non immerito, quia amatus sum sine merito: amo, et amabo sine fine, quia sine principio me cognosco amatum. » (S. Bern.)

O quam ardenter amasti me, suavissime Jesu! qui temetipsum pro me peccatore obtulisti Victimam placationis. Ah utinam lacrymas saltem fundere possem amore tui, qui pretiosum sanguinem tuum inter acutissimos dolores fudisti amore mei. Quis mihi tribuat, ut moriar pro te, Domine, qui in cruce mortuus es pro me?

« Adveniet aliquando, serius aut citius, hora mortis meæ, propter quam in hunc mundum natus sum. Cum hoc onere accepi vitæ beneficium, ut tandem persolverem mortis tributum. Expirasti, o Jesu, in cruce pro servo tuo, cum esses Dominus, ne servus recuset mori pro te Domino suo. Fiat ergo voluntas tua, Domine Jesu! En libenter morior, dummodo morte justorum. Spero, Salvator mi, quia per ignem et aquam educes me in refrigerium. Postquam sat diu hic in exilio peregrinatus fuero, ia optatissimam remeabo patriam. Postquam inter tot discrimina sat diu atque feliciter navigavero, in portum felicitatis æternæ intrabo.

u, Domine, me translaturus es de tenebris ad ıcem, de periculis ad securitatem, ex præliis ad ictoriam, de laboribus ad mercedem, ex ærumis ad tranquillitatem et requiem æternam. O bona ıors, quæ tanta mihi promittit bona! o bona mors, uæ per mortem tuam, Domine, mihi tam dulcis ıcta est. » (S. Hieronym.)

Fac, o bone Jesu! ne unquam obliviscar, quia ulvis sum, et in pulverem reversurus. Extrema ıortis meæ hora mihi non recedat ab ore, non ecedat a corde, non recedat a cogitatione. Da, ut ınc omnibus morientium sacramentis rite munıs, æternitatis iter ingrediar. Largire mihi, Doıine, gratiam ita vivendi, ut æternum tecum ivam. Amen.

—

PRÆPARATIO AD MISSAM.

—

Ant. *Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum; neque vindictam sumas de peccatis nostris.*

Tempore paschali additur *Alleluia.*

Psalmus 83.

Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum : concupiscit et deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum et caro mea : exultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi domum : et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua, Domine virtutum : Rex meus et Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua, Domine : in sæcula sæculorum laudabunt te.

Beatus vir cujus est auxilium abs te : ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum : in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem : videbitur Deus deorum in Sion.

Domine, Deus virtutum, exaudi orationem meam : auribus percipe, Deus Jacob.

Protector noster aspice Deus : et respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies una in atriis tuis : super millia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei ; magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

nisericordiam et veritatem diligit Deus : gratiam
m dabit Dominus.
ɔrivabit bonis eos qui ambulant in innocentia :
virtutum, beatus homo qui sperat in te. — Gloria
c.

Psalmus 84.

ıixisti, Domine, terram tuam : avertisti captivita-
ɔb.
ɔisti iniquitatem plebis tuæ : operuisti omnia pec-
ım.
ısti omnem iram tuam : avertisti ab ira indigna-
ıæ.
ɔrte nos, Deus salutaris noster : et averte iram
ıobis.
quid in æternum irasceris nobis? aut extendes
ım à generatione in generationem.
, tu conversus vivificabis nos : et plebs tua lætabi-
ɔ.
de nobis, Domine, misericordiam tuam : et sa-
ıum da nobis.
ım quid loquatur in me Dominus Deus : quoniam
r pacem in plebem suam.
ıper sanctos suos : et in eos qui convertuntur

mtamen prope timentes eum salutare ipsius : ut
ɔt gloria in terra nostra.
ricordia et veritas obviaverunt sibi : justitia et pax
e sunt.
as de terra orta est : et justitia de cœlo prospexit.
ım Dominus dabit benignitatem : et terra nostra
uctum suum.
tia ante eum ambulabit : et ponet in via gressus
- Gloria Patri, etc.

Psalmus 85.

Inclina, Domine, aurem tuam et exaudi me : quoniam inops et pauper sum ego.

Custodi animam meam quoniam sanctus sum : salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.

Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamavi totâ die : lætifica animam servi tui, quoniam ad te, Domine, animam meam levavi.

Quoniam tu, Domine, suavis et mitis : et multæ misericordiæ omnibus invocantibus te.

Auribus percipe, Domine, orationem meam : et intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamavi ad te : quia exaudisti me.

Non est similis tui in diis, Domine : et non est secundum opera tua.

Omnes gentes quascumque fecisti, venient, et adorabunt coram te, Domine : et glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu et faciens mirabilia : tu es Deus solus.

Deduc me, Domine, in vita tua, et ingrediar in veritate tua : lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi, Domine, Deus meus, in toto corde meo : et glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna est super me : et eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus, iniqui insurrexerunt super me, et synagoga potentium quæsierunt animam meam : et non proposuerunt te in conpectu suo.

Et tu, Domine Deus, miserator et misericors : patiens et multæ misericordiæ, et verax.

Respice in me, et miserere mei : da imperium tuum puero tuo, et salvum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt

me, et confundantur ; quoniam tu, Domine, adjuvisti me, et consolatus es me. — Gloria Patri, etc.

Psalmus 115.

Credidi propter quod locutus sum : ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo : omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino : pro omnibus quæ retribuit mihi ?

Calicem salutaris accipiam : et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus : pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.

O Domine, quia ego servus tuus : ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea : tibi sacrificabo hostiam laudis : et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus : in atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem.

Gloria Patri, etc.

Psalmus 129.

De profundis, etc.

Ant. Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum : neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Kyrie eleïson. Christe eleïson. Kyrie eleïson. Pater noster, etc.

v. Et ne nos inducas in tentationem. ℟ Sed libera nos a malo.

v. Ego dixi, Domine, miserere mei. ℟. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

v. Convertere, Domine, aliquantulum. ℟. Et deprecare super servos tuos.

v. Fiat misericordia tua, Domine, super nos. R. Quemadmodum speravimus in te.

v. Sacerdotes tui induantur justitiam. R. Et sancti tui exultent.

v. Ab occultis meis munda me, Domine. R. Et ab alienis parce servo tuo.

v. Domine, exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

Aures tuæ pietatis, mitissime Deus, inclina precibus nostris, et gratia sancti Spiritus illumina cor nostrum; ut tuis mysteriis digne ministrare, teque æterna charitate diligere mereamur.

Deus, cui omne cor patet, et omnis voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum : purifica per infusionem sancti Spiritûs cogitationes cordis nostri : ut te perfecte diligere, et digne laudare mereamur.

Ure igne sancti Spiritus renes nostros et cor nostrum, Domine : ut tibi casto corpore serviamus, et mundo corde placeamus.

Mentes nostras, quæsumus, Domine, Paracletus qui a te procedit, illuminet : et inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.

Adsit nobis, quæsumus, Domine, virtus Spiritus sancti, quæ et corda nostra clementer expurget et ab omnibus tueatur adversis.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti : da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Conscientias nostras, quæsumus, Domine, visitando purifica : ut veniens Dominus noster Jesus Christus Filius tuus, paratam sibi in nobis inveniat mansionem : Qui tecum vivit, etc.

Invocatio S. Spiritus.

ı PP. VI (Decr. 26 maii 1796) concessit indulg. 300 n recitantibus hanc prosam vel hymnum *Veni Creator* Pentecostes et diebus infra ejus octavam; in reliquis nni diebus indulgentiam 100 dier., et semel in mense . plen., positis conditionibus ordinariis, iis qui quo- ecitaverint. Hæ indulg. applicabiles sunt animabus ntibus.

Veni, Sancte Spiritus,
Et emitte cœlitùs
Lucis tuæ radium :
Veni, Pater pauperum,
Veni, dator munerum
Veni, lumen cordium.
Consolator optime,
Dulcis hospes animæ,
Dulce refrigerium.
In labore requies,
In æstu temperies,
In fletu solatium.
O lux beatissima,
Reple cordis intima
Tuorum fidelium.
Sine tuo Numine,
Nihil est in homine,
Nihil est innoxium.
Lava quod est sordidum :
Riga quod est aridum :
Sana quod est saucium.
Flecte quod est rigidum :
Fove quod est frigidum :
Rege quod est devium.
Da tuis fidelibus
In te confitentibus
Sacrum Septenarium.
Da virtutis meritum :

Da salutis exitum :
Da perenne gaudium.
Amen.

Actus præcipuarum Virtutum.

Credo in te, Deus, prima veritas, propter infinitam auctoritatem tuam. Adoro te, propter increatam excellentiam tuam. Spero in te, propter immensam misericordiam tuam. Amo te, propter summam bonitatem et amabilitatem tuam. Confundor et erubesco quod te, bono infinito, non contentus, exigua et apparentia bona quæsierim. Doleo de peccatis meis propter te, quem super omnia diligo; et paratus tibi in hac vita satisfacere, propono, te adjuvante, plenam et perfectam emendationem. Tibi gratias ago pro universis, quibus me cumulare non cessas, beneficiis. Quidquid habeo vel possideo, id tibi totum restituo, ac tuæ prorsùs voluntati trado gubernandum. Omnibus, qui me offenderunt, toto corde ignosco propter amorem tuum. Rogo te per sanctissimam Filii tui passionem, miserere animæ meæ in egressu suo; et perduc eam, omnibus sacramentis munitam, in vitam æternam. Amen.

Oblatio Sacrificii, seu directio intentionis.

Domine Jesu Christe, in unione illius divinæ intentionis, quâ ipse in ultima cœna, et in ara crucis, Sacrificium Corporis et Sanguinis tui Deo Patri obtulisti, hoc idem Sacrificium ei offerre intendo. Complaceat sibi, ô Jesu, in te, et per te propitius nobis sit in vitam æternam.

Te precor, Domine Jesu Christe, pro omnibus illis, pro quibus orare decrevi, et quibus sum conjunctus, et qui mihi conjuncti sunt spirituali participatione, consanguinitate, affinitate, familiaritate,

commendatione, devotione, eleëmosynarum largitione; qui pro me orant, pro quibus debitor sum, et qui se commendârunt orationibus meis; pro cuncto populo christiano, et pro diœcesi nostra : pro omnibus Prælatis sanctæ Romanæ Ecclesiæ, et universo Clero : ut eos in tuo sancto servitio humiliter, fideliter et devotè perseverare facias; pro omnibus fidelibus christianis, vivis atque defunctis in quacumque angustia et tribulatione positis : miserere et tribulatis succurre. Amen.

Oratio ad beatissimam Virginem Mariam.

O Mater pietatis et misericordiæ! beatissima Virgo Maria, ego miser et indignus peccator ad te confugio toto corde et affectu, et precor pietatem tuam, ut, sicut dulcissimo Filio tuo in cruce pendenti adstitisti, ita et mihi misero peccatori, et Sacerdotibus omnibus, hic et in tota sancta Ecclesia hodie offerentibus, clementer assistere digneris : ut tua gratia adjuti, dignam et acceptabilem Hostiam in conspectu summæ et individuæ Trinitatis offerre valeamus. Amen.

Per sanctam virginitatem et immaculatam Conceptionem tuam, purissima Virgo Maria, emunda cor et carnem meam. Amen.

Oratio ad S. Angelum custodem.

Angele mi custos! non audeo accedere ad mensam hanc cœlestem. Deduc et comitare me; suggere mihi convenientes tanto operi actus adorationis, humiliationis et amoris, et offer eos una cum sociis tuis qui circumdant sanctum altare, Jesu meo eucharistico.

Oratio ad S. Josephum.

Sacerdotibus, singulis vicibus et quovis tempore ordinem primam, secundam vero cum *Ant.*, *Vers.* et *Resp.* inde Missam devote recitantibus, unius anni indulgentiam, animabus purgantibus etiam applicabilem, concessit Pius VII, anno 1802.

Virginum Custos et Pater, sancte Joseph, cujus fideli custodiæ ipsa Innocentia Christus Jesus, et Virgo virginum Maria commissa fuit : te per hæc utrumque charissimum pignus Jesum, et Mariam, obsecro, et obtestor, ut me, ab omni immunditia præservatum, mente incontaminata, puro corde, et casto corpore, Jesu, et Mariæ semper facias castissime famulari. Amen.

Antiph. O Felicem virum beatum Joseph, cui datum est Deum, quem multi Reges voluerunt videre, et non viderunt; audire, et non audierunt, non solum videre, et audire, sed portare, deosculari, vestire, et custodire.

v. Ora pro nobis B. Joseph.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Deus, qui dedisti nobis regale Sacerdotium, præsta, quæsumus, ut sicut beatus Joseph unigenitum Filium tuum natum ex Maria Virgine suis manibus reverenter tractare meruit, et portare : ita nos facias cum cordis munditia, et operis innocentia tuis sanctis Altaribus deservire, ut sacrosanctum Filii tui Corpus et Sanguinem hodie digne sumamus, et in futuro sæculo præmium habere mereamur æternum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio ad omnes Sanctos.

O Sancti Dei omnes, et vos præsertim dilecti

ni mei, succurrite mihi, quæso, precibus
is apud Deum, ut sic illum nunc in Sacra-
o possim recipere, ut aliquando eum in
ria specie vobiscum merear videre. Fiat, fiat!

o dicenda antequam sacerdos lavet manus et induatur sacerdotalibus paramentis.

gorius PP. XIII concessit quinquaginta annos Indulg.
et Sacerdoti devote recitanti hanc orationem ante ce-
ionem.

o volo celebrare Missam, et conficere Corpus
nguinem D. N. J. C. juxta ritum sanctæ Ro-
e Ecclesiæ : ad laudem omnipotentis Dei,
que Curiæ triumphantis, ad utilitatem meam,
que curiæ militantis; pro omnibus qui se
nendaverunt orationibus meis, in genere et in
e; et pro felici statu sanctæ Romanæ Eccle-
Amen.
udium cum pace, emendationem vitæ, spatium
pœnitentiæ, gratiam et consolationem sancti
tus, perseverantiam in bonis operibus, tri-
nobis omnipotens et misericors Dominus.
n.

GRATIARUM ACTIO POST MISSAM.

Ant. *Trium Puerorum cantemus hymnum, quem cantabant sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.*

Tempore paschali additur *Alleluia.*

Canticum trium Puerorum. Dan. 3.

Benedicite omnia opera Domini Domino : laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino : benedicite cœli Domino.

Benedicite aquæ omnes quæ super cœlos sunt Domino : benedicite omnes Virtutes Domini Domino.

Benedicite sol et luna Domino : benedicite stellæ cœli Domino.

Benedicite omnes imber et ros Domino : benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis et æstus Domino : benedicite frigus et æstus Domino.

Benedicite rores et pruina Domino : benedicite gelu et frigus Domino.

Benedicite glacies et nives Domino : benedicite noctes et dies Domino.

Benedicite lux et tenebræ Domino : benedicite fulgura et nubes Domino.

Benedicat terra Dominum ; laudet et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite montes et colles Domino : benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino : benedicite maria et flumina Domino.

Benedicite cete et omnia quæ moventur in aquis Domino : benedicite omnes volucres cœli Domino.

Benedicite omnes bestiæ et pecora Domino : benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israël Dominum : laudet et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino : benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus et animæ justorum Domino : benedicite sancti et humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misaël Domino : laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem et Filium, cum sancto Spiritu : laudemus et superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es, Domine, in firmamento cœli : et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in sæcula. *Non dicitur* Gloria.

Psalmus 150.

Laudate Dominum in sanctis ejus : laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus : laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ : laudate eum psalterio et cythara.

Laudate eum in tympano et choro : laudate eum in chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus : laudate eum in cymbalis jubilationis : omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, etc.

Ant. Trium Puerorum cantemus hymnum quem cantabant sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

Kyrie eleïson. Christe eleïson. Kyrie eleïson. Pater noster, etc.

v. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo.

v. Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua. ℟. Et sancti tui benedicant tibi.

v. Exultabunt sancti in gloria. ℟. Lætabuntur in cubilibus suis.

v. Non nobis, Domine, non nobis. ℟. Sed nomini tuo da gloriam.

v. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

Deus, qui tribus Pueris mitigasti flammas ignium : concede propitius ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

Actiones nostras, quæsumus, Domine, aspirando præveni, et adjuvando prosequere; ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te cœpta finiatur.

Da nobis, quæsumus, Domine, vitiorum nostrorum flammas extinguere, qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio S. Thomæ Aquinatis.

Gratias tibi ago, Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, qui me peccatorem indignum famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ, satiare dignatus es pretioso Corpore et Sanguine Filii tui, Domini nostri Jesu Christi : te deprecor, ut hæc sancta communio non sit mihi reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, et scutum

bonæ voluntatis. Sit vitiorum meorum evacuatio, concupiscentiæ ac libidinis exterminatio, charitatis et patientiæ, humilitatis et obedientiæ, omniumque virtutum augmentatio; contra insidias inimicorum omnium tam visibilium, quam invisibilium, firma defensio; motuum meorum, tam carnalium quam spiritualium, perfecta quietatio; in te uno ac vero Deo firma adhæsio, atque finis mei felix consummatio. Et precor te ut ad illud ineffabile convivium me peccatorem perducere digneris, ubi tu cum Filio tuo et Spiritu sancto, Sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, jucunditas consummata, et felicitas perfecta. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio S. Bonaventuræ.

Transfige, dulcissime Domine Jesu, medullas et viscera animæ meæ suavissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera, serenaque et apostolica sanctissima charitate : ut langueat et liquefiat anima mea solo semper amore et desiderio tui; te concupiscat, et deficiat in atria tua; cupiat dissolvi et esse tecum. Da, ut anima mea te esuriat, panem Angelorum, refectionem animarum sanctarum, panem nostrum quotidianum, supersubstantialem, habentem omnem dulcedinem et saporem, et omne delectamentum suavitatis; te in quem desiderant Angeli prospicere, semper esuriat et comedat cor meum, et dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ; te semper sitiat fontem vitæ, fontem sapientiæ et scientiæ, fontem æterni luminis, torrentem voluptatis, ubertatem domus Dei, te semper ambiat, te quærat, te inveniat, ad te tendat, ad te perveniat, te meditetur, de te loquatur, et omnia operetur in laudem et gloriam nominis tui, cum

humilitate et discretione, cum dilectione et delectatione, cum facilitate et affectu, cum perseverantia usque in finem; et tu sis solus semper spes mea, salus mea, tota fiducia mea, divitiæ meæ, delectatio mea, jucunditas mea, gaudium meum, quies et tranquillitas mea; pax mea, suavitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, possessio mea et thesaurus meus, in quo fixa et firma, et immobiliter semper sit radicata mens mea et cor meum. Amen.

Oratio ad Jesum.

Pius PP. IX (Decr. 11 Dec. 1846) indulgentiam trium annorum benigne concessit sacerdotibus qui sequentem orationem inter alias preces pro gratiarum actione post Missam recitaverint.

Obsecro te, dulcissime Domine Jesu Christe, ut Passio tua sit mihi virtus qua muniar, protegar atque defendar; vulnera tua sint mihi cibus, potusque, quibus pascar, inebrier atque delecter; aspersio sanguinis tui sit mihi ablutio omnium delictorum meorum. Mors tua sit mihi gloria sempiterna. In his sit mihi refectio, exultatio, sanitas et dulcedo cordis mei. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio ad B. V. Mariam.

O serenissima et inclyta Mater Domini nostri Jesu Christi Virgo Maria! Regina mundi, quæ eumdem Creatorem omnium creaturarum tuo sanctissimo utero fuisti digna portare, cujus idem sacratissimum Corpus et Sanguinem sumpsi, apud ipsum pro me misero peccatore intercedere digneris; ut *quidquid* in hoc ineffabili Sacramento ignoranter,

ɡligenter, irreverenter et accidentaliter omisi vel
misi, tuis precibus sanctissimis mihi indulgere
ɡnetur, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum.
ıen.

Oratio ad omnes Sanctos.

Omnes Angeli, omnes sancti et Sanctæ Dei, con-
atio pauperculæ animæ meæ, et vos præsertim
troni et Protectores mei, impetrate mihi gratiam
n peccandi de cætero simul et sancte vivendi,
tandem plenus meritis vestro consortio aggregari
rear. Amen.

Deprecatio pro aliorum necessitatibus.

O Domine, cujus viscera misericordiæ patent
ınibus, qui neminem vis perire, sed omnes homi-
s salvos fieri, ideoque pro omnibus mortem su-
sti et hoc sacramentum instituisti, da, quæso,
cerdotibus concordiam et innocentiam; regibus
principibus tranquillitatem et pacem; virginibus
stitatem; Deo dicatis continentiam; conjugatis
ıctimoniam; pœnitentibus indulgentiam; justis
severantiam; peccatoribus, ut mihi misero,
ıiam; viduis et orphanis sustentationem; pau-
ribus protectionem; peregrinantibus reditum;
ɡentibus consolationem; omnibus denique fideli-
s christianis, vivis atque defunctis, gratiam et
am sempiternam. Amen. (S. Aug.)

Oratio dicenda ante imaginem Jesu crucifixi.

Pius PP. VII (Decret. 10 april. 1821) de novo concessit et in perpetuum confirmavit Indulgentiam plenariam quam lucrari possunt omnes Christi fideles qui confessi ac S. Communione refecti, corde contrito et devote recitaverint sequentem orationem ante imaginem qualemcunque Jesu crucifixi, orando pro necessitatibus S. Matris Ecclesiæ. Potestque hæc indulg. applicari etiam animabus in purgatorio juxta, declarationem Leonis PP. XII et decret. 17 septembris 1825.

En ego, o bone et dulcissime Jesu, ante conspectum tuum genibus me provolvo, ac maximo animi ardore te oro atque obtestor ut meum in cor vividos fidei, spei et charitatis sensus, atque veram peccatorum meorum pœnitentiam, eaque emendandi firmissimam voluntatem velis imprimere, dum magno animi affectu et dolore tua quinque vulnera mecum ipse considero, ac mente contemplor, illud præ oculis habens quod jam in ore ponebat suo David propheta de Te, o bone Jesu : *Foderunt manus meas et pedes meos; dinumeraverunt omnia ossa mea.* (Ps. XXI, 17, 18.)

Clausula gratiarum actionis.

ɔeo jam a te, o Jesu! sed non sine te, conso-
, felicitas et omne bonum animæ meæ. Com-
do me itaque tibi : intra mellifluum cor tuum
onde me, nec permitte me in æternum sepa-
a te. Sis mihi in vita solatium, in morte viati-
, in æternitate præmium. Id rogo te pro me,
ibus amicis et benefactoribus meis, aut quo-
ue modo mihi commissis, per lacrymas, su-
m et sanguinem tuum. Benedic demum
nti, Domine Jesu, cum Patre et Sancto Spiritu,
emque largire gratiam amplectendi semper et
mnibus, nunc et in hora mortis meæ, tuam
tissimam voluntatem. Amen.

FINIS.

ELENCHUS.

Dominica I Adventus. 5

Jesus in adventu secundo terribilis.
Fer. II. — in adventu primo humani generis Medicus. 11
III. — a Deo missus veritatis Magister. 20
IV. — æterna Patris Sapientia. 29
V. — veniens, peccatores salvos facere. 37
VI. — Judex vivorum et mortuorum. 46
Sabb. — æternum Patris Verbum; Vita et Lux hominum. 56

Dominica II Adventus. 68

Jesus desideratus cunctis gentibus.
Fer. II. — Messias Patriarchis promissus. 78
III. — Pater futuri seculi. 87
IV. — Princeps pacis perpetuæ. 96
V. — Dei Filius, Homo factus. 103
VI. — Ecclesiæ suæ Sponsus. 112
Sabb. — Mediator Dei et hominum. 121

Dominica III Adventus. 131

Jesus, Deus verus de Deo vero.
Fer. II. — in Carne Deus absconditus. 139
III — Angelorum Dominus, Zachariam eliminuans. 148
IV. — de Spiritu Sancto conceptus. 157
V. — Magnus, Sanctus, Rex æternus. 167
VI. — in Matris utero Joannem visitans. 176
Sabb. — humillimæ Virginis Mariæ Filius. 184

Dominica IV Adventus.

Jesus salutis nostræ causa incarnatus.

Fer. II. — Advocatus noster apud Patrem.
III. — humilians se, et factus obediens.
IV. — Deus fortis, veniens confortare nos.
V. — veniens salvare, quod perierat.
VI. — eximium patientiæ specimen.
Decembr.
die 24. — Propitiatio pro peccatis nostris.
25. — natus ex Maria Virgine.
26. — in præsepio, virtutum exemplar.
27. — Infans, adoratus a Pastoribus.
28. — ab Herode ad necem quæsitus.

Domin. intra Octav. Nativ. D.

Jesus positus in signum contradictionis.

29. — Veritas de terra et ante terram.
30. — Emmanuel, i. e. Nobiscum Deus.
31. — a Deo missus Salvator mundi.
Januar.
Die 1. Jesus Circumcisionis legi se subjiciens.
2. — Pontifex in templo præsentatus.
3. — Simeonis ulnis exceptus.
4. — plenus sapientia et gratia Dei.
5. — in civitate Nazareth nutritus.
6. — Rex regum a Magis adoratus.
7. — Ecclesiam colligens ex gentibus.
8. — summus Princeps regum terræ.
9. — Dei Filius, hominum Amator.

Dominica intra Oct. Epiph.

Jesus a parentibus in templo inventus.

10. — hominum arbitrio subditus.
11. — veniens ad Joannem Baptistam.
12. — a Joanne baptizatus in Jordane.
13. — dilectus Filius a Patre vocatus.

Intra hebdomadam I post Epiph.

Fer. II. Jesus, Deus, Verbum Caro factum. 439
III. — in deserto tentatus a diabolo. 446
IV. — Angelorum ministerio usus. 454
V. — Sacrificium vere propitiatorium. 462
VI. — in altari Agnus immaculatus. 471
Sabb. — a Sacerdotibus pie tractandus. 478

Dominica II post Epiph. 486

Jesus aquam in vinum transmutans.

Fer. II. — primus Evangelii Prædicator. 494
III. — Messias a prophetis prædictus. 501
IV. — Lux orta sedentibus in tenebris. 508
V. — Præco pœnitentiæ ac fidei. 515
VI. — discipulos eligens illiteratos. 522
Sabb. — e templo mercatores ejiciens. 530

Dominica III post Epiph. 536

Jesus, leprosum tangens et mundans.

Fer. II. — Centurionis puerum sanans. 543
III. — ægris misericorditer opitulatus. 550
IV. — suorum ambitionem improbans. 557
V. — a turbis quæsitus et inventus. 565
VI. — prænuntians Passionem suam. 572
Sabb. — ovibus suis dans vitam æternam. 579

Dominica IV post Epiph. 586

Jesus, Refugium nostrum in periculis.

Fer. II. — Assertor Libertatis nostræ. 595
III. — in Judæos acriter invectus. 603
IV. — Lazarum nuncupans amicum. 609
V. — Fidelium Resurrectio et Vita. 617
VI. — mortuum resuscitans Lazarum. 623
Sabb. — Victima pro populo oblata. 630
Præparatio ad missam. 638
Gratiarum actio post missam. 648

—

Typographie